

ACTA CONCILIORVM OECVMENICORVM

IVSSV ATQVE MANDATO

SOCIETATIS SCIENTIARVM
ARGENTORATENSIS

EDIDIT

EDVARDVS SCHWARTZ

TOMVS PRIMVS
VOLVMEN QVARTVM



MDCCCCXXII—XXIII

WALTER DE GRUYTER & CO.

VORMALS G. J. GÖSCHEN'SCHE VERLAGSHANDLUNG / J. GUTTENTAG, VERLAGS-
BUCHHANDLUNG / GEORG REIMER / KARL J. TRÜBNER / VEIT & COMP.

BEROLINI ET LIPSIAE

CONCILIVM VNIVERSALE EPHESENVN

EDIDIT

EDVARDVS SCHWARTZ

VOLVMEN QVARTVM

COLLECTIONIS CASINENSIS
SIVE SYNODICI A RVSTICO DIACONO COMPOSITI
PARS ALTERA

MDCCCCXXII—XXIII

WALTER DE GRUYTER & CO.

VORMALS G. J. GÖSCHEN'SCHE VERLAGSHANDLUNG / J. GUTTENTAG, VERLAGS-
BUCHHANDLUNG / GEORG REIMER / KARL J. TRÜBNER / VEIT & COMP.

BEROLINI ET LIPSIAE

PRAEFATIO

I. DE COLLECTIONE CASINENSI

Collectionis quam appellaui Casinensem [C], codices sunt duo, Vaticanus 1319 [V] et Casinensis 2 [M], ex uno exemplari deriuati interque se simillimi. insunt collectioni primo eadem quæ insunt Collectioni quam Friderici Maassen exemplum [Gesch. d. Quellen d. canon. Rechts 1 721] secutus dixi Turonensem [T], præter ep. 23 quæ in C accessit. accurate hanc Collectionis C partem descripsi in Dissertationibus Academiae Bauaricæ [DAB] uol. XXX 8 [*Neue Actenstücke zum ephesinischen Concil von 431*], iterum de ea agendum erit in uoluminis III præfatione. in usum huius uoluminis, cuius marginibus si quo loco epistula quæ collectioni C inest, adfertur, numeri collectionis totius appingi debebant, sufficiet breuis epistularum et gestorum enumeratio; adscripsi numeros Collectionis Vaticanæ Græcæ [V], quam edam uolumine 1, et si quæ epistolæ in hoc uolumine IIII adlatæ aut commemoratæ sunt, paginas editionum Labbeanæ et Mansianæ.

1. epistula Cyrilli ad monachos. *Venerunt quidem.* V 1.
2. ep. Cyrilli ad Nestorium. *Viri reuerendi.* V 2.
3. ep. Nestorii ad Cyrillum. *Nihil mansuetudine.* V 3.
4. ep. Cyrilli ad eos qui in scripto eum accusauerant etc. *Quia mihi.* V 21.
5. Contestatio . . . quia sectator esset Nestorius Pauli Samosateni. *Coniuro accipientem.* V 18.
6. ep. Cyrilli ad Nestorium. *Oblocuntur quidem.* V 4.
7. ep. Nestorii ad Cyrillum. *Iniurias quidem.* V 5. L III 322 = M IIII 892.
8. ep. Cyrilli ad Nestorium. *Salutare nostro.* V 6. L III 395 = M IIII 1068.
9. ep. Cyrilli ad clerum et populum Constantinopoleos. *Vix quidem aliquando.* V 24.
10. ep. Cælestini ad Nestorium. *Aliquantis diebus.* V 10. L III 354 = M IIII 1025.
11. ep. Cælestini ad clerum et populum Constantinopolitanum. *Ad eos.* V 11.
12. ep. Cælestini ad Cyrillum. *Tristitiæ nostræ.* V 9.
13. ep. Cælestini ad Iohannem Antiochenum etc. *Optaremus quidem.* V 12.
14. ep. Cyrilli ad Acacium Berœensem. *Qui uehementer.* V 16.
15. ep. Acacii Berœensis ad Cyrillum. *Legi litteras.* V 17.
16. ep. Cyrilli ad Iohannem Antiochenum. *Cognouit omnino.* V 13.
17. ep. Cyrilli ad Iuuenalem. *Optabam quidem.* V 15.

18. ep. Cyrilli ad quendam zelotem. *Nouimus tuæ*. V 20.
19. ep. Iohannis Antiocheni ad Nestorium. *Meam intentionem*. V 14. L III 387 = M IIII 1061.
20. sacra imperatoris ad Cyrillum. *Curæ multæ*. V 8.
21. ep. Iohannis Antiocheni ad Cyrillum. *Neque mediocriter*. V 30. L III 443 = M IIII 1121.
22. sacra imperatoris qua episcopi ad concilium uocantur. *Pendet in dei cultura*. V 25. L III 435 = M IIII 1112.
23. sacra imperatoris per Candidianum ad concilium transmissa. *Omnium quidem*. deest in T. V 31. L III 442 = M IIII 1124.
24. gesta concilii de depositione Nestorii. V 33—61. L III 446 = M IIII 1124.
25. sententia prolata a concilio contra Nestorium. *Super alia*. V 62.
26. damnatio missa in faciem ei. *Cognoscas temet ipsum*. V 63.
27. definitio a concilio prolata. de hac definitione in uol. III accuratius agendum erit.
28. epistula ad clericos et œconomos ecclesiæ Constantinopoleos. *Cognoscat uestra*. V 65.
29. ep. Cyrilli ad clerum et populum Alexandrinum. *Licet latius*. V 28.
30. relatio concilii ad imperatores de damnatione Nestorii. *A progenitoribus*. V 81.
31. ep. Cyrilli ad Comarionem Potamonem etc. *Sperabamus uenientem*. V 67.
32. ep. Cyrilli ad patres monachorum. *Dominus noster*. V 68.
33. episcoporum qui inuenti sunt Constantinopolim, commonitorium. *Congregata sancta synodus*. V 66.
34. rescriptum imperiale missum per Palladium magistranium. *Magni centissimo comite*. V 83. L III 704 = M IIII 1377.
35. gesta concilii sub præsentia legatorum Romanorum. V 106.
36. ep. concilii ad clerum et populum Constantinopolitanum de depositione Nestorii. *Venimus ad nuntium*. V 85.
37. ep. cleri Constantinopolitani ad concilium. *Semper et a iuuentute*. V 86.
38. ep. concilii ad imperatores. *Vestra quidem potestas pietatem*. V 84.
39. gesta concilii de libellis a Cyrillo et Memnone oblatis et de depositione Iohannis Antiocheni atque relatio concilii ad imperatores de Orientalibus. V 87—90. 92.
40. sacra ad concilium directa per Iohannem comitem largitionum. *Quantum circa pietatem*. V 93. L III 721 = M IIII 1396.
41. relatio concilii ad sacra prædicta. *Christo amabile*. V 94.
42. ep. Cyrilli ad clerum Constantinopolitanum. *Turbatum nimis*. V 100.
43. ep. Memnonis ad clerum Constantinopoleos. *Quanta propter*. V 101.
44. ep. concilii ad imperatores. *Vestra quidem potentia non despexit*. V 102.
45. ep. concilii ad clerum Constantinopolitanum. *In tanta fluctuatione*. V 105.
46. gesta concilii d. 22. m. Iul. 431. A 73—79 cf. DAB 28 sq.
47. ep. episcoporum qui inuenti sunt in Constantinopolim, ad concilium. *Oportebat quidem*. V 98.
48. preces cleri Constantinopoleos pro concilio. *Scientes uestram pietatem*. V 103.
49. ep. Cyrilli ad Theopemptum Potamonem Danielem. *Plurimæ contra nos*. V 104.
50. sermo Cyrilli dictus in maiore ecclesia quæ uocatur Maria. *Diues est*. deest in collectionibus Græcis.
51. sermo eiusdem in Iohannis euangelistæ basilica. *Sanctorum quidem*. V 76.

52. sermo eiusdem contra Iohannem Antiochenum. *Caritatis in deum.* V 78.
53. sermo eiusdem. *Oportebat quidem.* V 75.
54. sermo eiusdem. *Qui sacras respiciunt.* V 77.
55. sermo eiusdem. *Beatus propheta David.* V 79.
56. sermo Theodoti Ancyrorum dictus die natiuitatis saluatoris. *Clara et inæstimabilis.* V 73.
57. sermo Theodoti in natiuitate saluatoris. *Clara præsensis.* V 72.
58. omelia Regini episcopi Constantiæ Cypri. *Mihi quidem tacere.* V 70.
59. ep. concilii ad Cælestinum. *Tuæ quidem sanctitatis.* V 82.
60. mandatum a concilio his qui sunt missi Constantinopolim episcopis. *Iussi a piissimis.* V 95.
61. relatio synodi ad imperatorem missa per supra dictos episcopos. *Omnia quidem uestri.* V 108.
62. mandatum ab Orientalibus his qui missi sunt Constantinopolim. *Quoniam ecclesiastici.* V 96.
63. ep. concilii ad imperatores. *Circa pietatem.* V 107.
64. commonitorium concilii ad clerum Constantinopoleos. *Necamur æstibus.* deest in collectionibus Græcis.
- 64^a. narratio ordinationis Maximiani. *Euntibus Constantinopolim.* V 109.
65. ep. Maximiani ad Cyrillum. *Completum est desiderium.* V 114.
66. ep. Cyrilli ad Iuuenalem Flauianum etc. *Satisfactum est nobis.* A 90; cf. DAB p. 52.
67. sanctio imperialis ad Isidorum præf. præf. et cons. *Licet circa.* V 110.
68. lex sacra contra Nestorium. *Debita a nobis.* edictum præf. præf. *Nihil ita carum.* V 111. 112. L III 1211 = M V 416.
69. sacra ad Cyrillum et Iohannem. *Intentio nobis.* V 120. L III 1082 = M V 277.
70. libellus datus Cyrillo a Paulo Emeseno. *Piissimi atque uictores.* V 122. L III 1090 = M V 288.
71. ep. Iohannis Antiocheni ad Cyrillum. *Dudum per sanctionem.* V 123. L III 1091 = M V 289.
72. ep. Cyrilli ad Iohannem Antiochenum. *Exultent cæli.* V 127. L III 1106 = M V 301.
73. omelia Cyrilli dicta Farmuthii uicesima octaua indictione prima [d. 23. m. Apr. 433]. *Eos qui cum pietate.* extat in cod. Vaticano 504.
74. ep. Cyrilli ad Maximianum. *Non erat dubium.* V 131.
75. commonitorium Cyrilli ad Eulogium. *Reprehendunt quidam.* V 132. L III 1147 = M V 344.
76. ep. Cyrilli ad Acacium. *Causa quidem dulcis.* V 128. L III 1111 = M V 309.

Hæc omnia, præter ep. 23, collector C non ipse uertit, sed antiquam uersionem cuius uetustissimum et optimum exemplar est codex Parisinus 1572, multifariam correxit, eo imprimis consilio ut uersio ad Græca uerba propius accederet; sine dubio codicibus Græcis usus est. epistolæ 76 subscripsit *emendauit et d. stinxi interpretationem sanctæ synodi, deo gratias.* secuntur sine interuallo numerisque continuatis ea quæ in hoc uolumine edita sunt, quorum tamen maximam partem unus codex Casinensis 2 seruauit; nam codex Vaticanus in fine fol. 91^u [*extra sacerdotalem ordinem constituti sed quoniam* p. 35, 1] deficit, ceteris foliis euulsis nescio an a pio aliquo homine qui tot Nestoriani erroris documenta conseruari noluit.

Denique secuntur in utroque codice, initio tamen in codice Vaticano 1319 propter folia euulsa amisso, conscripta ab aliis, sed eiusdem cuius ea quæ præcedunt, ætatis librariis gesta concilii Chalcedonensis secundum uersionem Rustici, si contentum spectas; si ipsa uerba earum partium quæ a Rustico non additæ, sed ex uersione antiqua desumptæ et correctæ sunt, cum ceteris siue antiquæ siue Rustici uersionis codicibus comparaueris, inuenies codicem Casinensem antiquam uersionem retinere fere integram, Vaticanum eam per rasuras et correcturas in Rustici textum quem olim præbuit, denuo introduxisse.

At de hac codicum parte in tomo II accuratius erit agendum; nunc imprimis notandum est epistulas partis alterius [77—312] ab eodem homine esse collectas et translatas, qui epistularum partis prioris [I—76] uersionem emendauit. ubi in Irenæi Tragœdia, unde plurima desumpsit, inuenit constitutionem contra Nestorianos unde excerpta est lex Theodos. 16, 5, 66, animaduertit eam extare in parte priorē [68]; satis habuit initium adferre et adicere *et cetera quæ posita sunt prius* [p. 204, 24]. postpositam epistolæ Acacii Melitinensis se inuenisse eam quam rescripsit Cyrillus, narrat; transcribit prima uerba et adnotat *quam posuimus olim* [76] *ab alio translata, ut erat* [p. 232, 28]. alia exempla collegi in indice I p. 250 sub titulo Rustici.

Iam quis hic homo fuerit, quærendum est.

2. DE RVSTICO ECCLESIAE ROMANAE DIACONO AVCTORE SYNODICI

Quale opus condere uoluerit auctor collectionis C, ipse prodit p. 236, 28: *synodicum quippe, non apologeticum, solum scripsimus et hic, prout inueniuntur apud diuersos diuersa, absque integrioris inquisitionis præiudicio collocamus.* atqui scripsit hoc synodicum, ut tria capitula quæ damnari iussit Iustinianus imperator, defenderet contra Dioscorianos, qui se quasi Cyrilli sequaces extollunt [p. 227, 39. 228, 5. 12], nulli rei magis studens quam Theodoretō excusando: cf. p. 203, 4 *ex his uero et illud iterum roboratur quod a nobis intentio Theodoretī episcopi integerrime comprehensa sit* et ceteros locos quos in indice IIII p. 262 composui sub Theodoretī titulo. atque tantum huic defendendi studio tribuit, ut sicubi parum ualida ei uidebantur excusationis argumenta, siue aperte siue tecte de epistularum authenticā dubitare auderet, ad Irenæi unde eas desumpsit, auctoritatem prouocando suoque ipsius iudicio cohibito: plurimos eiusmodi locos enume-raui in indice I p. 251 sub Rustici et Irenæi titulo.

Composuit hoc synodicum Constantinopoli, nam usus est bibliotheca monasterii Acœmetarum, inde a schismate Acaciano acerrimorum concilii Chalcedonensis defensorum. ibi se inuenisse dicit codices Isidori Pelusiotæ epistularum [p. 25, 22], epistolam canonicam concilii Epheseni [p. 242, 1], confessionem fidei Acacii Berœensis [p. 243, 34]. similiter in parte priorē plus semel ad Acœmetensium codicem prouocari testimonia extant in eis quæ ex collectionis C adnotationibus ad ep. 7. 8. 9. 13. 14. 15. 19. 45 [DAB XXX 8 p. 109. 110. 113] excerpti, quarum adnotationum in collectione T nullum apparet uestigium.

Constat etiam de operis tempore: epistolæ quæ ridicule sub Hypatiæ nomine ficta erat [307], se exemplar ante fere annum mortis Iustiniani¹⁾ imperatoris a monacho quodam Alexandrino accepisse narrat collector. scripsit igitur post d. 14. m. Nou. 565, quo die Iustinianus mortuus est.

¹⁾ In codice scriptum est *istianī*; emendatio certa est, præsertim cum a collectore p. 205, 34 Iustiniani tricennalia commemorentur. inepte Lupus correxit *Christiani*.

Denique non neglegendum uidetur huic collectioni inter uersiones Latinas plenissimæ epistularum gestorumque quæ ad concilium Ephesenum pertinent, additam esse uersionem plenissimam gestorum Chalcedonensium. alibi enim nusquam, neque in Latinis neque in Græcis codicibus, hæc duo concilia coniuncta inueniuntur.

Inter eos qui scriptis tria capitula defendebant seque pro concilii Chalcedonensis auctoritate contra Acephalos nimioque Cyrilli studio abreptos pugnare proclamabant, aliquem locum tenet Rusticus a Vigilio papa patris sui fratre inter Romanæ ecclesiæ diaconos receptus sociusque factus infausti itineris Constantinopolitani. primo auunculi assecla etiam zelatus, mox in castra Africanorum transiit, unde papæ propter nimis debile fidei Chalcedonensis tutamen acre bellum mouebatur. denique Vigilius sicut in epistula narrat quam d. 18 m. Mart. 550 ad Valentinianum Tomorum episcopum dedit, eum cum Sebastiano alio diacono Romano Rusticique in pugna pro tribus capitulis sodali a sacra communione suspendit [L V 558 = M VIII 360]; tum litteris quæ sicut prædictæ in Concilii quinti collatione VII lectæ sunt [L V 555 = M VIII 358], canonicam sententiam protulit eumque et Sebastianum de diaconorum ordine eiecit. tribus annis post cum concilii Constantinopolitani decretis scripto contradicerent, Rusticus cum Felice Gillensis monasterii Africæ prouinciæ hegumeno Thebaida in exilium transmissus est [Vict. Tonnon. s. a. 553 Chron. min. 2, 203]. inde eum Constantinopolim rediisse uel ante mortem Iustiniani constat ex duobus subscriptionibus quæ et initio et fine primæ concilii Chalcedonensis actionis in codicibus uersionis a Rustico correctæ leguntur. præsto mihi sunt, quoniam codd. Veronensis 58 et Casin. 2 illis subscriptionibus carent, codd. Montepess. 58 et Vaticanus 1319, quibuscum ea concordant quæ Baluze in Noua Coll. Conc. p. 1027/8 et 1165/6 edidit. primæ igitur actionis titulo adscriptum est:

Explicuerunt quæ ante gesta præmissa sunt. NVNC INCIPIVNT GESTA PRIMA CONCILII CALCEDONENS · RVSTICVS EX LATINIS ET GRECIS EXEMPLV̄ [sic] MAXIME ACOEMIT MONAST EMENDAVI. [quæ secuntur, omissa sunt in cod. Vaticano] CONCILII CALCEDONENSIV̄ ACTIO PRIMA IN NOMINE DÑI NRI IHV̄ XPI CEPIT EMENDARI D̄ K̄ MAR · X · IND̄ · XII ·

Eiusdem actionis fini subscriptum est in utroque codice et apud Baluzium: EXPLIC PRIMA COGNITIO FINIVIMVS EMENDANTES ET CONF̄F̄ M̄ APRID · AKAL · XGII · FR̄ IIII IND̄ XIII · XV KAL. APRIL · CALCEDONENSIS CONCILII RVSTICVS PER GRATĪA DI DIAC̄ SC̄AE ECCLESIAE ROM CONTVLI ANNOTAVI DISTINCTI [sic] D̄O GRATIAS

Quocumque modo alterius subscriptionis litteræ corruptæ emendandæ sunt (*conferentes* agnoui Baluze, in *XGII* nescio an lateat *CCCXCII*, i. e. summa dierum qui inter d. 20. m. Febr. ind. XII et d. 18. m. Mart. ind. XIII elapsi sunt), scriptum extat Rusticum diaconum ecclesiæ Romanæ exemplaribus maxime monasterii Acœmetarum usum primam actionem emendasse, labore cœpto d. 20. m. Febr. indict. XII, finito feria quarta d. 18. m. Mart. ind. XIII. atqui s. VI. d. 18. m. Mart. et in feriam quartam et in ind. XIII bis tantum incidit, a. 520 et 565¹⁾: apparet annum posteriorem a Rustico notatum, indictionem XIII ad annum referendum esse qui inde a d. 1. m. Sept. 564 usque ad d. 31. m. Aug. 565 currebat. quomodo impetraverit ut exilio liberaretur, diuinari nequit: eum ultimo Iustiniani tempore Constantinopoli in Acœmetarum

¹⁾ Quod Baluze d. 18. m. Mart. anno 550 qui sane indictionis XIII est, in feriam quartam incidisse dixit, errauit: illo anno iste dies feriæ fuit sextæ.

monasterio fuisse codicumque synodaliū [cf. p. 118, 11] perquisitioni et conlationi se dedisse, hoc nullis dubitationibus est obnoxium.

Nolo repetere quæ supra de collectionis Casinensis auctore, de eius intentione, tempore, loco, codicibus exposui; hoc unum addo prorsus eundem morem corrigendi et emendandi in Rustici recensione uersionis gestorum Chalcedonensium atque in collectione Casinensi gestorum Ephesenorum obseruari, si cum uersionibus antiquioribus comparantur: utrobique sententiæ non totæ reformantur ita ut nouum aliquid contexatur, sed uerba et locutiones singulares secundum exemplar Græcum adduntur eliminantur mutantur. neque prætermittendum easdem sermonis proprietates inueniri, e. g. mirum quendam usum præpositionis *circa* in transferenda ea quæ est *κατά*, consuetudinem pro *θεοσεβέστατος* ponendi *religiosissimum* et similia, quæ aptius in uol. III exponuntur. omnibus consideratis necessitate quadam ineuitabili oritur conclusio collectionis Casinensis auctorem qui uersionem gestorum Ephesenorum [1—76] correxit, quæ secuntur [77—312], ipse elegit et transtulit, neminem alium esse nisi Rusticum illum diaconum Romanum, a Vigilio papa a. 550 propter trium capitulorum defensionem depositum, post concilium Constantinopolitanum a. 553 in Thebaidem relegatum, denique ultimis Iustiniani temporibus aliquo certe modo restitutum et Constantinopoli in monasterio Acæmetarum hospitem commoratum. hoc se circa a. 1880 primum coniecisse ipse testatur uir non inter Rossos tantum, sed per totum uirorum doctorum mundum ingenio et doctrina eminens, W. Bolotoff in epistula quam ad I. E. Troicki misit a. 1896, et in duabus notationibus annis ut uidetur, 1884 et 1892 scriptis, quæ post eius mortem in diario ecclesiæ Rossorum orthodoxæ quod Christianskoe čtenie uocabatur, a. 1907 editæ sunt. adiecit eundem esse auctorem illius dialogi contra Acephalos qui Rustici nomine traditus est uno ut uidetur codice mutilo et fœde corrupto; certe qualis in editionibus circumfertur, textus multis locis non intellegitur. ea tamen ex patribus excerpta quæ dialogo cum collectionis Casinensis parte priore communia sunt, inter se simillima esse hoc loco satis habeo testari, plura in uol. III expositurus. denique ut etiam magis huius coniecturæ ueritas eluceat, commemoro uirum doctissimum qui bibliothecæ Vaticanæ hoc tempore summa et scientia et liberalitate præest, Mercati sine ulla Bolotoffii notitia a. 1903 cum C. H. Turner communicasse sibi transcriptorem Isidori epistularum quæ collectioni Casinensi [80] insunt, eundem esse uideri atque Rusticum gestorum Chalcedonensium correctorem [Journ. of Theolog. Studies 6, 73 4].

Synodicum igitur Rusticus composuit ex gestorum Chalcedonensium uersione suppleta et emendata, ex uersione gestorum Ephesenorum itidem correcta, denique ex eis epistulis et gestis quæ a se ipso collecta et translata post Iustiniani mortem gestis Ephesenis adnexuit. diligentia modesta et indefessa de conciliorum memoria singulariter meritis post multa obliuionis sæcula iam suo ipsius operi, monumento uere perenni, communi doctorum opera redditus est.

3. DE IRENAEO RVSTICI AVCTORE

Ex Irenæi Tragœdia maximam eorum quæ hoc uolumine edita sunt, partem a Rustico desumptam esse primo obtutu apparet; si quis plura argumenta desiderauerit, locos in indice I p. 250 sq. inueniet. docte et accurate, ut solet, de homine egit Tillemont [mém. XIII et XV]; quoniam uero his demum temporibus gesta concilii Epheseni alterius innotuerunt per uersionem syriacam quam post alios edidit J. Flemming in Dissertationum Soc. Gotting. noua serie uol. XV 1, et antiquæ hominis memoriæ noua accreuit, denuo de eo agendum esse duxi.

Irenæus comes amicitiam cum Nestorio iniisse uidetur, antequam ille a. 428 thronum Constantinopolitanum ascendit; erat enim pari familiaritate coniunctus etiam cum Theodoreto [cf. illius epistolam 14 inter eas quas Sakkelion in codice Patmiaco inuenit], qui urbem regiam numquam uidit, neque ab hoc sodalicio alienus erat Iohannes episcopus Antiochenus, Nestorii apud Theodorum Mopsuestenum condiscipulus. qui sub finem anni 430, cum a Cyrillo ea accepisset quæ synodi Romana et Alexandrina contra Nestorium decreuerant, non Nestorio tantum, sed Irenæo quoque scripsit [V 14 = L III 387 M IIII 1061 p. 5, 6 huius uoluminis] de periculo imminente, cuius magnitudinem uir paris Cyrillo astutiæ melius perspexerat quam comministri Constantinopolitani honesta imprudentia. num Irenæus infelix Nestorii consilium quo ab imperatore concilium generale postulabat, probauerit uel adiuuerit, non constat; certo illi, cum post Pascha a. 431 Ephesum proficisceretur, comitem se adiunxit, priuatus quidem, sicut imperator episcopis per Candidianum comitem et ipsum Nestorio fauentem inculcandum esse duxit [V 31 = L III 443 M IIII 1117], eo magis tamen quamuis opem amico ferendam esse ratus, ita ut Cyrilli et Memnonis dolis atque uiolentiis similia opponere non dubitaret [V 84 = L III 749 M IIII 1425. V 101 = L III 761. 764 M IIII 1440]. post Palladii magistriani aduentum et discessum qui accidit ultimo mensis Iunii die Kalendisq[ue] Iuliis, episcopi Orientales Irenæum Constantinopolim ad comitatum miserunt, haud paucis litteris instructum [cf. huius uoluminis epp. 98—101]; aliam quam imperatori deferret [ep. 102], Constantinopolim miserunt, postquam pars Cyrillianorum dd. 16. et 17. m. Iulii Cyrillum et Memnonem restituit, Iohannem Antiochenum deposuit. quid in regia urbe apud aulicos et potentes egerit, ipse in epistula ad episcopos Orientales directa [109] lepide narrat. tum eius memoria per aliquantum temporis euanescit, neque tamen dubitari potest quin aliter quam ceteri præter paucos in Nestorii amicitia summo studio omnique opera perstiterit. nam a. 436 Isidoro et Senatore cons. uel eodem tempore uel paulo post quam Nestorius relegationis in Petram condemnatus est ¹⁾, Irenæum *qui maledictum Nestorii cultum* [θρησκοείαν] *non solum secutus est, sed et instituit et studuit multas cum eo prouincias, eo quod ipse tali culturæ præesset, euertere* [ep. 277], eidem pænæ subicere præfecti prætorio ab imperatore iussi sunt. in diuersum abiire amicorum fata: Nestorius Petra in Oasin Ægypti superioris deportatus est, Irenæus a. 443, duodecim annis post illius depositionem elapsis [Acta concilii Epheseni alterius p. 118, 20], non tantum de exilio dimissus et in ecclesiæ pacem receptus, sed etiam a Domno, Iohannis in cathedra Antiochena successore, Tyriorum episcopus ordinatus est [Acta conc. Ephes. alt. p. 118, 19. Rusticus p. 181, 24 huius uoluminis. Theodoret. ep. 110 ²⁾], etsi, dum laicus erat, uxori mortuæ alteram superduxerat. hoc tempore, paulo postquam Tyri cathedram occupauit, a Theodoreto ep. 35 accepit. iterum autem tempestati barbarum ecclesiasticarum succubuit, cum

¹⁾ V 109 = L III 1058 M V 256. inscripta est constitutio in codicibus Græcis ἀντίγραφον ἐρημνείας βασιλικοῦ θεσπίσματος γραφέντος πρὸς Ἰσίδωρον ἐπαρχὸν πραιτωρίων καὶ ὑπατὸν περὶ τῆς ἑξορίας Νεστορίου, in Collectione et Turonensi et Casinensi *interpretatio sanctionis imp[er] scriptæ ad Isidorum præfectum prætorio et cons[ul] ordinarium*. post ipsum Nestorium profligati sunt etiam Nestoriani ea constitutione quæ plene extat in V 111 [L III 1210 = M V 413], in breuius redacta in Theodosiano 16, 5, 66, ubi subscriptum est *dat. III non. Aug. Const[antinopoli] d. n. Th. A. XV et qui f. nuntiatus* [435]. subscriptionem falsam esse probatur optima gestorum Ephesenorum memoria; uidetur inserendum esse *p. c.*

²⁾ Eam huius epistolæ partem qua Domno præscribitur quid Constantinopolim rescribendum sit, nomine Domni scriptam et ἐχειροτόνησα ceteraque quæ sub prima persona dicuntur, ad illum, non ad Theodoretum referenda esse primus intellexit Tillemont [mém. 15, 872], hoc tempore probauit W. Bolotoff in commentatione felicitatis et uastæ doctrinæ plena quam sub titulo *Theodoretiana* inseruit diario Rossico Christianskoe ženie 1892 II 58 sq.

Dioscorus Cyrilli successor pacem quam ille a. 433 cum Iohanne Antiocheno fecit, subuertere cœpisset. a. 448 noua constitutio ab imperatore contra Nestorianos edita est [V 138. 139 = L III 1214 M V 417. Acta conc. Ephes. alt. p. 136, 33 sq.], cui adnexum est corollarium quo Irenæus de sede Tyria expellebatur iubebaturque in sola urbe patria — quæ fuerit, nescitur — degere sacerdotis ordine et nomine priuatus. lex proposita est d. 18. m. Apr. a. 448, qui erat dies dominica post Pascha, tam in ecclesia monachorum qui desertum habitabant, quod quinque m. p. ad occidentem ab Alexandriae urbe iuxta uiam Parætoniensem porrigebatur ¹⁾, quam Antiochiæ, ubi illo ipso tempore Theodoretus euangelii Iohannis de Thoma pericopam populo explicans duarum in Christo naturarum doctrinam exponebat [Act. conc. Eph. alt. p. 56, 37 sq. 60, 4 sq. 118, 2 sq. 130, 37 sq. Theodoret. epist. 147 p. 1277. Bolotoff l. c. p. 104]. paulo post cum Cyrrum rediisset, Theodoretus commonitorium ab imperatore ad Zenonem mag. mil. et consulem [448] directum accepit ut se Cyrrii contineret, quia Antiochiam continuo synodos collegisset orthodoxosque perturbasset [Theodoret. ep. 79—82. 87. III. 127. 145. Act. conc. Ephes. alt. p. 114, 33 sq.]; ipse scripsit paucis mensibus post ad Eutrechium præf. præf. [ep. 91]: *καινότατον ὑπομένομεν πρᾶγμα, κατὰ ταῦτόν ἄγαμοι καὶ δίγαμοι πολεμούμενοι.* eiusdem anni mense Septembri d. 9 Domnus ab imperatore Dioscoro obsecuto [cf. Act. conc. Ephes. p. 138, 11 sq. Theodoret. ep. 110] coactus est in locum Irenæi Photium episcopum Tyri ordinare [Act. conc. Ephes. alt. p. 122, 10]. hoc tempore amicitia quæ olim Irenæum cum Theodoreto uinxerat et cum ille non sine episcopi Cyrrensis summa auctoritate apud Domnum florentis consilio ad cathedram Tyriam euectus esset, denuo e floruerat, dirumpi et magis magisque in discidium abire cœpit; nimis enim diuersa ratione persecutionem episcopi Alexandrini ferebant et pro ea fide quam ueram et ab ecclesia traditam esse putabant, pugnandum esse censebant. Theodoretus enim imperatoris commonitorio obsecutus speciem quidem tranquille in solitudine Cyrrensi sedentis præ se tulit, sed eodem tempore summos Constantinopoli magi-tratus, potentium uxores opulentasque mulieres, episcopos, presbyteros, archimandritas litteris querelarum precumque plenis [ep. 79—82. 87—91. 105. 107—109. 111] adire fidemque unius et indiuisi Christi profiteri non intermisit atque uel eo condescendit, ut Dioscoro suam de incarnatione doctrinam exponeret et ad simulatum fauorem prouocaret, quem Cyrillus sibi in ultimis uitæ annis monstrare dignatus esset [ep. 83] ²⁾. cum a Dioscoro episcopum Ægyptium Constantinopolim missum esse audiret [ep. 85 p. 1155. 86 p. 1156], qui episcopos Orientales heterodoxiæ accusaret, Domno persuasit ut et ipse nonnullos episcopos in regiam urbem delegaret, ut illam calumniam refellerent, multisque hanc legationem litteris instruxit [92—96. 99—101. 103. 104. 106]. longe aliter Irenæus: postquam ab imperatore sine iudicio ecclesiastico Tyro eiectus ab ipso Domno, homine debili ac timido, successorem in suum locum ordinatum esse uidit, ecclesiam deserere et in antiqua Nestorii castra redire constituit. neque solus ecclesiæ de qua desperauit, communicare destitit, sed aliis idem ut facerent, persuadebat; certe Aquilinum episcopum Bybli eum sequi maluisse quam in ecclesia permanere constat per concilii Ephesini alterius acta [p. 76, 16 sq.]. at Theodoretum frustra adiit. quo tempore synodum conuocari audiuit, post d. 30. m. Mart. 449, Theodoretus Irenæi epistolæ respondit [ep. 16] acriter eum uituperantis mollique certandi generi illudentis; eum non iam audere

¹⁾ Cf. quæ exposui in appendice libri quem uir d. de Woess de iure asyli hoc ipso tempore in lucem edit.

²⁾ Scripta est a. 448 post primam Dioscori ad Domnum epistolam quæ extat in Actis concilii Epheseni alterius p. 132, 18 sq.

sanctam uirginem et θεοτόκον et ἀνθρωποτόκον appellare¹⁾, sed circumscriptionibus uerum dogma celare; in magistrorum enumeratione eum Diodorum et Theodorum omisisse. tangitur ab Irenæo libellus de incarnatione quem Theodoretus primo Eusebio episcopo Ancyrae [ep. 109], tum episcopo cuidam Timotheo [ep. 130] miserat²⁾. eodem fere tempore scripta est ep. 3; per allegoriam intellectu facilem Irenæus a Theodoretis quæsiuerat utrum honestius esset in hac persecutione de episcopatu decedere an depositionem expectare. paulo post a concilio Epheseno uterque omni communione ecclesiastica priuati sunt [Acta conc. Ephes. alt. p. 74, 6 sq. 108, 13 sq.]. Theodoretus sine mora ex monasterii latebris epistulas scribere, contra iudicii atrocitatem declamare, amicos ut resisterent, hortari cœpit; clericos quosdam ad Leonem papam Romam misit [ep. 113—132]; postquam Marcianus et Pulcheria libertatem agendi et scribendi ei reddidere, synodum qua restitueretur, per amicos potentes ab illis postulauit [ep. 138-140]. cum uel ante iudicium se ipse ab ecclesia alienum fecisset, Irenæus eiusmodi machinationibus despectis id opus aggressus est, quo documentis undique conquisitis ueram et incorruptam memoriam Nestorii eiusque fidelium amicorum, Alexandri Hierapolitani, Eutherii Tyanensis, Meletii Mopsuesteni, Dorothei Marcianupolitani, aliorum [cf. catalogum nr. 279 huius uoluminis] restitueret, ceterorum debilitatem describeret, fraudes detegeret Cyrilli, proderet denique Iohannis Antiocheni et Theodoreti secreta pactione [p. 153, 40] coniunctorum inconstantiam et uarietatem; intentionis summa erat ut suum ipsius consilium ecclesiam deserendi necessarium et pium fuisse probaret. ex libri fine et consilio tempus quo compositum est, definitur neque aliud quo scribi potuerit, inuenitur. inerant non decreta tantum imperatoris [277. 280], quibus a. 436 ipse in exilium missus, Nestorianis nominis Simonianorum nota inflicta erat, sed etiam epistula [287] quam Iohannes Antiochenus ad Proclum Constantinopolitanum quattuor annos post Pauli Emeseni ab Alexandria reditum, i. e. a. 437 direxit, et ne in hac quidem Irenæus finem fecit, sed usque ad id tempus descendit, quo imperator et Proclus Cyrillum ecclesiam controuersia de Diodoro et Theodoro mota amplius turbare uetuerunt [p. 241, 32; cf. Concilstud. 2, 33]. at inde concludere noli exilii Petraei annorum 436—443 otio Irenæum ad opus illud conficiendum usum esse. ut enim de ceteris taceam, quomodo in illa solitudine, libris, facultatibus, amicorum commercio destitutus, tantam epistularum copiam congerere potuerat? neque magis credibile uirum sincerum atque honestum, postquam paci a Iohanne et Cyrillo pactæ se submitit huiusque condescensionis mercedem per Domni Theodoretique beneficium episcopatum Tyrionum accepit, hanc ipsam pacem omnium fontem malorum proclamasse [cf. e. g. p. 149, 11 sq.] et in Theodoretum inuectum esse. longe alius erat rerum status, cum Dioscorum et Chrysaphium omnia susque deque uertere uidens, ipse grauissima iniuria uiolatus iam a se non impetraret ut eius quem olim pro amico et benefactore non parua æstimatione prosecutus erat, uias atque rationes probaret. accedit quod Marciani temporibus sperare licebat libro in Nestorii gloriam scripto non ea pericula imminere quæ Theodosii constitutiones et Dioscori asseclarum furor ante magnam illam rerum mutationem minabantur, quæ Theodosii de uita excessum secuta est.

Operi titulum dedit Tragœdiam³⁾; in quinque libros diuisit [cf. Ebed Iesu in

¹⁾ Cf. epistulas quas Alexander Hierapolitanus a. 433 scripsit ad Theodoretum [ep. 182 p. 130, 37 sq. ep. 184] et laudem Alexandri quam adicit Irenæus [p. 133, 12].

²⁾ Post Mansium [t. V p. 1040] edidit Schulz t. IIII 1307 sq. codice usus Vindobonensi; extat etiam in codice Basil. III A 4 simul cum epistula ad monachos [Schulz l. c. p. 1291 sq.].

³⁾ Idem nomen olim a Nestorio inscriptum est libro quo causas propter quas concilium Ephesenum conuocatum, et quæ ibi gesta essent, exposuit [cf. quæ ad p. 25, 26 adnotauit], ut se ab eis defenderet qui illud

Assemani Bibl. Orient. III 1 p. 39]. quod unum de primo libro extat testimonium [p. 25, 27] ad res inter Cyrillum et Nestorium atque inter Cyrillum et Cælestinum a. 430 gestas pertinet; ex tertii libri proœmio quod Rusticus exscripsit [168 cf. 177], apparet ibi narrata esse quæ sub finem anni 432 et initio 433 Alexandriae gesta sunt, dum de pace tractabatur. quartus liber [p. 115, 3] ab ea Iohannis Antiocheni epistula incepisse uidetur, quam Rusticus de eius loco exemptam epistolæ quam Cyrillus post pacem Acacio Melitinensi scripsit [76], adnexuit, ut aliquis conexus inter uersionis antiquæ collectionem fieret et eam quam ipse ex Irenæi copiis deriuabat. omnibus computatis elucet Rusticum ex primo tertioque libro paucissima, nonnulla delibasse ex altero, si quidem hunc librum ab Irenæo ipsi concilio destinatum esse recte conicio, plurima uero ex libris quarto et quinto desumpsisse. multa a se omissa esse, maxime ratiocinationes et narrationes quas Irenæus epistulis adlatis interposuit, ipse fatetur; hoc tamen pro certo sumi potest eius synodici partis quæ hoc uolumine continetur, molem maximam ad unum Irenæi opus esse referendam, eis quæ ipse Rusticus siue intermiscuit siue adiecit, facili opera detractis. primo e. g. obtutu suspiceris epistulas Acacii Melitinensis [172] ad Cyrillum et Cyrilli ad clericos suos Constantinopoli consistentes [173] a Rustico aliunde esse desumptas; sed si legeris p. 129, 20. 133, 17 et consideraueris Rusticum, cum in codicibus Dioscorianorum illam Acacii epistolam inuenisset, eam iterum transtulisse [304], in aliam abibis sententiam. Irenæi igitur Tragœdiæ adscribi uelim 77—79. 79 a [præter Rustici adnotationem p. 8, 40]. 81. 82—86. 87—125. 126—160. 161. 162—164. 165—171. 172. 173—180. 181. 182. 183. 183^a p. 133, 10—21. 184. 185. 186. 187—205. 206—235. 236—247. 248. 249. 250—258. 259—261. 262—276. 277—282. 283. 284. 285—288. 289. 290. 290^a p. 212, 31—35. p. 213, 4—8. 291—294. denique ep. 310 etiam apud Irenæum extitisse ex nota marginali apparet, quam quin ipse Rusticus adscripserit, dubitari nequit.

Irenæum quæ attulit, si summam rerum spectas, ex temporum ordine composuisse elucet; hic illic hunc ordinem ei qui rerum conexu postulabatur, postpositum esse per se intellegitur. erat ubi Rusticus texturam operis deleret: sicut epistolam 77 ad initium propriæ collectionis, ita 291—294 uersus finem relegauit. extra seriem positæ sunt 195. 196; etiam minus intellegitur quomodo contigerit ut 224 et 227 in locum non aptum delatæ sint. cetera ad temporum ordinem facili opera rediguntur. quam utilis sit ordo huius synodici ut epistolæ et gesta quæ ad ipsum concilium et negotium Chalcedonense pertinent et a conciliorum editoribus Romanis fœde peruersa et confusa sunt, secundum ueram rerum consequentiam ordinentur, hoc loco exponere nolim; satis habeo ex eis quæ post concilium gesta sunt, raras quæ inueniuntur temporum notationes excerpere.

139 p. 91, 12 *post collectam quæ hoc tempore Cyrri fieri solet.* ad hanc festiuitatem litteras inuitatorias mittere solebat Theodoretus [cf. ep. 66—68 editionis Schulzianæ et 30. 31 collectionis a Sakkelione editæ]; felici casu accidit ut in eis litteris quibus ab Euphratesiæ iudice ut per mensem festiuium Cyrrensibus iustitium ediceret, rogauit [32 Sakk.], ipsum festum diem accurate notaret: ἐγκαίνια τῶν ἀποστολικῶν καὶ προφητικῶν σηκῶν τῇ τεσσαρεσκαδεκάτῃ Γορπιαίου μηνὸς θεοῦ νεύοντος προσδοκῶμεν

concilii conuocandi consilium non immerito uituperabant. tradit hoc translator Syrus Heraclidis πραγματείας in proœmio p. 4 editionis Bedjanianæ, confirmans catalogum Ebed Iesu Nestorio librum Tragœdiam appellatum adscribentis [Assemani, Bibl. Orient. III 1 p. 36]. quod idem scriptor, ubi de Irenæi opere loquitur [l. c. p. 38 sq.], Tragœdiæ nomen omittit longioremque tituli formam exhibet quæ Græce uersa ita fere se habet περὶ τοῦ κατὰ Νεστορίου διωγμοῦ καὶ πάντων τῶν κατ' ἐκείνον τὸν χρόνον πεπραγμένων, inde nihil contra Rustici de Irenæi tragœdia testimonium sequitur.

ἐπιτελέσαι. in alteram igitur partem mensis Septembris a. 432 concilium Antiochiæ habendum edixit Iohannes.

190 p. 137, 18 scribit Alexander Hierapolitanus *biennii tempus est ex quo uniuersa assecutus quæ scripto et absque scripto a contrariis uel a nobis prolata sunt, comprehendere*. temporis spatium computatum est inde ab autumno a. 431, quando concilium Ephesenum dimissum est.

ep. 211 scripta est ab Iohanne Antiocheno, postquam a Tauro præf. præf. atque patricio nuntium de Procli episcopi Constantinopolitani ordinatione accepit. eam factam esse antequam Maximianus sepulturæ traditus sit, qui mortuus est feria quinta hebdomadis maioris [d. 12. m. Apr.] a. 434, tradit Socrates 7, 40. num bene egerim cum sanctum diem qui in ep. 220 commemoratur, ad Pascha illius anni rettuli, iam dubito; at optime in uer a. 434 quadrant quæ subscribit Alexander Hierapolitanus epistolæ 217: *ultra annum iam habeo quod post aduentum Pauli memet ipsum ab Antiocheni communione seiunxi*, cf. ep. 181 p. 130, 4.

ep. 273 iudex Euphratesiæ ad Titum magistri militum per Orientem uicarium refert sibi litteras quibus Alexandrum, nisi obædierit, Hierapoli expellere iussus est, a. d. XVII Kl. Maias redditas esse. hæc dici notatio non referri potest nisi ad a. 435. nam inter ep. 211 et expulsionem Alexandri haud paucos elapsos esse menses patet neque tamen tot ut duorum annorum spatium impleant. primo enim sacra et litteræ magistri militum contra Alexandrum scriptæ [228. 230. 231] nimio spatio ab eius expulsionem dirimendæ non sunt, deinde, ut ponam has litteras loco non satis apto esse collocatas, ep. 232. 233. 236—238 agitur de Procli synodicis, quas proximo post ordinationem tempore missas esse ueri simile est. quod uero inde ab ep. 276 quæ mense Maio uel Iunio a. 435 posterior esse nequit, series epistularum transilit in a. 436, cui ep. 277. 278 attribuendas esse supra [p. XI] probaui, in eo non est cur hæreatur. Alexandri enim Euphratesiæ metropolitani eiectio eius partis Tragædiæ quæ Rustico ad Theodoretum eiusdem prouinciæ episcopi apologiam utilissima et aptissima uidebatur, quasi culmen erat; quis scit an multa quæ in aliis prouinciis a. 435 et 436 acciderunt et ab Irenæo exposita erant, digna esse non censuerit quæ transferret? utut hæc se habent, satis eum habuisse Irenæi exilium tradere et catalogum eorum ex Irenæi opere componere, qui omnia perpeti quam Nestorii damnationi subscribere maluerunt, non minus certum est quam eum in eis excerpendis quæ Irenæus de controuersia propter Diodorum et Theodorum exorta exposuerat, multo breuiorem, ne dicam negligentiolem fuisse quam in eis quæ de Alexandri et Theodoretum controuersiis in Tragædia inuenerat. uidetur ei, aliter quam Facundo, Theodorus minus cordi fuisse quam Theodoretus.

4. DE CETERIS RVSTICI AVCTORIBVS

Vbi Rusticus Irenæi opus inuenerit, non dixit neque sine causa tacuit; periculum enim erat, ne si ubi delitesceret, prodebat, flammis traderetur. coniecerim tamen id quoque in Acæmetarum bibliotheca extitisse et Rusticum cum hoc silentio premeret, hospitibus parcere uoluisset. de ceteris quæ ibi inuenit, non erat cur taceret; sunt hæc:

Isidori Pelusiotæ duo milia epistularum per quingentenas distributæ in codicibus uenustissimis quattuor. ibi legit epistulas quæ Cyrillum satis acriter uituperant, et alia quæ ad concilium Ephesenum pertinere uidebantur [cp. 80, 1—10], sed etiam multo plura quæ cum ad statum ecclesiæ qualis eius ipsius ætate erat, uel nimis quadrare ei uiderentur, mentem profunde commouebant. inde non illa tantum, sed etiam hæc transferre constituit. eisdem Isidori codicibus in Acæmetarum monasterio

adseruatis ante Rusticum Facundus usus est [2, 4]; omnino earum memoriam siue omnium siue maximæ partis inde pendere probabilis coniectura est. certe id codicum genus, quorum antiquissimus et optimus est codex Cryptoferratensis, ad Acœmetarum collectionem redire luculenter demonstraerunt C. H. Turner et Lake [Journ. of Theological Studies 6, 70. 270; inde desumpsi numeros codicis Cryptoferratensis margini adscriptos]. editiones Isidori, malæ ad unum omnes, ex Rustici uersione haud paucis locis emendari possunt; crediderim tamen aliquot ex his correcturis in codicibus Græcis latere nondum collatis, imprimis in Cryptoferratensi.

Epistula canonica concilii Epheseni multifariam tradita est quippe quæ in canonum collectiones recepta sit; hanc prouinciam C. H. Turner utpote eam præclare administranti relinquo.

Confessio fidei Acacii Berœensis, aliunde non nota, sed sine dubio genuina, quo tempore ab homine qui plus centum annos uixit, composita sit, nescitur.

Aliunde arripuit Rusticus codices Dioscorianorum, unde epp. 295—304 et, ni fallor, etiam epistulas duas Cyrilli ad Successum [305. 306] desumpsit. signum illis præposuit *ac* siue *acephali*, quod ex uariis codicis corruptelis facile agnoscitur. Cyrilli epistula ad Dynatum episcopum Nicopoleos Epiri [295] in collectiones Vaticanam [129] et Atheniensem [129] recepta est; ex Vaticana in appendicem collectionis Seguieranæ peruenit. epistolæ Cyrilli ad Acacium [296], ad Lamponem [297], ad Iohannem Antiochenum contra Theodoretum [301] redeunt in codice Vat. 1431, quem re uera Dioscorianorum dicere possis. epistularum ad Successum memoria multiplex est neque hic locus est de ea agendi ¹⁾; hoc unum adnoto uersionis Dionysii Exigui a Rustico nullam rationem haberi sicut ne eius quidem quam ille epistolæ Cyrilli synodicæ ad Nestorium inter omnes primus confecit ²⁾.

Denique afferenda sunt ineptum illud Nestorianorum recentiorum figmentum [307], quod Rusticus a. 564 a monacho quodam Alexandrino se accepisse narrat, et excerpta pauca ex Cyrilli λόγῳ προσφωνητικῷ, cuius lectio apud symboli Chalcedonensis defensores satis frequens fuisse uidetur, atque ex epistolæ ad Hebræos commentario. hæc omnia non a Rustico ipso excerpta, sed sicut in aliquo codice conscripta extabant, translata esse per se intellegitur.

DE CODICIBVS ET EDITIONIBVS

Codex Vaticanus 1319 membranaceus scriptus est litteris nitidissimis s. XIII, sicut G. Mercati putat [Journ. of Theolog. Studies 6, 72 ³⁾], in Gallia. accurate codicem descripsit C. H. Turner in diario quod modo commemorauimus uol. 6 p. 85 sq. de orthographia recenti non est cur latius agatur; maximam eorum quæ hoc uolumine eduntur partem ex codice euulsam esse supra dixi. quoniam librarius et doctior erat et scribendi magis peritus quam monachus Casinensis qui alterum codicem scripsit, haud paucis locis ueram lectionem unus seruauit, aliis uero corruptelam interpolando etiam peiorem reddidit, cf. p. 4, 35. 12, 13. 21. 17, 2. 20, 26. 26, 14. 32, 39. primus codicem inspexisse uidetur [cf. C. H. Turner l. c. p. 71] Iacobus Sirmond, qui a. 1590—1618 Romæ erat et cardinali Baronio in annalibus conficiendis adsistebat; cum enim a. 1629 Facundum ederet, ad 2, 4 exscripsit locum de Isidori codicibus Acœmetanis [p. 25, 22]. adiciens *ut in ueteri ms adnotatum memini ab antiquo earum interprete*. breui mentione

¹⁾ Edendæ erunt in ultima parte uol. I; recensioem uel nunc confectam apud me habeo.

²⁾ Edetur in uol. V parte altera.

quam apud Ballerinos [Leonis opp. t. III p. 162 edit. Migne] inuenerat, commotus Dominicus Mansi codicem inspexit, indicem prioris partis collectionis confecit erroribus non immunem [t. V p. 465. 466], paucas lectiones uarias editioni Baluzianæ quam haud paucis uitiis typographicis locupletatam tomo V suæ collectionis Conciliorum inseruit, sine certo consilio adscripsit. F. Maassen neque hunc nec codicem Casinensem uidit.

Codex Casinensis 2 membranaceus, Vaticano paulo antiquior, scriptus est sine dubio in ipso cœnobio. bis accurate descriptus est a doctis monachis Casinensibus, primo 1874 in Bibliothecæ Casinensis uolumine I 49sq., deinde his ipsis temporibus [1915] in Catalogi codicum manuscriptorum Casinensium uol. I parte I p. 4sq. scriptura et ipso ductu et notarum multitudine lectu incommoda est; accedit quod librarius litteras nonnullas sæpe omittit uel transponit ita ut immania monstra exoriantur; multas huius generis corruptelas consulto non adnotaui. præterea inter se commutari solent terminationes et nominum et uerborum; omnino tenendum librarium hominem fuisse indoctum neque eorum quæ scripsit, intelligentiæ capacem, quo factum est ut ab interpolando totum se abstineret. orthographia licet a more antiquo minus codice Vaticano recedat, tamen non ea est de qua tam accurate referatur quam de codicibus æui Carolingici uel antiquioris. enumerationi igitur supersedeo scripturæ siue etymologicæ siue phoneticæ uocabulorum quæ cum præfixis in b, d, n terminantibus composita sunt; uarium librarii morem in editione secutus sum quantum potui; nam ut e. g. *inperium inperator* quod haud raro legitur, scriberem, a me non impetraui. notentur tamen 55, 36 *supseptis* [68, 3], 68, 8 *supseptione*, 110, 2 *subsceptibilis* [96, 32. 65, 14], 142, 1 *substollens*. æ œ e, y et i promiscue confunduntur; frequentia sunt incertitudinis uocalium e et i exempla qualia sunt ut de *de* et *di* inter se commutatis taceam, 36, 11 *colligerant*, 50, 17 *religatis*, 51, 15 *quatinus*, 61, 17 *constetit*, 88, 3 *collegentes* etc.; recentissimum est 27, 22 *uendicare*. in *h* ponenda siue omittenda sæpe peccatur: notetur quod semper scribitur *abhominetur* [160, 7. 158, 11. 147, 41. 150, 23. 179, 41], *abhominabiles* [162, 35. 164, 1], *abhominationis* [186, 31. 227, 24], sed *ortor* [91, 29. 81, 17. 91, 33 etc.], *ortationibus* [92, 8. 123, 29], *actenus* [51, 22. 151, 3. 152, 16. 182, 39]; præterea adnoto 120, 27 *hunitas*, 125, 22 *huitiles*, 124, 9 *traeretur*. Irenæi nomen rarissime falsa *h* caret [182, 16 *yrineo*, 131, 15 *irieno*]; inueniuntur *hirineus* 69, 16. 93, 6. 106, 25. 108, 32 etc. *hyrineus* 86, 7. 117, 8. 126, 7. 157, 1 etc., *hirienus* 133, 9. 10. 21. 138, 9. 148, 36. ceterum regnat in hoc nomine scriptura itacissans præter 181, 21 *hreneus*; addo et *berce* [243, 23], *beræensem* [194, 20. 26. 167, 35. 182, 3] scribi et *berie* [63, 7. 93, 27. 104, 15], semel etiam *hebria* [109, 6] inueniri. aliis itacismi exemplis quæ in indice VIII composui, addas *iohannis* et *heresis*, *hereticus* semper fere posita. quod ad litteras aspiratas attinet, frequentior est scriptura *calcedona calc donam calcidoniam* etc. [71, 32. 104, 11. 125, 24. 73, 30. 76, 12. 75, 28. 80, 3. 106, 40. 162, 29. 194, 9. 81, 11. 85, 24. 64, 26. 128, 6. 205, 38. 228, 6] quam *calchedona* [80, 28. 77, 11] uel *chalcedone* [80, 13]; cf. 88, 5 *cathicumini*, 123, 6 *carmosino*, 52, 18 *karacterem*, 123, 39 *cartam* [124, 10 et sæpius].

Antiquæ scripturæ reliquæ sunt 210, 27 *quooperatione*, 223, 19 *quoadiuuet*, 233, 1 *quoaptamus* et 212, 3 *quodsustantialem*; inde ortum est 134, 28 *acqu mmodo* pro accommode. addantur 46, 8 *iniquus* [77, 35], 128, 28 *anticos*, 143, 11 *relicos*. sæculi V orthographiam produnt 123, 30 *scribsit* [123, 33 et sæpius], 123, 31 *scribita*; falso translata est in 123, 30 *abrubta*. neque recenti debentur consuetudini 44, 30 *eufkratensie*; 66, 38 *incolomes* [128, 8. 148, 33. 34]; 132, 12. 199, 39 *posquam*; 139, 18 *docmata* [132, 12], sed 134, 17 *zeumate* [134, 30. 135, 15. 138, 28] quod nescio an retinendum fuerit; 138, 12 *ueniuolentie*, 205, 26 *acriuiam*, 228, 3 *acerue*, 202, 21 *coacerbans*, 230, 14 *sibe*; 220, 2

coniuncxit, 90, 35 *seiuncxit*, 133, 21 *subiuncxit*, 50, 6 *extincxit*; quæ scriptura etiam in praua aberrauit, uelut 66, 20 *coniūcserunt* uel 30, 14 *sanczerunt* [49, 1]. retinui licet a grammaticis inuentum sit *oportunus*, sed non recepi *scripulosiorem* [217, 28. 30. 31].

Medii aevi propria sunt x et s confusa: 37, 13 *larixe*, 38, 39 *zoxis*, 72, 24 *uexaniis*, 165, 26 *perpexi*, 215, 7 *credidixe*; 17, 20 *exstimant*, 59, 26 *exindi* [= scindi; 76, 25], 87, 31 *expectaret*; x pro z 37, 9 *anaxarbi*; 129, 16 *aspeserint*, 151, 6 *porresit*, 187, 30 *disisti*, 214, 17 *ausit*, 230, 35 *reuisisse*, 240, 7 *affisus*, 170, 15 *esistat*, 104, 22 *esistimare*, 130, 18 *orthodosorum* [136, 18], 142, 30 *ausilium*, 144, 28 *masimiani*, 182, 16 *alesander*, 212, 7 *alesandrini*, 216, 11 *coniunsit*, 226, 15 *ansiabatur*, 101, 21. 197, 22 *iusta*, 240, 31 *miste*, 79, 13 *misturam*, 200, 5 *permistione*, 91, 18. 101, 11. 126, 17. 221, 7 *estat* [62, 25. 83, 36], 46, 21 *estitit*, 65, 8 *estinguentur*, 83, 12 *estremitem*, 162, 13 *escusant*, 209, 35 *desteram*, 49, 6 *testus*, 130, 15. 215, 22 *uos*, 146, 41 *ueras*, 149, 1 *res*, 151, 24. 27. 41. 152, 4. 216, 6. 8. 17. 19. 217, 21. 28. 34. 229, 32 *genitris*, 181, 35 *es*, 224, 5 *ses*, 229, 38 *pas*. rarius pro x ponitur ss: 170, 33 *affisserunt*, 210, 15 *aspessimus*, 220, 15 *dissimus* [227, 36], 239, 7 *adfissum* [240, 9], 222, 9 *massimiano*, 73, 13 *iussta*. z pro x ponitur 92, 13 *alezandrie*. c et t etiam in uetustioribus codicibus non discerni constat; adnoto tamen 127, 8 *nuncciiis* [127, 14], 127, 13 *annuncciant*; 130, 16 *prodictionem* [133, 18], 230, 22 *tradictionem*; 171, 12 *prodictoribus*, 200, 32 *pfactam*, 175, 31 *fancasiam*. multo sæpius c ante t secundum recentem pronuntiationem omittitur: 132, 17 *cunti* [141, 3. 173, 25. 133, 31. 148, 39. 149, 17. 154, 35 et sæpius], 145 *santissimus* [157, 34. 199, 17], 135, 16 *santitatem* [141, 23. 222, 2], 148, 23 *extinto*, 151, 5 *compuntie*, 137, 3 *coniuntio*. frequenter ante i mutantur t et s: 178, 15 *coniunsio*, 169, 19 *contensionibus* [180, 36. 191, 40], 174, 15 *intensio* [173, 25], 240, 5 *adsumsionem*, 220, 22 *contensiosus*, 129, 33 *sentensiam* [146, 18. 211, 10], 151, 4 *penitensie* [151, 22. 152, 17], 154, 24 *magnificensia*, 220, 1 *insipiensia*, 205, 34 *attensius* [230, 18], 224, 26 *florensio*; etiam s pro d inuenitur: 185, 37 *gausium*. scripturæ inuersæ exempla sunt 137, 5 *condescentio* [138, 4. 171, 39. 172, 19], 219, 28 *permantio*, 68, 39 *dissentiones*. rarissime inueni z pro t: 46, 1 *melezius*, uel pro c: 37, 22 *euangelize*. cetera pronuntiationis recentis uestigia sunt 63, 36 *subscrissunt*, 143, 30 *subscriserunt*; 128, 6 *acquiesens*, 138, 4. 154, 11 *condesentionem*, 174, 8 *reposebant*, 185, 38 *disserem*, 187, 29 *nosset*; 185, 11 *costantia*, 131, 5 *consustantialem*, 182, 12 *demonstrare* [147, 38]; 52, 12 *attenus*, 66, 16 *quollibet*, 210, 25. 222, 27 *mannificentissimo*; 68, 10 *proientoribus*.

Denique commutatio consonarum tenuium et mediarum nimis frequens est quam ut prætermittatur: 57, 7 *pereglitatur*, 208, 17 *ligrati*, 78, 36 *gubitu*, 116, 39 *agacius*, 86, 11 *adletas*, 160, 28 *adhetarum*, 236, 6 *heredica*, 200, 11 *strepidu*, 185, 26 *beneblaciti*, 159, 5 *multiblicem*, 235, 20 *increbans*; 148, 6 *grecibus* [161, 3], 185, 35 *sacrilecum*, 149, 27 *submercatur*, 152, 14 *fincit*, 154, 32 *roco*, 186, 35 *inuesticase*, 212, 9 *lecuntur*, 243, 36 *acnoscitur*, 243, 18 *cradu*, 240, 17 *ceneratione*, 174, 23 *acripia* [133, 19. 172, 19], 117, 30 *plaspheumiam* [228, 20. 231, 8], 211, 32 *amprosii*, 211, 23 *eusepius*, 204, 13 *theosepius*. similiter r et l permutantur: 182, 38 *confringere* [206, 38], 162, 26 *confrictu* [229, 37. 240, 15], 164, 3 *superfruam*, 229, 37 *fructum*, 234, 34 *ariquando*, 215, 28 *brasphemati*; 179, 13 *luclari*, 189, 10 *cluciant*, 198, 4 *fluensque*, 206, 11 *pulitas*. magis ad litterarum quam ad sonum confusionem pertinent 142, 33 *anagarbensis* [142, 34. 178, 7], 186, 27 *geugma*. denique adnoto pro *hi* scribi solere *hii*.

Primo codex innotuisse uidetur cardinali Hieronymo Casanate, qui d. 12. m. Iun. 1673 purpuram adeptus est, diem obiit d. 3. m. Mart. 1700. Stephanus enim Baluze [cf. Noua coll. concil. p. 665] cum in ea codicis tum Bellouacensis, nunc Parisini 1456 parte quæ ex collectione Veronensi desumpta est, commonitorium quod a Cælestino

papa legatis ad concilium Ephesenum proficiscentibus datum est, inuenisset, per litteras cardinalem illum rogauit ut in codicibus Vaticanis quæri iuberet instructiones quas Cælestinus se legatis illis dedisse in commonitorio scribit. hæ sane periere neque inueniri poterant, sed d. 26. m. Octobris 1677 cardinalis uiro docto exemplar commonitorii misit descriptum ex cod. Vaticano 1320, recenti eiusdem collectionis Salzburgensis codice, cuius est Bellouacensis [cf. F. Maassen, *Gesch. d. Quell. u. d. Litt. d. canon. Rechts* 1 732]. neque his contentus cardinalis ad alias bibliothecas Italiæ scripsit atque etiam, sicut ad Baluzium scripsit d. 14. m. Nou. 1679, in bibliotheca monasterii Casinensis inuestigari mandauit si qui codex qualem Baluze desiderabat, ibi repperiretur. inuentus est codex Casinensis 2, non duo, sicut Baluze scribit, et Romam in palatium apostolicum missus per procuratorem Casinensem Andream Adeodatum, si recta refert Placidus Friderici, bibliothecarius Casinensis [† 1785], ex cuius chartis auctores Bibliothecæ Casinensis [I p. XXI] quædam de codicis fatis excerpterunt erroribus non immunia. codicis explorationem cardinalis mandauit homini Belgæ profundæ doctrinæ gloriam magis per amicorum gratiam quam meritis propriis adepto, Christiano Lupo Yprensi ¹⁾, ordinis fratrum eremitarum s. Augustini, professori theologiæ Louaniensi, qui a. 1677 ab illa facultate theologica de quæstione quadam theologiæ moralis ad Innocentium XI Romam missus erat. iste, sicut scribit Baluze, omnia statim edere constituit et a cardinale peruicit ne cui fas esset ista describere aut euulgare se inuito. cum cardinalis illam epistolam alteram ad Baluzium scriberet, Lupus iam in urbe non erat; Roma profectus est d. 31. m. Aug. 1679. domum reuersus statim eorum quæ raptim ex codice transcripserat, editionem confecit; non sine causa codicem describere uel ea quæ omiserat, indicare prætermisit. dum scholia inutilia et inepta uanarum hario-lationum farragine referta conscribit, morte abreptus est d. 8. m. Iul. a. 1681. et editionem ipsam sub titulo *Ad Ephesinum concilium uariorum patrum epistolæ ex manuscripto Cassinensis bibliothecæ codice desumptæ* et scholia quamuis ad finem non perducta in lucem emittenda curauerunt prior et conuentus Augustinianorum Louanensium a. 1682. qui liber cum in Baluzii manus peruenisset, nihil intemptatum reliquit ut compos fieret rerum quæ in codice Casinensi continentur, sed nihil profecit, non propter monachorum pertinacem obstinationem, sicut iratus proclamat, sed quia codex Romæ remanserat. cum enim Mabillon [cf. *iter Ital.* p. 123] mense Nouembri 1685 in ipso cœnobio codicem quæreret, illi dictum est eum Romam fuisse missum postulante procuratore generali, a quo ille Romam reuersus comperit codicem esse in palatio apostolico nec quicquam aliud de eo a quoquam elicere ualuit. quando codex monasterio Casinensi redditus sit, nescitur.

Postquam accuratiorem codicis notitiam adipisci frustra temptauit, Baluze collectionem qualis a Lupo emissa est, nouæ conciliorum collectioni quam a. 1683 edidit, inserere constituit. paucas emendationes, sed notas multas et doctissimas adiecit; tamen Lupi culpa factum est, ut collectionis originem et intentionem non intellexeret et titulo eam instrueret, quo falsius nihil poterat excogitari: *Synodicon aduersus Tragædiam Irenæi*.

Plus LXX annis post Dominicus Mansi consilium cepit in monasterium Casinense proficiscendi ut codicem conferret, sed, sicut scribit t. I p. XVI, hac eum molestia leuauit cardinalis Tamburini narrans se antehac codicem sedulo recensuisse atque uariantes totamque eius descriptionem in aduersaria sua redegisse; omnia illa scripta Mansio

¹⁾ Vita eius uel potius panegyricus stilo inepte florido a Ios. Sabatini, bibliothecæ Angelicæ in urbe præfecto, conscriptus præmissus est scholiis et notis ad codicis Casinensis editionem.

commodauit. at ille non dignus erat in quem tale beneficium conferretur. qua enim erat socordia et leuitate, ex chartis commodatis nihil amplius desumpsit nisi tabulam prioris collectionis partis, erroribus, sicut dixi, non immunem [t. V p. 465. 466]; uarias lectiones editioni Baluzianæ quam t. V suæ Conciliorum collectionis inseruit, ex codice Casinensi omnino non addidit. ut culpam tegeret, Lupi accuratam diligentiam laudibus tulit [t. I p. XVI. t. V p. 731. 732], quas immeritas esse, dum codicis phototypa iterum iterumque tracto, cottidie expertus hoc loco publice testor, ne quis me ex eis refellat quæ Lupo deberi ipse adnotauit. officium enim meum duxi ut quæcumque ille emendauit, quamuis plurima a quouis facile inueniri potuerint, adnotem, sed ingentem multitudinem eorum quæ praeue legit, neglegenter transcripsit, infeliciter correxit, obliuioni tradendam esse censui, ne inutili farragine libri impensas augerem lectorisque patientiam fatigarem.

Tandem a. 1874 monachi Casinenses omnia quæcumque codici insunt, accurate enotarunt [Bibl. Casin. I p. 49 sq.] et ea quæ a Lupo omissa erant, scrupulosa fide, sed non sine bonis emendationibus ediderunt [florileg. Casin. p. 5 sq.]. ipse a. 1912 cœnobium uenerabile adii et totum codicem phototypice expressi, a monachis reuerentissimis et præsertim a uiro doctissimo qui bibliothecæ et tabulario illo tempore præerat, liberaliter exceptus et adiutus, ita ut gratissimo animo memoriam illorum dierum uere beatorum in horum temporum calamitate recolam. præterea gratias ago quam maximas uu. dd. cardinali Ehrle et G. Mercati propter eximiam liberalitatem qua mihi ad omnes bibliothecæ Vaticanæ copias aditum præbuerunt, et uiro honestissimo C. H. Turner qui pro tribus primis huius uoluminis fasciculis sibi transmissis gratias agens emendationes et obseruationes adiunxit, quarum partem maximam probandam ratus inter Corrigenda infra attuli.

Dabam Monachis Bauarorum d. 6. m. Nou. a. h. s. XXII, quo die ante hos octo annos Gerardum filium et huius operis socium speratum decore pro patria mortuum esse certior factus sum.

E. Schwartz

CORRIGENDA

- p. 47, 27 <se> *delendum*
p. 48, 32 l. quæstiones
p. 91, 12 *margini adscribantur* d. 14. m. Sept. 432
p. 102, 26 l. <con>placuit
p. 106, 29 *pro* et l. ut
p. 139, 20 *in nota pro* 433 l. 432
p. 142, 37 *in nota marginali* l. ep. 22
p. 152, 7 *bis* l. genetrix
p. 159, 36 *nota marginalis delenda*
p. 163, 24 *ante excommunicationem inserendum* <nec>. C. H. T.
p. 165, 17 *delendum iniusti et* 18 *pro* interram l. iniustitiam C. H. T.
p. 166, 32 *margini adscribendum* 3 Reg. 11, 13. C. H. T.
p. 166, 7 l. perstitimus. C. H. T.
p. 169, 21 *pro* forte l. sorti. C. H. T.
p. 182, 36 *margini adscribendum* Ies. 1, 9. C. H. T.
p. 189, 18 *post delinquat uirgula ponenda et uerba sic enim — fiat parenthesi includenda.* C. H. T.
p. 197, 27 *pro* dominum l. deum. C. H. T.
p. 197, 32 *margini adscribendum* Hebr. 12, 2. C. H. T.
p. 198, 7 *margini adscribendum* Ps. 106, 30. C. H. T.
p. 210, 33 *pro* terra l. recta et *in nota delendum* uti. C. H. T.
p. 223, 12 l. Chryseroti.
-

COLLECTIONIS CASINENSIS
SIVE SYNODICI A RVSTICO DIACONO COMPOSITI
PARS ALTERA

V = Codex Vaticanus 1319 s. XII

M = Codex Casinensis 2 s. XIII

V^c M^c = lectiones ex correctura ortae

Collectiones Graecae

V = Collectio Vaticana

S = Collectio Seguierana

A = Collectio Atheniensis

Cf. quae exposui in Dissertationibus Academiae Bauaricae [DAB] vol. XXX 8 [*Neue Acten
stücke zum ephesinischen Concil von 431*] p. 80sq.

Epistula sancti Iohannis archiepiscopi Antiochiæ ad Orientales episcopos de facta pace ^{Lp 12}
 uniuersalis ecclesiæ, quam beati Cyrilli ad Acacium quæ nominatur epistula nomi- ^{M V 751}
 nauit <ad Carrenum> ep. 76, 19

Optinuit pietas, et omnis diaboli abscedat inuidia; [et] optinuit, nullum locum LXXVII [2]
 de cetero ammittens impudenter calumniari temptantibus expositionem fidei ecclesiæ 5
 magistrorum; optinuit sic quatenus pia confessio diuinæ inhumanationis non aliter apud
 nos et aliter alibi suscipi queat. concurrimus enim ad inuicem nos et dominus meus
 deoamicissimus Cyrillus, unam et eandem fidem secundum ueram euangeliorum re-
 gulam conseruantes. nihil enim medium neque dubietate dignum in his quæ ad ep. 72
 nos de fide per epistulam scripsit, exposuit, sed omnia clare atque aperte secundum 10
 nostras propositiones satisfactioni suæ quam nobis direxit, intexuit. facta est igitur,
 propitiante deo, per hæc una communio et concordia omnium totius orbis eccle-
 siarum, neque nobis subdole accedentibus ad ecclesiæ pacem nec prædicto deoami-
 cissimo uiro contento extraneam nobis eloqui uocem præterquam uult scriptura diuina.
 sic enim pure mundeque ac sine dolo dissoluit dubietatem quæ inter nos erat, ut 15
 nullam relinqueret occasionem his qui contra eum uolunt de diuinis dissentire dogmatibus.

2 Suscipiamus ergo piæ fidei consonantiam et cum hac super ea ecclesiæ pacem,
 non cedentes de reliquo illis qui ex occasione pietatis ut zelotas ac studiosos semet ipsos
 fecte habere desiderant. soluta est enim per gratiam dei uniuersa dubietas et con-
 tradictio de dispensatione domini secundum carnem, et quicumque uolunt conten- 20 Lp 13
 dere, manifesti sunt quia non hoc a principio uindicauerint, sed ecclesiarum dei concor-
 diæ inuiderint. aliqui enim ex ueritate Christum prædicant, aliqui uero ex contentione,
 et scit hoc plus a me religiositas uestra. erant enim et inter aduersarios qui in utram-
 que partem in fidei expositione nutabant, quorum mens quidem ueritati acquiescebat,
 lingua uero et studium his quæ sentiebant, res contrarias intendebant; inimicitiae 25
 3 enim et gratiæ seruiebant, ut nos inuentis occasionibus inuigilarent. omnia hæc
 jam per dei gratiam sunt extincta. quæ enim nos dictauimus, quædam quidem in
 Epheso de recta fide componentes, quædam uero hic, id est in Antiochia tractatu inter
 nos habito, hæc non solum suscepit Cyrillus sanctissimus (episcopus), sed et ymniendo ep. 72, 6

LXXVII *Græce extat in A II 9 [Abhdlg. d. Bayer. Akad. d. Wiss. XXX 8 p. 68 70]*

2/3 uniuersalis — nominauit M cum uniuersali ecclesia et beato cyrillo V 2 abeati M ad Aca-
 cium Lupus adacium M 3 ad Carrenum *suppleui cf. ep. 76, 19* [= L III 1130 = M v 325] 4 et del
 6 magistrorum] προτόνων Γ 12/14 amicissimo M 14 diuinam scripturam V 17 hac V hec M
 eam VM ἐπ' αὐτῇ Γ 18 ut V om. M 19 fecte habere *scripsi cf. Γ πρόσχημα ἀναδέχθαι* sic te
 habere V om. M dei Baluze fidei VM ἰω Γ 21 uindicauerunt M 22 inuiderunt M 23/24 utraque
 parte VM 28 tractatu Lupus tractant M tractantes V 29 hec M Γ hoc V episcopus Γ om. VM

laudauit, uoces nostras sacratissimas nominans et approbans atque confirmans; circa
 quas et ipse similia exposuit, contexens nobis paternam traditionem paulo minus perire
 MV 752 ab hominibus, ut ita dixerim, periclitatam, secundum ipsa nobiscum, id est cum Orien-
 talibus, assentiens et uerba et sensus et rectæ fidei expositionem, nihil medium neque
 quod uel paruissimam dubitationem facere possit, in suis ad nos litteris interponens, sed
 docens et illos qui adhuc ueritati resistunt, clara uoce confiteri quidem differentiam natu-
 rarum, diuidere uero diuinas uoces similiter ut naturas, confessa utique ab omnibus uni-
 geniti filii dei identitate personæ. et credo, deoamicissimi fratres, cum charta hæc
 fuerit destinata, sicut ipse promisit, his qui ubique sunt in orbe fidelibus, quia his qui-
 dem qui bonæ uoluntatis sunt, satisfiet, confusio uero nascetur incredulis et conuictioni
 ultimæ subiacebunt, (efficiet uero et illud propheticum dictum præsentibus quoque
 Ies. 35, 6 compleri temporibus, quia linguæ mutorum discent loqui diserte), quibus est
 festinatio uel studium, ut abusi occasione uiri sanctissimi, cui facile creditur, et illa
 uniuersa confundant quæcumque ad pia dogmata pertinent, et renouent immundi atque
 polluti Apollinarij impiam hæresim. 15

4 Sed ut non prolixiora dicam, ipsum direxi uobis epistolæ librum in satisfactionis
 quidem similitudine ab illo compositum, a nobis uero cum communione indubitate
 Lp 14 susceptum; quem, quod est amplius, et ammirati sumus pro rectitudine fidei et adiacet
 uobis, dilectissimi fratres, egere et satisfacere uobismet ipsis et gloriam dare sanctissimo
 deo in eo quod Ægyptus quidem ea quæ Orientis sunt, Oriens uero ea quæ Ægypti sunt, 20
 sapit atque amplectitur. generationibus enim quæ post nos erunt, pia confessio
 transmittetur, quam proprio sanguine ac multis ualde passionibus nostris per gratiam
 dei mundo seruauimus. permansit enim scintilla fidei et, deo donante temporis per-
 mutationem, flammam pietatis erexit, ita ut lumine diuinæ agnitionis exfulgeant tam
 qui illic sunt quam qui hic, immo uero et qui in toto sunt mundo fideles, quibus oratio, 25
 ut arbitror, uotumque ac desiderium fuit unam eandemque inpetrare confessionem,
 5 quæ post desperationem cunctorum mentes erigeret. direxi uero epistolam con-
 ep. 71 iunctis etiam litteris meis quas scripsi ad ipsum religiosissimum episcopum Cyrillum,
 ut agnoscatis quia non turpiter neque seruiliter intellectu pietatis usi ad hanc beatam
 uenimus pactionem. rogo igitur etiam nunc deum, rogo etiam uos ut ei gloriam 30
 detis et laborem nobis nullus de cetero ingerat, quibus decet ut ædificemus, non ut
 ea quæ uolente deo bene sunt placita, peruertamus.

Lp 15 MV 753 Epistula Nestorii, quam direxit sancto Iohanni Antiocheno episcopo de Constantino-
 politana ciuitate, respondens ad eius epistolam quam direxerat ei, antequam cum
 ep. 19
 ep. 8. 10 tertiis litteris beati Cyrilli epistolam sancti Cælestini papæ Romanæ urbis acciperet, 35
 id est antequam fieret sancta synodus Ephesena

LXXVIII[3] 1 Deoamicissimo et sanctissimo comministratori Iohanni Nestorius. Omni de
 Loofs, Nesto-
 riana 183-186 re facilius contra me ab hominibus putabam moueri posse calumniam potius quam

1—3 *adfert Cyrillus in ep. 76, 21*

34—36 *Nestorius epistulas Cyrilli et Cælestini accepit d. 30. m. Nouembr. 430*

2 ipsa M	3 periclitatam <i>Lupus</i> periditatum VM	6 restunt M	7 diuinas] τὰς δύο Γ
9 quia <i>Lupus</i> qui VM	10 conuictionis VM	12 discunt M	15 apollinarij V
V om. M	21 amplectitur V conplectitur M	23 mundo seruauimus Γ	20 quod mundos seruabimus VM
27/28 coniunctis VΓ	coniuunctionis M	28 religiosum cirillum episcopum M	29 intellecto V ^c
usi <i>Lupus</i> usu VM	beatam Γ beatitudinem M beatitudinis V	33 eplām M	33/34 constan-
tinopolitane M	35 abeati cyrilli M a beato cyrillo V	36 antea quam M	ephesyna V
37/38 omni de re V	omnem rem M		

ueluti de pietate fidei recta non saperem, qui usque hactenus propter pugnam quam
 contra uniuersos hæreticos habeo, multa milia hostilitatum contra me delector insurgere.
 uerumtamen et hanc temptationem oportet cum gaudio sustinere, quia et ipsa, si optime
 uigilemus, ad pietatem nobis multam potest conferre fiduciam; hoc uero quod nobis
 2 euenit, et ad illud profecit, ut clareret quantum pro nobis tua religiositas cogitet. ea 5
 enim quæ ad nos nuper scripsistis et ad magnificentissimum Christi amatorem Irinæum
 filium nostrum, insuper et ad deoamicissimos episcopos Musæum et Helladium, sinceram
 circa nos tuæ religiositatis dilectionem clarius prædicauere quam tuba nec non et quanta
 cura sit uobis pro quiete totius uniuersal's ecclesiæ; pro qua et nos habentes præcipuam
 curam, solis nobis contra reliquos uniuersos assumere auctoritatem quodam modo circa 10 Lp 16
 hæc ipsa quæ mota sunt, extremæ dementiæ <et> fraterni odii credimus rem, scientes
 quidem quod sermo quo dicitur theotocos, a multis hæreticis assumatur ut suus, retinentes
 uero quia nonnulli qui hic sunt, hanc uocem sumentes incautius per hoc ipsum in hæreticas
 3 et minime pias cogitationes inciderint et præcipue Arrii et Apollinarii inpiorum. cogno-
 scens igitur ex his quæ scripsistis, ut dixi, tam religiositatis tuæ beniuolentiam circa nos 15
 quam curam pro dei ecclesiis competentem, per has meas litteras causæ quæ mota est,
 certamen soluere festinaui apud amicam deo animam tuam et hoc innotescere interim
 quia et ante tuæ religiositatis litteras, ut ita dixerim, solui et ego ipse, respiciens quia
 oportebat ex deliberatione omnium nostrum consone et unanimiter uocem qua dei
 genetrix nominatur, exponere, non ut uel ad modicum uocis huius a me confessio differre- 20
 tur, sed ut nulli eorum permetteretur occasio, qui quæ dei sunt, minime sapiunt, ut
 4 quasi per hoc nostra sibi rapiens uerba schisma contra ecclesiam faceret. puto enim
 et tuam religiositatem cognouisse quia mox ut uenimus huc, aliquos hic aduersum semet M V 754
 ipsos eorum qui ad ecclesiam pertinent, seditiose dissidentes inuenimus; quorum quidam
 quidem sanctam uirginem theotocon tantummodo nominabant, alii uero hominis gene- 25
 tricem. unde ut utramque partem diligenter colligerem nullamque ouem, quo posset
 perire, despicerem, sicut et ipsum omnium dominum fecisse conspiciamus, Christi eam
 uocauimus genetricem, ut hæc uox utrumque manifeste signaret, id est deum et ho-
 minem circa euangelii uoces uolentibusque concessi ut pie genetricem uel partricem dei
 uirginem nominarent, id est neque circa Apollinarii neque secundum Arrii sensum, sed 30
 nec tamquam diuinitas unigeniti ex sancta uirgine sumpsisset initium, sed propter
 unionis rationem, quæ facta est ex ipso angeli uocum principio, quas de conceptione Lc. 1, 28
 5 locutus est. quæso igitur, ut quiescentes ab huiusmodi curis de causa præsentis et
 scientes quia per gratiam dei eadem uobis et sapimus semper et sapimus in his quæ
 ad pietatem fidei pertinent, orate consuete, ut et in his ipsis et in omnibus reliquis a 35
 domino Christo inpetremus auxilium et digni efficiamur ut ad inuicem colloquamur. Lp 17
 manifestum est enim quia si nos inuicem uiderimus, dum <deus> nobis hanc ipsam sy-
 nodum donauerit quam speramus, et istud et reliqua quæcumque fieri oportet ad correc-
 tionem generalitatis atque iuuamen, absque scandalo et cum concordia disponemus,
 ut omnia quæ fuerint ordinata ex communi et uniuersali decreto, dignitatem credulitatis 40

1 separem M	5 profecit V proficit M	7 ad V a M	alladium M	10 solis
nobis Loofs soli nobis VM solos nos V ^c	11 et add. Loofs	fraterni VM ^c fraternitati M		
12 quo M quod V	otheotocos V	16 cōpetentem V competentibus M	17 tuam VM ^c	
uram dō M	18 ut V ad M	post ego iterum scr. dixerim M, sed del.	20 a me V om. M	
20/21 differretur M differreretur M ^c differeretur V	22 capiens M	24 qui M quæ V	26 ut V om. M	
27 omnium scripsi hominem M om. V	29 uolentibusque V uolentibus M	29 particem M		
30 apollinarii V ut sæpe	32 quas V quam M	34 eadem uobis V eandem M	36 colloquamur	
V om. M	37 deus add. Loofs			

accipiant et nulli occasionem contradictionis efficiant, uel si ad hanc omnino sit facilis. de consueta uero Aegypto praesumptione maxime tua religiositas non debet ammirari, dum habeas antiqua huius exempla perplurima; post paululum uero, si deus uoluerit, laudabitur nostrum circa istud quoque consilium.

Omnem quæ tecum est, fraternitatem ego et qui mecum sunt, salutamus. in- 5 columis oransque pro nobis permaneas, omni honore digne et deoamicissime.

6 POST SVBSCRIPTIONEM. Conspiciens**, ut arbitror, contra eos qui occasionem exquirunt, et alio quod amplius expedit, utimur. nam post tuæ religiositatis epistulas in illa doctrina quam publice in ecclesia fecimus, amplius per gratiam dei et clerum et populum et hos qui in imperialibus sunt aulis, attraximus. 10

7 Sermo Nestorii Constantinopolitani tunc episcopi, quem dixit, dum tardius intrasset ad missam eo quod necessitatem passus sit in secretario, ut omni clero concurrenti ad eum multa de dogmate disputaret; qui sic eius magisterium sunt ammirati, ut anathematizarent eos qui ita non saperent

Loofs, Nesto-
riana 314-321

M V 755

Lp 18

Matth. 1, 1

Cum diuersis diuersae res expediant super terram et aliis quidem militia prosit, 15 aliis autem fori negotium, aliis uero maritimæ artes, nec non quibusdam terrena exercitia, pietatis agnitio omnibus hominibus simul est utilis, et principibus et sacerdotibus [militi- bus], potentibus et populis. hæc ipsa uero, id est pietatis agnitio, ut breuiter aliquis dicat (parco enim, quoniam et ego ualde sum fatigatus et uos omnino constricti), con- substantialis est deiloquium trinitatis, unigeniti inhumanatio et diuinæ naturæ ad 20 naturam nostram in utero uirginali unitio ineffabilis duarumque in uno filio contem- platio naturarum. ob hoc uobis frequentius diximus quoniam Christus, id est hoc [est] appellationis nomen, significatiuum est utrorumque, id est dei et hominis, et si dixerit aliquis solum Christum, dixit utrumque, intellectus uero eorum quæ dicuntur, coaptatur ad unamquamque naturam. hinc et beatus euangeliorum conscriptor 25 Matthæus, ad genealogiæ mysterium ueniens, a neutra natura principium generationis exorsus est nisi ab ipso Christo, qui est omnium dominus; oportet uero id ipsum et mani- festius dicere, ut efficiatur ad perspicendum cunctis facilius intellectus. Liber inquit, generationis Iesu Christi. non ait neque »liber generationis dei uerbi« neque »liber geneleos hominis«. si enim dixisset »liber generationis hominis«, purum 30 nobis hominem Christum uideretur ostendere; si uero dixisset »liber geneleos dei uerbi«, diuinitatem nobis expertem humanitatis induceret. utrasque igitur naturas in appellatione domini Christi complectitur, ne quid horum sine alio possit intellegi. hinc

Sermonis Nestorii altera extat recensio et uersio a Mario Mercatore confecta in Collectione Palatina 22 [Mar. Merc. ed. Baluze p. 87—90]. habitus est d. 7. m. Decembr. 430 teste eodem Mario Mercatore p. 74. 87 Bal., post quem diem ea scripta sunt quæ Nestorius post subscriptionem epistolæ ad Iohannem adiecit. ceterum Iohannes in epistula ad Firmum [79, 2] scribit se a Nestorio duos sermones accepisse, id est hunc et eum quem uno die ante habuit [Mar. Merc. p. 74—87 Bal.].

27—7, 9 iterum translata sunt in epistula Eutherii ad Alexandrum Hierapolitanum [291].

1 facilius in facilis corr. V	2 consuetudo M	egipto M ex egypto V	7 lacunam
statui supplendo e. g. (pugnam quæ mox erit)	9 ecclesiam VM	10 in V om. M	aulius M
11 tunc V om. M	dixi M	12 missam V msas M	necessitates possedit M
13 magisterio VM	14 separent M	15 diuersæ res V diuersa hrs M	milia M
16 terna M	17 agatio M	17/18 militibus V et militibus et M, deleui cf. Mar. Merc.	regibus
scilicet et sacerdotibus, popularibus ac potentibus	20 unigeniti inhumanatio V humanatio unigeniti M		
ad V ad diuinam M	23 est VM del. Lupus	26 matheus V beatus matheus M	30 hominis V
dī hominis M	32 expertem V ex parte M		

est quod etiam beatæ sanctæque uirgini aptum est, ut et Christi genetrix nominetur duplici significatione uocabuli, id est dei genetricis et hominis genetricis. quoniam uero conueniens est propter illos qui etiam clariorem de partrice Christi exigunt intellectum, et maxime cum sint ecclesiæ filii, adhuc apud eos uti uocabulo clariore, propterea quæ prius breui appellatione de beata illa et sancta uirgine prædicauimus, hæc etiam nunc manifestioribus nominibus exclamamus, quoniam sancta uirgo et dei genetrix est et hominis genetrix, dei quidem genetrix ideo quia illud templum quod in ea ex spiritu sancto creatum est, deitati erat unitum, hominis uero genetrix eo quod nostræ naturæ primitias assumpserit deus.

- 10 Hæc sunt in breui dogmata pietatis, hæc semper memoriter custodite, ubique male hæreticis placita declinantes. non credatis eo quod apud illos consuetum nomen est ut dei genetrix nominetur, sic et ecclesiam dicere theotocon, quia si etiam filii apud nos et apud illos appellatio una est, sed ipsius filiationis inter nos et illos non unus est intellectus. apud illos enim uocabulum filii nomen est solum nudumque illa similitudine quam filius habet ad patrem, apud nos filii appellatio uera est et firma. sic rursus apud illos dominus omnium Christus appellatur deus, quod confitemur et nos; sed apud illos, ut creatus, creditur deus, apud nos uero, sicut eius genitor, increatus. non igitur pro similitudine nominis in eundem deponamur [ab] hæreticis de his quæ loquimur, intellectum, sed deum et hominem, unum filium, fateamur, neque deo in carne conuerso (inmutabile est enim quodcumque diuinum est, et hoc deus Iudæis ostendens inquit: ego sum, ego sum, et non sum mutatus) neque in naturam incorpoream carne translata. non enim erubescit deus quam suscepit naturam, neque confunditur in ipsa regnare. si enim uereretur, eam minime suscepisset; suscipiens uero propter inmensurabilem caritatem, habet inseparabiliter quam suscepit. horum bonum est possidere memoriam semper in Christo, cui gloria in sæcula. amen.

Incipit epistula Iohannis Antiocheni episcopi ad Firmum Cæsareæ Cappadociæ episcopum

- 1 Affectus qui secundum deum est, tempore nescit extinguere nec potest quomodo- documque corrumpi, unde tuæ religiositatis memores permaneamus, qui paruo quidem tempore in Constantinopolim tuis amicitiiis fruebamur, uirtutis uero tuæ experimentum tempore prolixius sumpsimus. præter alios enim in cohabitationibus es suauis et uidentibus te utilitatem cum suauitate præstas; dum uero humilitatem secteris, excelsas habes cogitationes. sed de his quidem hactenus habes et dictum sit; excedit enim stili epistularis mensuram uirtutum tuarum dinumeratio. quod autem nunc instat, hoc tuæ deoamabilitati significo quoniam per dei gratiam perturbatio quæ erat in Constantinopolim, iam quieuit de quæstione dispensationis piæ susceptione sententiæ, non quod pænitentia uel correctio sit secuta, sed quia sana intellegentia etiam nomen dei genetricis competenter accepit. sapiebat siquidem sic prius sanctissimus episcopus

LXXVIII Theodoret. ep. 112: πρὸ μὲν γὰρ τῆς εἰς Ἐφεσον ἀποδημίας ὁ μακάριος γέγραπεν Ἰωάννης τοῖς περὶ τὸν θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον Εὐθέριον τὸν Τυάων καὶ Φίρμον τὸν Καισαρείας καὶ Θεόδοτον τὸν Ἀγκύρας, Ἀπολιναρίου διδασκαλίαν τὰ κεφάλαια ταῦτα καλέσας

1 uirginis M	4 adhuc scripsi et hoc VM	clariori V	5 quem M	6 hoc M
7 est V om. M	9 primitias Lupus primitus VM	10 dogmata Lupus dogmate VM		
11 declinantes M om. V	12 di dicere M	si scripsi sic VM	15 filii — firma M uero	
filii appellatio firma est V	16 appellatur M nominatur V	18 ab deleui	20 ostendens iudeis V	
22 deus V iudeus M	23 reueretur M	27 qui V quidem M	28 religiositati M	
30 suauius M	32 habes et M om. V	34 pertinatio M	37 prius Lupus pius VM	

Nestorius, sicut res ipsæ docuerunt, cauebat uero nomen, ueluti dare posset, ut diximus, unde nos sequaces hæretici Apollinarii reprehenderent. quia uero sic et ante sapuerit, inde conicimus, quia et cito consensit. ammonentibus enim nobis, sicut a propriis fit, et ipsum nomen accepit et in duobus sermonibus sanam fidei expositionem et in-
 3 reprehensibilem nobis direxit. transmisit autem nobis et capitula quædam siue 5
 propositiones, quæ circumferuntur in regia ciuitate ad læsionem communis ecclesiæ, tamquam quæ religiosissimi episcopi sint Cyrilli; quæ quidem eius esse non credo eo quod ipsa conpositio ab eius discrepet caractere multumque sint peregrina ab his qui
 Lp 21 piam doctrinam discendo nutriti sunt. consonant enim, magis uero sunt eadem
 M V 757 his propter quæ Apollinarius a Christi est disruptus ecclesia, in unaquaque antiquarum 10
 synodorum esse hæreticus iudicatus, quin etiam condemnatus. intendunt namque ista capitula sicuti licet tibi legenti cognoscere, corpus illud quod deus uerbum de sancta uirgine assumpsit, eiusdem cuius diuinitas, esse naturæ, diuinitate permutationem, sicut nosti, non ualente suscipere. unionem namque summam et coniunctionem dicere pium est, identitatem uero naturæ dicere nimis illicitum est; quod præsumperunt 15
 quondam Apollinariani et dicere et sapere, licet ipsi quoque qui hoc ad interemptionem reppererunt fidei, suam tamen nuper hanc perfidiam denegabant. at uero eorum qui nunc sunt, quidam hoc ipsum cum fiducia docent atque perniciæ, unam dicentes
 4 et eandem <humanitatis> diuinitatisque esse naturam. quod ne patiamur et nos, rogo tuam religiositatem, si hæc capitula in Pontica sunt diocesi uulgata, dignare hæc 20
 ipsa inspicere et cognoscens incongruitatem quæ in eis est, abiura ea apud omnes deo amicissimos episcopos qui eadem sentiunt, innominato auctore seu patre uerborum,
 Ioh. 1, 14 quem neque nouimus neque credimus, si discamus. uerbum enim caro factum est, non permutatione naturæ, absit (inmutabile est enim quod diuinum est), sed quia
 Phil. 2, 6, 7 in forma dei existens, euacuauit semet ipsum, formam serui accipiens, 25
 id est perfectum hominem sumens. inuenies uero in his sapientibus propositionibus siue capitulis et alteras quasdam uocum nouitates, quæ omnino ab ecclesiastico caractere
 5 ac fide quæ in nobis est, aliena sunt. ego quidem hæc uelut in breui capitulo nuntiaui, hoc tantum interim studens, ut ego nota hæc tuæ deoamabilitati tantummodo facerem; tua uero diligentia ubique astruat, ut si illic fuerint ubicumque prolata, minime appro- 30
 bentur, ut fidem paternam seruare incommobilitate ualeamus, quam nos defendere conuenit ac tutari, etiamsi uitam nos oporteat ponere, ualedicentes Apollinarii malæ credulitati.

6 Idem uero Iohannes multis archiepiscoporum legitur scripsisse similia.

79a Sacra Theodosii ad synodum iam collectam per Candidianum comitem domesticorum, 35
 M V 758 quem pro disciplina tunc ad hoc præesse iusserat imperator, nequa in ciuitate perturbatio nasceretur aut ne aliqui episcoporum ante finem causæ recederent; præcepit uero in his imperator qualis deberet audientiæ ordo seruari, si omnes iam qui uocati fuerant, conuenissent

ep. 23 [cf. DAB p. 110] Hæc supra iam posita est ante principium gestorum synodaliū.

3 enim V om. M	4 fit <i>Lupus</i> sit M sic V	7 sint V om. M	8 multumque V
multum M	10 disruptus a xpī est V	11 quin etiam <i>Lupus</i> qui nec iam VM	
12 illud V om. M	15 nimis M minus V	18 at quæ perniciē V ut que perniciem M	19 huma-
nitatis diuinitatisque <i>Lupus</i>	diuinitatis que M diuinitatis V	21 adiura M	24 enim V om. M
26 hominem sumens perfectum V	29 deoamabilitatis VM corr. V	30 astruunt M	
36 tunc scripsi nunc VM	ciuitatem M		

Epistula sanctissimi et beatissimi doctoris ecclesiæ Isidori presbyteri et abbatis monasterii circa Pelusium ad archiepiscopum Alexandria beatissimum Cyrillum M V 758

- 1 Quid proficit tibi quod ad instar Iohannis in eremum quondam recesseras, quod aliquando magno cum studio expetisti, qui nunc illum Dimam potius æmularis et ad proprias curas iterum repedasti et in eremum perturbaris solusque degens inportunitati subiceris? sub quiescendi enim prætextu mentis uertiginibus atque confusionibus circumferri et sensum replet amentia et quæ olim sunt elaborata, obfuscatur et passionibus uictoriam præparat et ex bellatore dediticium facit. nemo autem deo militans implicat se negotiis sæcularibus, ut placeat ei qui eum militare dignatus est, sed fit totus armatus, ad certamen quod principi militiæ placuerit, configere præparatus. 10

Eiusdem dogmatica ad Timotheum lectorem

- 2 Sicut hamum nautæ escis operiunt et pisces inprovidos capiunt, sic nequissimi propugnatores hæresum, suauiloquio malignos sensus suos operientes, inlaqueant simpliciores ad mortem. omni igitur custodia muni cor tuum, ne umquam suscipias unam post incarnationem Christi naturam; alterius enim peremptio est ad unam sensus, aut diuinæ conuersæ aut nostræ imminutæ. hæc est Manitis profunda charybdis, per quam cunctos deponere studuit in gehennam.

Eiusdem Isidori ad [eundem] Cyrillum Alexandria iam episcopum

- 3 Assentatio quidem acute non cernit, odium uero ex toto non uidet. si igitur ab utraque pestilentia uis purus existere, noli uiolentas sententias exequi, sed iusto causas committe iudicio, quia et deus, qui omnia nouit, antequam nascentur, descendere et clamorem Sodomorum misericorditer uidere dignatus est, nos docens integerrimæ examinationis exemplum. multi enim te uituperant eorum qui Ephesi conuenerunt, tamquam proprias inimicitias exequaris et non ea quæ sunt Iesu Christi, orthodoxe quæras. »Theophili nepos est«, inquiunt, »et imitatur illius uoluntatem. sicut enim ille eructauit uesaniam manifestam contra deiferum et deoamabilem Iohannem, sic et iste gloriari desiderat, etsi est iudicandorum multa distantia.«

Eiusdem ad imperatorem Theodosium ante synodum Ephesenam

M V 759

- 4 Si quidem tu ipse tempus acceperis, ut assis his quæ in Ephesum iudicanda sunt, bene noui quod ea inculpabilitas subsequatur; si autem populari odio decernendum tradideris, quis ab offensionibus illam synodum liberabit? his autem medicinam præstabis, si tuos feceris a dogmatizando cessare ministros, ad magnum chaos discissos, ut imperatori pareant, deo uero repugnent, ne forte et tuo imperio commotionem

LXXX om. *Lupus*. 1—10. 19. 33. 35 publicatæ sunt a D. Mansi in *Coll. Conc. V* 758 sq., 11—18. 20—32. 34. 36—49 a monachis Benedictinis in *Bibl. Casin. I floril. p. 7 sq.*, omnes denique a Renato Aigrain in libello *Quarante-neuf lettres de S. Isidore de Péluse Paris 1911. cf. Journ. of Theol. Stud. 6, 70 sq. 270 sq.*

3 alteram uersionem ediderunt Baluze [*Nou. coll. conc. 692*] et Aigrain p. 86 ex *Codice encyclico*. tertia habetur apud *Pacundum 2, 4*

1 et beatissimi V om. M	pbris M	4 dymani VM	5 degens V de genus M
7 elaborata V et laborata M	8 dediticium M		
14 suspicias M	15 ad unam scripsi secundum Γ ad unum VM	16 aut ¹ V autem M	
mannitis VM			
18 eundem deleui	iam M om. V		
31 offensionibus] προσκομμάτων [σκαμμάτων edd.]	liberauit M	32 caus .1/	
32/33 discissos ut] διεστῶτας (τοῦ)	33 tuo imperio] τῷ (σῶν) κρᾶτει		

superducant, dum contra petram collidunt ecclesiæ suæ infidelitatis machinamenta.
Mt. 16, 18 illa enim firma persistit et neque portæ inferni ei poterunt dominari, sicut eius fundator promisit.

Eiusdem ad Cyrillum episcopum

Isid. ep. 1, 5 Multa quidem scripturarum testimonia, multæ autem paternæ speculationes 5
323 [323] ueracem rationem incarnationis domini sincere declarant, licet nostra mente atque indagatione superius sit mysterium. quod autem uerus et super omnia deus homo sit factus, nec ex eo quod erat, conuersus et quod non erat, assumens, in naturis duabus unus subsistens filius, absque initio et sine fine, recens et sempiternus, nec ipse utique denegabis, plures habens sancti patris nostri magni Athanasii super his assensus, hominis 10 qui diuina ultra naturam penetrauit.

Eiusdem ad eundem Cyrillum

Isid. ep. 1, 6 Oportet te, o ammirabilis, semper non esse uertibilem nec diuina terrore prodentem
324 [324] nec uideri tibi met ipsi contrarium. nam si ea quæ nunc scripsisti, contra illa quæ priora sunt, conpares, apparebis aut adulationi subiectus aut minister temporis oportuni 15 et uana quidem gloria superatus, magnorum uero bellatorum [que] sanctorum certamina minime imitatus, qui per omnem uitam in peregrinis affligi sustinuerunt potius quam malam credulitatem uel usque ad auditum suscipere.

Eiusdem sancti Isidori ad eundem beatissimum Cyrillum

Isid. ep. 1, 7 Terrent me exempla scripturæ diuinæ et conpellor scribere quæ oportet. siue 20
370 [370] enim pater sum, sicut ipse dixisti, Heli condemnationem metuo, quoniam peccantes non corripuit filios; siue filius tuus existo, sicut magis noui, eo quod magni illius Marci
1 Reg. 3, 13 habitum gestes, Ionathæ formido uindictam, quia patrem quærentem uentriloquam non prohibuit et prior ab eo qui peccauerat, ille qui poterat prohibere, in bello defunctus est. ut igitur et ego non damner et ipse a deo minime iudiceris, depone litigia nec 25 in tuæ iniuriæ ultionem, quæ tibi a mortalibus debetur hominibus, ecclesiam uiuentem decipias et æternam illi dissensionem sub pietatis figmento conponas.

Eiusdem Theodosio diacono

Isid. ep. 1, 8 Sicut dum uirgo adhuc esset natura, partus domini factus est et incarnationis
404 [404] processio diminutionem non fecit castitatis, sic signato sepulcro resurrectio facta est. 30 dei namque inhumanati erant utraque.

5 alteram uersionem ediderunt Baluze Nova coll. conc. p. 693 et Aigrain p. 87 ex codice encyclo

6 alteram uersionem ediderunt Baluze p. 693 et Aigrain p. 85 ex codice encyclo

7 ex alia uersione adfert Facund. 2, 4

— — — — —

1 superdicant M

5 paternæ] πατρικαί [πρακτικά edd.]

8 in naturis duabus VM et altera uersio ἐκ φύσεων δύοιν Γ

interpolate

9 sempiternus VΓ sempiternus filius M

11 diuinam M

13 ammirabilis M mirabilis V

diuinam M

terrore prodentem scripsi secundum Γ errore

prouentum VM

15 temporis oportuni [εὐκαιρίας pro εὐχερείας] scripsi temporis oportunus VM

16 uana scripsi secundum Γ una MV

separatus M

que deleui

19 Eiusdem ad eundem V

23 quia MΓ qui ad V

24 poterat M potuit V

25/26 nec

in] μὴ (εἰς)

26 ultione V

28 Eiusdem om. M

29 domini partus V

31 inhumanitati M

9 Eiusdem Isidori ad eundem

M V 760

Non est sanum naturales demonstrationes quærere eorum quæ super naturam sunt. quamuis enim et caro uera factum sit uerbum, non tamen purus homo fuit Christus, sed potius deus inhumanatus, in utrisque naturis unus subsistens filius dei. Isid. ep. 1, 405 [405]

Eiusdem Isidori presbyteri et abbatis ad Hermogenem episcopum

5

10 Virga harundinea, infirmum fundamentum, multarum uoluptatum uoluntas, quæ baculus putatur et sagitta potius inuenitur. neque enim ualet sustinere, immo et omni aura concutitur et contra cedros sæuit extensa. Ægyptus rursus Pharaone militat duce, non quidem iam peregrinis Iacob filiis ædificandarum ciuitatum labores inponens, sed omnes sacratos census hæresis exigens. uidete nequis uos seducat, sed firmum fundamentum stet. deus enim inhumanatus neque uersus est neque confusus neque diuisus, sed unus est sine initio et sempiternus filius et ante incarnationem et post incarnationem, sic a nobis adorandus. Isid. ep. 1, 419 [419]
Ies. 36, 6
Exod. 1, 11
10 Mt. 24, 4

Eiusdem ad Ieracem presbyterum

11 Non mediocriter in ciuitate laudaris, o tu a cuius laude quæ dico, minora sunt uniuersa. principatum namque, pro quo multi certantur et qui desideratur omnino super ceteras dignitates et qui nunc maxime plus quam semper desiderabilis hominibus factus est, qui etiam temptantibus semet ipsum facillime præstat, tu non solum non quæstisti, sed nec uocatus ad hoc obœdisti nec cum tibi proponeretur, arripuisti, principatum credens esse præcipuum et decentem optimo uiro, ut possit sibimet ipsi princeps existere, ut animum suum iracundiæ uoluptatibusque præponat. præter hoc autem bene et optime peruidisti integerrimam libertatem inter requies, non inter principatus clarissimos inueniri. multæ namque necessitatis esse consequenter es arbitratus aliis quidem dominari, aliis uero seruire, et his quidem imperare, alteris autem obtemperare, et alios quidem grauare, aliis uero donare, et aliis quidem præesse, aliis autem subiacere, et illos quidem terrere, ab illis uero odiri. arbitratus es igitur hæc non esse illorum qui accipiunt honorem, sed eorum qui subeunt ultionem. illud ergo competentissime refutasti, ad animæ uero diligentiam studium conuertisti. si uero aliqui rectum rerum iudicium non habentes, immo qui et ipsum ratiocinandi animum perdiderunt, culpæ te audent, præ omnibus quidem nec sermone habendi sunt digni homines qui illum culpant, qui coronis est dignus; si uero et configere cum talibus oportet, dic eis illud: sane ignorare uidemini quia in tyrannidem uersa est mansuetudinis dignitas. nam si potueritis ostendere antiquum illud pastorale regimen permanere nunc usque, et sic quidem magis iustum est ut laudetis eum qui minorem se tanta re arbitratus effugerit. quodsi dum possit hoc implere, contempsit, non solum non

1 Isidori om. I'

5 Isidori -- abbatis om I'

6 multarum uoluptatum] πολυδόνητος

7 ualet om. M

8 aula M

cedrus V M

9 iam om. M

10 sacratos] ἱερωμένους [ἐρρωμένους edd.]

11 neque uersus] οὐτέ

τέτραπται

15 o tu a cuius] ὦ <σύ, ὦ>

a cuius M cuius a I'

17 qui V^c quod F' M

desi-

derabile M

18 factum M

qui F^c quod V' M

temptantibus] πειρώσι [ἐρωσι edd.]

facillime MΓ difficillime V

prestant M

20 decentem scripsi secundum Γ decens V cedens M

22 preuidisti M

26 terrere] φοβεῖν [φοβεῖσθαι edd.]

28 diligentiam I' Γ diligentissime M

31 homines] ἄνθρωποι pro ἄνθρωπων

34 qui minorem se] τὸν <ἐαυτὸν> ἥττονα

tanta re]

τοῦ <τοσοῦτου> πρῶτος

35 non solum non] μὴ μόνον <μὴ>

absoluendus ab accusatione, sed et exigendus est ultionem. si uero in contrarium permutatus est ordo — tunc enim moriebantur pro ouibus pastores, at nunc oues occidunt, non corpora interficientes, nam minus esset forsitan malum, sed animas scandalizantes; et tunc quidem corpus ieiuniis castigabant, nunc autem faciunt exilire deliciis; et tunc quidem dispergebant egentibus propria, nunc autem diripiunt ea quæ pauperum sunt; 5 et tunc quidem uirtutes animi nutriebant, nunc autem uirtutibus studentes exiliant; et tunc quidem castitatem diuinis laudibus dignabantur, nunc uero — sed nihil dicere uolo difficile. nam et ista non tamquam uituperans eos qui talia faciunt, dixi (nec enim quemquam proposui accusare), sed ostendens quantum distat inter antiquum ministerium modernamque tyrannidem. pro qua igitur causa non corona dignos 10 ducitis et magna uoce laudatis eos qui diligunt æquitatem?

Eiusdem ad Dionysium correctorem

Isid. ep. 3, 12 Qui nec gratia nec aduersitate nec munere ducitur ad iniustitiam, hic et optima
315 [1114] iustitiæ regula erit et indeclinabilis eorum quæ in dubitationem ueniunt, iudex.

Eiusdem ad Macarium presbyterum

15

Isid. ep. 3, 13 Quando pessimi dæmones cum suo militiæ magistro diabolo nihil in suo permiserunt
329 [1128] ordine permanere, sed iniquitate et auaritia saginati et satietatem minime sentientes iniuriæ, ad supremum malorum homines inpulerunt, tunc rex omnium, sermo paternus, horum quidem tyrannidis odiosus, illorum uero miseriis miseratus, humana indutus natura stetit in proelium. tropæa igitur quædam quidem stabant, quædam uero 20 erigebantur; et barbarus quidem cuneus dæmonum cum proprio duce calamitates suas gemebat, natura uero humana recurrebat ad libertatem. propterea et dulciuocus
Ps. 95, 1 psalmista canticum nouum liberatis cantare præcipiebat; prophetici namque oculis futura cernebat.

Eiusdem sancti Isidori ad Herminum comitem

25

Isid. ep. 3, 14 Multi quidem uictores, sortiti fortitudinis uim, clementia seruauere subiectos
370 [1169] et quos inuitos subiecerunt, hos iam uolentibus eis regebant. nam fortitudo quidem ad hoc est apta, ut optineantur quæ antea non possidebantur; mansuetudo uero ut ipsum quod possidetur, melius conseruetur. hi uero qui se illius mansuetissimi magistri esse discipulos gloriantur et regis cælestis milites, eos quos in principio protectores 30 mansuetudine sua optinuerunt uolentibus eis, ipsos superbix fastu inuitos expellunt. quos enim <illi> uoluntarie subiectos a principio præbuerunt, hos inuitos quoque propter suam tyrannidem fugant. sicut enim prædones et depopulatores, non sicut pastores circa subiectos se præbent. dicis ergo: quid erit faciendum? nihil aliud nisi ut animi uirtutibus studentes sustineamus diuinum iudicium. 35

1 et om. V 1/2 si — ordo] εἰ — μετακεχώρηκε [μὴ ἀπαιτείσθω] 4 et tunc quidem corpus — deliciis
dupliciter scripsit V 8 uolo difficile V uero difficile uolo M istam M 10 pro qua igitur]
δι' ἧν <οὖν> corona scripsi secundum Γ choro VM
12 Αὐγοβίω Γ 13 ad iniustitiam scripsi secundum Γ ad iustitiam M ad iustitia V, d del.
16 militiæ Aigrain milite VM 21 post erigebantur add. Γ τὰ δε ἧν ἐν ἐλπίσι quidem
cuneus Benedictini quidem cunctis M in cunctis quidem V calamitas M 22 et VΓ om. M
23 liberatis MΓ libertatis V
25 sancti om. V 26 seruare M 29 quod possidetur V si detur M melius] ἀμείνων
pro ἀμείνων 30 militis M 31 fastu scripsi secundum Γ pastu VM 32 illi addidi ex Γ

Eiusdem ad Theonem

- 15 Non uirtus prædicationis tantum, ammirabilis, sed et uita prædicantium prædi- Isid. ep. 3,
cationi consonans persuasit hominibus. nam quis credidisset hominibus, si alia 317 [1116]
dicerent et alia perpetrassent? si enim nunc plures, in fide radicati, propter uitam
magistrorum non solum commoti sunt, sed et omni ex parte disrupti, quis a principio,
nisi conuersationem dictis consonam cerneret, credidisset? dum certe tunc iuberetur
a paternis diis et consuetudinibus abstinere et diuitias atque delicias uoluptatemque
odisse, amplecti uero paupertatem et ieiunium atque molestias et ad mortem cottidie
præparari.

Eiusdem ad Isidorum diaconum

10

- 16 Animi uirtute nil fortius neque ualidius. hæc enim rerum permutationes Isid. ep. 3,
arguens, ab eis non patitur argui, sed omnibus his frena competentia inserens, regit 318 [1117]
aurigæ instar ac trahit quocumque uoluerit.

Eiusdem ad Zenonem nauarchum, id est præpositum nauium

- 17 Quoniam quidem cum uigeret ecclesia et nondum ægrotaret, diuina eam læte 15 Isid. ep. 3,
charismata circumdabant, diuino spiritu gubernante et eorum qui præerant, unum- 408 [1206]
quemque mouente et cælum ecclesiam faciente, omnibus clarum est. quoniam uero
ex quo ægrotat et inpletur seditionibus, abierunt illa omnia et fugerunt, non tantum
miraculorum dona diuina (non enim sic esset omnino forsan permalum, si hoc tantum-
modo esset), sed et uita et uirtus animi, et hoc manifestum est omnibus. ut enim 20
cetera cuncta præteream, ex una re etiam de reliquis designabo. nam pacis quidem
nomen ubique est, res uero ipsa nusquam, sed similis est ecclesia mulieri cuidam, quæ
dum ab antiqua prosperitate reciderit, sola tamen ei quædam signa remanserint. nam
thecas equidem uel arcellas habet ornamentorum, diuitiis uero priuata est, non per
eius qui eam fundauit ab initio, neglectum, sed propter illorum malitiam, quibus res 25
ipsae sunt creditæ. nam quidam quidem uendere, alii autem emere audent sacer-
dotium; et hi quidem faciunt quæ nec dicere licet, illi uero dicunt quæ uel cogitare
nefas est. consequenter igitur minatus est talibus et dominus et sponsus ecclesiæ
illud quod discere festinasti, id est ueniet dominus serui illius et diuidet eum Luc. 12, 46
partemque ipsius cum infidelibus ponet. sed fabula eis tanta interminatio 30
uidetur talisque sententia abiectissimorum fabulatio deputatur, dum certe iam mundus
urgeatur ad finem poenamque parturiat. sed tu, ecclesiæ clarissimum nutrimentum,
noli ad illos qui naufragant, aspicere neque fastidiosis conpares temet ipsum, sed scientiæ
lumen clarius orna, accendens id uitæ uirtutibus, et sustine sponsum, introiturum quidem Mt. 25, 10
cum uirginibus animis atque corporibus, ultionem uero exacturum de his qui per ea 35
quæ perpetrabant, iuiuriauerunt uirginitatis atque sacerdotii dignitatem.

- 18 Bene mihi uidetur Iob celeberrimus definisse sapientiam disciplinamque, dum Isid. ep. 4.
diceret: ecce pius dei cultus sapientia est, abstinere uero a malis disci- 174 [1217]
Iob 28, 28

2 ammirabilis <i>M</i>	sed et, <i>om. M</i>	6 cernere <i>V</i>	7 uoluntatemque <i>M</i>	8 adisse <i>M</i>
molestias] ἀηδίαν <i>pro</i> ἀγνείαν				
10 diaconem <i>V</i>	11 post uirtute <i>add. ὁ ὁμύωνυς Γ</i>		13 ac trahit <i>V</i> attrahit <i>M</i>	
15 læte <i>scripsi</i> <i>sec. Γ</i> læta <i>VM</i>	17 ecclesia <i>M</i>		faciente <i>V</i> mouente <i>M</i>	19 forsan
omnino <i>V</i>	21 pacis <i>V</i> paucis <i>M</i>	26 autem <i>M</i> uero <i>V</i>	29 festinasti <i>V</i> festinaui <i>M</i>	
32 tu <i>V</i> tue <i>VM</i>	33 sciente <i>M</i>	34 accedens <i>M</i>	introiturum <i>M</i> intraturum <i>V</i>	
35 exacturum <i>V</i> exacturus <i>VM</i>	36 pertrabant <i>M</i>			
18 inscribitur in Γ Μαρίνωτ [siue Μάρωνι] ἐπισκόπων		38 cultor <i>M</i>		

plina est. in ueritate enim summa sapientia est recta de deo existimatio et diuinissima disciplina optima actio, illa quidem quod diuinum est, recte glorificans, ista uero abstinens se a malis, et hæc quidem per res ipsas prædicans deum, illa uero per opera conplacens. si igitur quisquis a deo diligitur et diligit deum, et sapiens est et disciplinatus et speculatiuam uirtutem habet pariter et actiuam, hanc quidem uelut animam, illam uero sicut corpus, cur superflue philosophari uidemur, conuersionem quidem optimam neglegentes, solum uero diligentissime curantes ut bene loquamur?

M V 760

Eiusdem ad Archibium presbyterum

Isid. ep. 4 19
166 [1225]
Col. 2, 9

Hoc quod ab apostolo dictum est quoniam in ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, tu quidem dicis te non intellegere, ego uero arbitror dictum pro essentialiter. non enim diuinitatis operatio quam gignit substantia, templum ipsum inuiolabile gubernabat, sed substantia habens operationum multa milia, non particulare charisma, sed fons, inquit, bonorum, idem qui patri conregnat et eorum quæ ultra mundum sunt, regit imperium et terrena gubernat, inhumanatus est et militaribus armis stetit in prælium, ut et illa decoraret et uictoriam humano generi optineret et pessimos dæmones effugaret et principem eorum nimia elatione distentum dissolueret et multis milibus charismatum repletet ecclesiam. rex, inquit, militiæ suscepit ducatum, non militiæ princeps imperiali ornatus est dignitate; rex in forma serui occultauit in prælio propriam dignitatem, non miles regis sibimet ipsi gloriam diffamauit; rex erat legem ferens, non miles legislatorem se esse præsumens. hoc enim quod ait ego autem dico uobis, regis fuit; quod uero inquit uolo, mundare, imperatoris; quod autem dixit fiat tibi sicut uis, habentis in potestate quicquid uult; quod uero ait tace, obmutesce, dominantis uox est, et similiter accipienda quæcumque sunt talia, ne singula dinumerans prolongem litteras. si uero passio te perturbat, quæ contra deum quidem præsumpta est, carnem uero attigit, audi apostolorum summum qui scribit ita: Christo igitur passo pro nobis carne. si igitur cui clauēs regni sunt cælorum creditæ, carnem proprie definiit passam, quæ erat susceptibilis passionum (inpassibile namque est quod est diuinum), et si ludæi tamquam qui heredem peremerint, omni tragoedia pertulere maiora, te tamen passio non perturbet, sed ad gratiarum deducat actionem, quia ille rex, ille impassibilis, ille qui obumbrationem momenti non recepit, dedit propriam carnem et multa ut infirmus homo locutus est, ut ad pugnam malignum prouocans superaret; qui et tropæa clara defigens ascendit in cælos nostræ circumamictus naturæ primitias. si uero homo erat, ut inquit, purus diuina ornatus gratia, propter quam causam dum multos uirorum sanctorum ludæi peremissent, nihil tale sustinuerunt, propter istum uero omnis tragoedia eorum passionibus conparata superatur? sed claret quia illi quidem sancti erant, hic uero unigenitus dei inhumanari dignatus. ob hoc enim eo quod non ab uno merito ad patiendum quæ passi sunt, ducebantur, sed illi quidem serui fuerant, hic autem dominus, ludæis nata est inremissibilis ultio. dixerunt enim iste est heres custodes uineæ; heredem perimere gestierunt, non uero conseruum; filium patrisfamilias proprium,

M V 761
lac. 1, 17

Mt. 21, 38

9 ab om. M	13 non V in M	fons, inquit — idem] ἡ πηγὴ, <πησί>, τῶν ἀγαθῶν, αὐτὸς <πησί> ὁ	22 habentis Mansi habens VM	potestatem M
25 attingit M	27 regni om. V	creditæ sunt cælorum V	28 est namque M	
et si] καὶ εἰ [εἰ καὶ add.]	29 peremerint scripsi secundum Γ punierint VM	pertulerunt M		
32 malignus M	35 istum VT iustum M	37 dei VM υἱός Γ	ab om. M	
39 dixerunt VM φησὶν Γ	40 perimere scripsi secundum Γ punire VM			

non unum ex semet ipsis ad filiationis dignitatem sublimatum. nam quomodo post seruos missus legitur filius, quem uereri quoque oportuit? quomodo autem dictus est secundus homo de cælo? quomodo uero deus aduenit, si cooperatus est homini? quomodo uero humiliavit semet ipsum, deo æqualis existens? quo autem modo deus filium misit in similitudinem carnis peccati, aut quomodo non uilescunt incontaminata mysteria, si corpus et sanguis hominis esse uideantur? quomodo autem dixit corpus autem aptasti mihi? uero scriptum est oportet habere et hunc aliquid quod offerat? et illud legimus quia captiuos redemerit sanguine suo uel quomodo gloriæ crucifixerunt? qualiter uero uerbum caro factum est? autem multifarie et multis modis olim locutus patribus in prophetis, nouissime in filio? aut quomodo similiter filius participatus est eorundem? uerum ne uniuersa dinumerantes multitudinem nimiam tuo ingeramus auditui, unum ad quod uniuersa intendunt, dicemus, id est quia illum qui deus erat, humilia loqui et dispensantium simul et utile est et nihil inuiolabili naturæ præiudicat, eum uero qui homo est, diuina et supernaturalia quædam loqui summæ præsumptionis est malum. nam regi quidem licet etiam humiliter agere, militi uero uel magistro militiæ non licet imperiales uoces emittere. si igitur deus erat, sicut et re uera erat, inhumanatus, et humilia habent locum; si uero homo erat, excelsa non habent locum.

Eiusdem ad Leontium episcopum

20

20 Veracissime, ut scripsisti, multæ in ecclesiis perturbationes ingressæ sunt; ubi enim pacis nomen, ibi belli uagantur effectus. ista uero contingunt, eo quod multumode, immo et omnimode peccetur ab eis quibus magistrorum dignitas tradita est. quorum singula omittens, unum scribam, ad quod uniuersa respiciunt, rem honorabilem et magnam et claram et quæ apostolorum concilia tamquam luminaria ubique per totum mundum fecit existere; quod modo confusione neglectum conpleuit ecclesias. quid autem sit hoc, dicam cum fiducia (aliter enim non possum), quia tunc quidem animi uirtutes diligentes ad sacerdotium promouebantur, nunc autem pecunias ambientes; tunc qui fugiebant honorem propter onus officii, nunc qui insiliunt dignitati propter abundantiam deliciarum; tunc qui de paupertate uoluntaria confidebant, nunc autem qui auaritia uoluntaria pecuniis incubant; tunc ante oculos habentes illud diuinum iudicium, nunc uero hi qui nec cogitationem huiusmodi habent; tunc qui uapulare, nunc uero qui cædere sunt parati. et quid oportet plura dicere? recidis de reliquo dignitas apparet a sacerdotio ad tyrannidem, ab humilitate ad superbiam, a ieiunio ad delicias, a dispensatione ad dominatum; non enim tamquam dispensatores gubernare dignantur, sed tamquam domini superbire. hæc uero non contra omnes dicta sunt, sed contra noxios. sunt enim, sunt qui secundum normam apostolicam uiuunt, erumpere autem uocem non audent; qui quidem ualde circa hoc solum culpabiles sunt, quia effrenatorum multitudinem metuentes, quod ad eos attinet, tantam correctionem negligunt.

40

1 ad — dignitatem scripsi secundum Γ affiliationis dignitate M a filiationis dignitate V 3 si V sic M] ei [h edd.] 4 se M 5 filium V filius non uilescunt M 8/9 scriptum est et illud legimus addidit translator 11 patribus M est pater V 12 nouissime M nouissime uero V 13 numerantes M 14 quia om. M 17 agere Mansi augere VM μετριολογεῖν καὶ μετριοφρονεῖν Γ 22 pacis V paucis M ibi V^c illi VM uagantur scripsi secundum Γ uacantur VM 26 neglectum confusione V 27 possunt M 27/28 uirtutes animi V 29 qui^a om. M 33 cedere I credere M post recidis repetit plura M 38 qui] of [et edd.]

Eiusdem sancti Isidori ad Leontium episcopum

Isid. ep. 5, 21
37 [1260]

Si aliquos eorum qui nuper inchoant, malitia optineret, (oportet enim uera dicere) nihil esset dolendum tantopere, dum certe dolendum sit. quoniam uero ad deteriora serpiendo nonnullos qui sunt sacerdotium sortiti, depascitur et, sicut scripsisti, (malorum capitulum et omni luctu onerosius) hoc ipsum satisfactionem subiectis nescio quomodo 5 parit audiant hi qui ista dicunt, ut non ex eis qui male gerunt sacerdotium, uitam propriam metiantur, sed ex dei mandatis. nam cum iudex sit, cui nullus subripere potest, inrationabilem satisfactionem non erit recepturus, sed inquiet: maxime quidem multi sacerdotum bene uixerunt, ad quos uos tota mente oportebat intendere et uitam uestram corrigere; quoniam uero deprehensi estis malitiæ amatores ex eo quod non 10 eis qui optime uiuebant, intendere uoluistis, sed illis potius qui peccabant, et illi quidem dignas commissis pœnas persoluent, et uos uero, quoniam uirtutem quidem exhonorastis, malitiam uero estis amplexi et neque regni desiderium neque gehennæ terror legum uos mearum persuasit esse custodes, ultima tormenta patiemi.

Eiusdem ad Isidorum episcopum

15

Isid. ep. 4, 22
100 [1304]
Rom. 3, 25

Quoniam scripsisti quid sit quod dixit apostolus, id est ad manifestationem iustitiæ suæ, hoc esse inquit quoniam, quando uesana facta est humana natura et intolerabilis erat peccatorum tyrannis eratque sententiæ tempus omnimoda exterminatione damnantis genus humanum (omnis enim medicinæ modus probatus erat inutilis et neque lex neque sermo propheticus superinundantem pestilentiam ualuit mouere), 20 tunc redemptionem unigenitum introduxit, ut haberet gratia rationem. idcirco inquit apostolus ad manifestationem iustitiæ suæ. templum namque oblatum est unum pro omnibus, ultra omnes habens dignitatem, et tunc ira soluta et reconciliatio facta est et aduersitas in amicitiam permutata et pro damnatione filiationis donum, quod naturam excedit, est datum et multa milia circumfluxere donorum, quæ ornauerunt 25 ecclesiam, ut pariter et iustitia ostenderetur et diuinæ bonitatis abundantia manifestissime perclareret.

Eiusdem ad Philetrium

Isid. ep. 5, 23
126 [1392]

Ego quidem quoniam quæ olim fuit ecclesia Christi, et magistros habuit claros et discipulos optimos, nimis integre noui; non enim solum quondam tale aliquid fuit, 30 sed etiam nostris utrumque temporibus. quoniam uero et nunc id fieri impossibile non sit, dubium non est. si enim ea quæ ad doctores attinent, firma subsistant et cessantes a tyrannide paternam moderationem demonstrent, tunc et illud peruidere licebit, quomodo subiecti saluentur; prius uero quam fundamentum recte ponatur, superfluum duco facere de summitate sermonem. non enim uolent illi acquiescere, 35 etiam si multis milibus audiant uicibus, nisi ex rebus ipsis agnouerint. tempus igitur præsens multis consiliis et multa prouidentia indiget; ego uero non difficillimum arbitror

- | | |
|---|------------------------------------|
| 2 eorum qui nuper inchoant] τῶν ἀρχομένων male translaturum | 3 nichil I' num quid M |
| esset scripsi secundum Γ enim VM | 4 depascitur scripsi sepascitur VM |
| mentiantur VM | 7 metiantur I' |
| 8 potes M | recepturus I' refecturus M |
| oportebant M | 9 uixerunt scripsi dixerunt VM |
| 12 dignus om. | et uos uero] καὶ ὑμεῖς (δε) |
| 18 eratque I' erat M | 21 unigenitum VMΓ unigenitus I' |
| 19 περὶ οὗ | 22 templum] ἱερὸν I' |
| 24 amicitia M | 25 milia I' alia milia M |
| 28 Φιλήτριον Γ philatrium IM | 31 impossibile om. M |
| ἀλλὰ δυνατόν Γ | 32 post non sit add. ὡς φ' |
| ea quæ] τὰ παρὰ | 37 conciliis M |

quod eos oporteat ammoneri, sed illud ambigo quonam modo eis loqui conueniat. noui enim ualde ex his quæ uel præsens per me uel inquirens per alios didici, quoniam multa eos rerum suffugiunt diuinarum, eo quod nolint quæ competunt, agere, non eo quod minime intellegant. ammoneo igitur eos ut si quid cum fiducia dixero, patienter accipiant, uidentes an a me uera dicantur et si ad hoc dicantur, ut meliores ipsi fiant. etenim propter adulationes quorundam usque ad tantam perturbationem quæ Christianorum sunt, reciderunt. quid ergo fieri oporteat, breuiter dicam et non celabo. si quidem fabulas putant scripturas diuinas, taciturnitati dent operam; si uero re uera responsa cælestia, prius agant et postea prædicent. dum enim tales non sint, os eis diuina lex claudit.

10

Eiusdem ad Paulum presbyterum et anachoritam

24 Ipsi qui gloriantur se bonitatis et malitiæ arbitros esse, dum par sit eos uictoriæ ^[sid. ep. 5. 131] calculum dare uirtuti, hoc malitiæ tribuunt, per quæ studiosos exilantes, peruersos ^[1398] uero fouentes, eos qui competenter agere cupiunt, fastidiosiores efficiunt et usque adeo expugnauerunt bonæ fiduciæ uiros, ut pæne omnium nutum quo meliora eliguntur, ¹⁵ extinguerent. latrant igitur hi qui canum porcorumque habent uitam, contra eos qui apostolice uiuunt, dumque oporteret eos illos potius æmulari, risus occasionem ponunt illa quæ lamentatione sunt digna, non solum nullum facientes pro uirtute sermonem, sed apud semet ipsos inde potius gloriantur, eo quod studiosos bonorum illa pati faciant quæ digna sunt pessimis, et hoc laudabile æstimant. quis igitur sit qui ²⁰ possit ita habentibus increpare? quis qui corrigere ualeat? quis qui possit arguere? quis qui eorum gloriations extinguat? quis qui supercilium tollat? quis qui moneat non de solo principatu attolli, sed etiam de uirtute? quis qui persuadeat eis quod durissimas subituri sint ultiones? si enim iudex dans in euangeliiis responsa fide habetur indignus, quis est cui credere queant latrantemque ipsorum uesaniam et stare ²⁵ nolentem, sed per dies singulos inundantem ualeat cohibere? multi enim temptantes, super quod illis nihil prodesse potuerint, semet ipsos malis plurimis in hoc sæculo confixerunt. quos in futuro quidem maximas suscepturos coronas ego quidem integre noui; gurdiores autem ex his quæ in mundo fiunt, uel ad uirtutem prouocantur uel nequitiam fugiunt. quia igitur ex correptionibus hoc solum remansit, ut qui fiducialiter ³⁰ egerit, mali aliquid patiatur iniuste, nihil uero his quos monuerit, prosit, ob hoc plus modo quam olim terribile factum est optima dicere. si uero, ut dicis, nonnulli eorum monitores inquirunt (nec enim omnes in barathrum semet ipsos amandi atque nequitiae totius depositi sunt), audire utique digni sunt quia maxime quidem [dignæ] sunt scripturæ diuinæ quas sequentes quid oporteat, agnoscetis; si uero et indigetis collatione ³⁵

- | | | |
|---|--|---|
| 1 quonam <i>Benedictini</i> quoniam <i>VM</i> | eius <i>M</i> | 2 alios <i>Benedictini</i> alias <i>M</i> alia <i>V</i> |
| 3 non eo quod] οὐ τῷ [οὕτω <i>edd.</i>] | 5 et si] καὶ (εἰ) | ad hoc dicantur — fiant <i>M</i> dicantur — |
| fiant ad hoc <i>V</i> | 8 taciturnitati <i>V^c</i> taciturnitatem <i>M</i> taciturnitatis <i>V</i> | 9 agunt <i>VM</i> |
| 10 sint <i>om.</i> <i>M</i> | | |
| 12 arbitratos <i>M</i> | 16 extinguere <i>M</i> | 17 æmulari] <i>falso transtulit ἀποσοβεῖν</i> |
| lamentationem <i>M</i> | 20 pati faciant] πάσχειν (ποιεῖν) | extimant <i>M</i> |
| ita <i>M</i> | 21 quis qui <i>V</i> quisquis <i>semper M</i> | 23 sudeat <i>M</i> |
| 25 cui <i>scripsi</i> qui <i>VM</i> | queat <i>V</i> | 24 sunt <i>M</i> |
| latore <i>addita</i> | latrantem <i>V</i> | 27 illius <i>M</i> |
| 28 quos <i>V</i> qua <i>M</i> | ma ima <i>M</i> | integre <i>om.</i> <i>M</i> |
| ad uirtutem — fugiunt] <i>uertuntur corrupta et ita emendanda</i> | 30 correptionibus <i>scripsi secundum Γ</i> correption .. bonis <i>M</i> | 29 quæ <i>om.</i> <i>M</i> |
| φεύγουσι τὴν ἀρετὴν [κακίαν <i>codd.</i>] | 32 optima dicere <i>om.</i> <i>M</i> | 33/34 nequitiae totius] πᾶσης [τῆς <i>edd.</i>] κακίας |
| corruptionum bonis <i>V</i> | 34 sunt <i>scripsi secundum Γ</i> digne sunt <i>M om.</i> <i>V</i> | 35 quas <i>V</i> quam <i>M</i> |

fraterna, cessate quæ agitis, agere et tunc quærite monitorem. dum quieueritis enim talia perpetrare dumque uiam paraueritis dicendi quæ optima sunt, securam, tunc moniturum quæ oportet, inquire; ante uero quam cessetis ab huiusmodi operibus, non quærat is quemquam qui optima uobis insinuans recipere pro uice uelit exilium, quia nec inuenietis. hæc autem scribo non tamquam qui in hoc sæculo aliquid uerear 5 pati (multa namque ob hoc, sicut ipse nosti, perpessus sum et dixi ingerenti calumniam:

Phil. 1, 29 coronasti non uolens; et mihi enim donauit deus non solum credere in Christo, sed etiam pati pro eo); sed hæc dixi illorum uolens obstruere ora, qui se fingunt quærere monitorem, non ut ipsi iuuentur, sed ut nobis insidiose præualeant. quia uero non pro terrore hæc scribo, audiant quicumque sunt tales, quoniam uos per ea quæ agitis, etiam subiectos 10 uobis ad nequitiam ducitis et duplicem dabit is ultionem, non solum quia incongrue agitis, sed etiam quia supplantatis eos qui saluari forsitan possent, si non scandalizarentur a uobis. quiescite igitur talia perpetrantes, qualia nec aduersarii Christi ad eius blasphemiam nominis perpetrant; extinguite opinionem pessimam quam propter uos plurimi de omnibus habent sacerdotio functis; deponite typhum; abicite supercilium; 15 Gen. 18, 27 recordamini quia terra estis et cinis; intendite quia quod ante modicum coepit, post paululum non erit; recognoscite hos qui meritis meliores sunt uobis; nolite armis sacerdotii contra ipsum sacerdotium præliari; nolite per multas diuitias iniuriare illum qui uoluntariæ magister est paupertatis; nolite commissos uobis sermones euangelicos fabulas arbitrari; non putetis uos absque ultione delinquere neque arbitremini quod <sit> 20 iniusta diuinitas; nolite putare quod actus uestros oculus qui respicit uniuersa, despiciat; nolite iniustitiam pro iustitia deputare; nolite timorem dei despiciere; nolite amatores effugare uirtutum; nolite uniuersæ nequitie participes enutrire; nolite aspicientes uos docere malitiam; nolite extinguere illorum fiduciam qui diuino zelo sunt præditi; nolite negotiari de calamitatibus alienis; nolite uerbo quod conpetit, profitentes id exhonore 25 operibus. sed quid oportet produci sermonem, dum et ista sufficiant eos qui non nimis insensati sunt, penetrare uice sagittæ? unde ab his abstinens, ad orationes me conuertam, et ut hæc efficax res sit, ad diuinitatem clamabo.

Eiusdem ad Theonem episcopum

Isid. ep. 5, 25 Si omnibus manifestum est quia is ad quem pertinet punire iniustos, maiora utique 30
160 [1437] consequenter supplicia soluturus est, si capiatur illa perpetrans quæ ut alios prohiberet, ordinatus est, quid temet ipsum fallis quasi oculum semper uigilem lateas?

Eiusdem ad eundem

Isid. ep. 5, 26 Tibi quidem, ut scribis, nihil ignorare studium est, alio uero forsitan, ne ipse ab
161 [1438] alio nesciatur, mihi uero pro uirtute certari, etiamsi nullus hominum nouerit. quis 35 ergo nostrum magis sana mente regatur, his qui agnoscunt, iudicium relinquatur.

3 tunc moniturum scripsi secundum Γ monitori tunc VM quam uero M 4 insinuans uobis M 5 quia scripsi quam VM sæculo om. M 10 uos per — quæ V per — que nos M 14/15 extinguite — functis] male uertit σβέσατε τὸ ἐπὶ τῷ προεδρίας ἡξιώσθαι παρὰ τοὺς πολλοὺς οἴημα 15 omnibus M hominibus V typum V tipum M 20 putet M sit addidi 22 nolite iniustitiam — despiciere om. Γ edd. 23 uniuersæ scripsi secundum Γ uniuersos VM 24 malitiam V nequitiam M 24/5 negotiari nolite M 25 id MV^c id quod V 27 uice sagittæ scripsi secundum Γ uices agite VM ab V et M 28 res] πρᾶγμα pro γράμμα 30 is V his M 31 soluturus V^cM si soluturus V capiantur M 32 quid V qui M

Eiusdem ad Alphium episcopum

- 27 Nimia librorum cupido animabus hominum præsenti se intulit tempore, dico ^{Isid. ep. 5,}
autem librorum non talium qui morum doceant castitatem, sed qui auditores ualeant ^{201 [1485]}
delectare; non spiritalium, sed sophisticorum; non apostolicorum, sed demosthenicorum;
non propheticorum, sed contentiosorum; non talium qui lætificare animam possint, ⁵
sed talium quibus mulceri consuevit auditus; non eorum qui inspirati actu dicentium
uiuant, sed eorum qui per eloquentiam mortuis auribus insonent. quid igitur faciendum
sit? numquidnam tacendum nihilque dicendum est? sed hoc periculosum constat.
sed loquendum est? sed quid quod sermo nihil proficit? sed opera potius sunt
ostentanda? et quid quod solum perueniunt ad fauorem? licet ergo sic se habeant ¹⁰
hæc, melius tamen arbitror non audiri dicentem quam damnari tacentem illis domini
uerbis quibus ait: quare pecuniam meam nummulariis non dedisti et ego ^{Luc. 19, 23}
ueniens exegissem cum usuris? dicat igitur quicumque potuerit, ut contra
audientes sermo sit iudici.

Eiusdem ad Arpocratem sophistam

15

- 28 Noui quoniam multi mihi non erunt credituri, aliqui uero exaggeratiua me usum ^{Isid. ep. 5,}
locutione putabunt; uerum quia tu meos mores nosti (alio utique non dixissem; scio ^{223 [1511]}
enim multos ex semet ipsis iudicare de aliis), dico igitur quia libentissime accipiam,
si in præsenti studens uirtutibus male patiar, quam si pro malitia uel coroner. ut enim
præteream coronam quæ in futurum uirtutibus præparatur, et tormenta quæ debentur ²⁰
nequitiae, ipsa bonitas mihi corona esse uidetur et pœna ipsa nequitia, et siqui uirtutem
quidem torquerent, coronarent uero nequitiam, non tamen paterer hanc amplecti, ab
illa uero recedere; sed hanc quidem, etiamsi iniurietur, amplectar et diligam, illam uero,
etiamsi coronetur, abominabor et odiam.

Eiusdem ad Petrum scholasticum

25

- 29 Aut ex principatus amore aut ex præuentu, duabus passionibus quas uinci difficile ^{Isid. ep. 5,}
est, natæ sunt, ut arbitror, hæreses. quidam siquidem, dum dedignantur esse subiecti, ^{239 [1532]}
alii uero, dum quolibet præuenti errore doceri minime acquiescunt, nouæ doctrinæ
semina iactauerunt, dedignati in eis quæ pridem constituta sunt, permanere.

Eiusdem ad Nilum scholasticum

30

- 30 Cæcus quidem uirtutum chorus est, cui non præoritur dogmatis rectitudo; otiosum ^{Isid. ep. 5,}
uero etiam rectum dogma præfulget, quod uirtutum chorus minime comitatur. si ^{240 [1533]}
uero quod est principale, ducatum gerat, illæ uero comitentur, omni modo coronabitur
concursus huiusmodi, quippe ut certamen legitime ordinans.

Eiusdem ad Nilum scholasticum

35

- 31 Quoniam per hoc athleta uiribus ualidior et artificiosior demonstratur, quando ^{Isid. ep. 4,}
^{108 [1538]}

1 alphium <i>M</i> alphyum <i>V</i> Ἐλάφιον <i>Γ</i>	3 autores <i>M</i>	4 delectari <i>VM</i>	demostico-
rum <i>VM</i>	5 possit <i>VM</i>	7 mortibus <i>M</i>	9 sermo nihil <i>scripsi sec. Γ</i> sermoni <i>VM</i>
potius <i>M</i>	10 ostendenda <i>M</i>	11 hæc <i>V</i> res <i>M</i>	11/12 illis — ait <i>add. translator</i>
16 aliqui <i>MΓ</i> alii <i>V</i>	17 alio <i>M</i> alii <i>V</i> ἄλλωι [ἄλλο <i>edd.</i>]	23 quidam <i>M</i>	amplector <i>V</i>
illa <i>M</i>			
26 uinci <i>V</i> urgi <i>M</i>	27 quidam siquidem <i>V</i> si quidem quidam, si <i>superscr. M</i>	29 semine <i>M</i>	
31 cetus <i>VM</i>	33 omni modo <i>V</i> omnino <i>M</i>		
35 ad nilum scholasticum <i>M</i> ad eundem <i>V</i> Νεῖλωι <i>Γ</i> <i>edd.</i>	36 adleta <i>V</i>		

aduersariorum constrictus nodis, et semet ipsum exuerit et ipsos solo prostrauerit, propterea et Christus per crucem pugnare contra dæmones uoluit, ut clarioribus de his Col. 2, 15 uictoriis triumpharet. et hoc est quod discere uoluisti, cur apostolus dixerit: exuens se principatus et potestates, transduxit triumphans eos in semet ipso. in ueritate enim triumphati sunt dæmones ab athleta deuicti manibus pedibusque affixo; 5 in ueritate diabolus depompatus est, ab una carne in cruce pendente superatus et fugiens.

Eiusdem ad Paulum

Isid. ep. 5, 32 Nihil, optime, præsens uita distat ab scæna, nihil firmum nec permanens nec
244 [1541] stabile nec fixum seruans. umbra enim sunt quæcumque sunt mortalium, comœdia inquit. a quibus nescio quomodo captus sis, dum certe comœdum mireris. hic 10 namque et bona et pessima, et hoc citissime, finiuntur; illic uero utraque coextenduntur immortalibus sæculis.

M V 761

Eiusdem Adamantio

Isid. ep. 4, 33 Quoniam mens ea quæ super mentem sunt, intellegere non ualet neque sermo ea
211 [1555] quæ ultra sermonem sunt, loqui (hoc enim sic se habere diuina scriptura confirmat, dum 15 Prou. 25, 2 dicit gloria domini occultat uerbum seu abscondit sermonem, id est omni M V 762 uerbo melior est atque superior gloria dominica; et non dixit natura, a qua gloria est siue substantia), cedat uniuersa humana natura magnitudini tantæ rei et non substantiam perscrutetur, sed adoret dignitatem. cedat etiam uniuersus angelorum et archange-
lorum uirtutumque populus supernarum; ad hoc enim respicit id quod discere uoluisti, 20 Hab. 3, 3 scriptura dicente: operuit cælos uirtus eius. significat enim quia omni angelica multitudo et omnibus sanctorum turmis maior est sermo diuinæ substantiæ.

Lampetio diacono idem beatus Isidorus

Isid. ep. 5, 34 Valde ammiror quomodo nonnulli quidem priscorum tyrannidem in paternam
255 [1559] gubernationem uerterunt, quidam uero eorum qui nuper iuuenalia æmulantur, et pastore 25 liberalitatem in tyrannicam dominationem uerterunt, non subiectum ciuilitate princi-
patum sibi creditum reputantes, sed imperialem se credentes sortitos fuisse potentiam.

Eiusdem ad Cyrillum episcopum

Isid. ep. 5, 35 Olim quidem a sacerdotio corrigebantur castigabanturque peccata regnantium,
268 [1581] nunc uero sub ipsis est factum, non quia propriam perdiderit dignitatem, sed quod 30 ab his quibus tradita est, non similiter sicut a nostris maioribus habeatur. olim namque euangelicam gerentibus et apostolicam uitam his qui erant sacerdotio coronati, consequenter erat sacerdotium regno terribile; nunc uero e diuerso sacerdotio regnum, magis uero non ipsi sacerdotio, sed his qui uidentur quidem sacerdotium gerere, per ea uero quæ agunt, iniuriant illud. propter quod mihi uidetur et regnum consequenter 35

3 uictoribus M	cur — dixerit <i>add. translator</i>	5 adleta V adlecta M
10 comedum V comedium M	11 citissime <i>scripsi secundum</i> Γ pessime VM	
13 ad amantium V	15 ultro VM	17/18 gloria est siue substantia VM ἡ δόξα, ἀλλ' ἡ δόξα
ἡ ἐκ τῆς οὐσίας Γ	18 cedant VM	humana natura VM humanæ naturæ V
19 cedat V cedat numerus M	21 omni om. M	
23 idem lampetio diacono V	24 quidem om. V	24/25 paterna gubernatione VM
25/26 quidam — uerterunt om. M	26 ciuilitate <i>scripsi</i> ciuili et M ciuilibet V	27 reputans M
29 colligebantur M		

facere; non enim uolens iniuriare sacerdotium, quod etiam ueneratur, id agit, sed ostendens quia illi hoc iniurient qui incompetenter utuntur, eos digne castigat.

Eiusdem ad quendam Nilum nomine

- 36 Audax quidem re uera est quod scripsisti, tamen bene dixisti quia illa tanta rerum ^{Isid. ep. 5,} correctio quæ ultra spem uotumque a Christo facta est, obfuscari periclitatur ab in- ^{5 272 [1585]} superabili malitia eorum qui ab ipso sunt honorati. nam quasi ad hoc fuerint ordinati, ut ipsum qui eos exaltauit, inpugnent, sic omnia perpetrant quæ ad illius perueniunt blasphemiam. quis ergo hos liberet ab accusatione uel poena, qui sacerdotii armis contra ipsum qui eos armauit, utuntur et ora incredulorum aperuerunt et restorationem quæ super naturam facta est, fecerunt pro nihilo deputari? ¹⁰

Eiusdem ad Herminum comitem

- 37 Et qui uendunt et qui emunt, sicut scripsisti, sacerdotium, maximum proferunt ^{Isid. ep. 5,} contra semet ipsos exemplum, qualem de hac ipsa re habeant credulitatem. neque ^{276 [1589]} enim præsumerent aut hi uendere aut illi emere rem diuinam et quæ conuersationi optimæ et moribus rectis est debita (regula enim rei accipientis est meritum), nisi id ¹⁵ arbitrarentur esse ludibrium. quæ igitur poena reposita sit his qui ludunt de illis de quibus ludi non licet, tua sapientia noucrit. et quidem apud Hebræos olim, dum sacerdotium deriuaretur ex genere, multi culpabant cur generi potius quam uirtuti fuerit deputatum; nunc autem postquam mutatum est in melius et ad uirtutum merita transformatum, ampliorem sustinet quam dum minus esset, iniuriam, dumque esset ²⁰ generis [et] sortibus deputatum. tunc enim etsi erant quidam non digni, erant tamen nonnulli et optimi, pecuniis tamen uendi modis omnibus non licebat; nunc autem quando ad melius productum et uirtuti est attributum, amplius conculcatur. quis namque optimorum dignabitur adulari, ut optineat sacerdotium, uel quis præsumet mercari pecuniis rem quæ angelis decet? si igitur boni neque adulari dignantur ²⁵ neque comparare præsumunt, sunt autem nonnulli, ut dicis, qui assentationibus atque pecuniis sacerdotium cauponantur, qui utique multis milibus digni sunt tormentorum, hi et adulari et emere minime recusabunt. sermo igitur per mare terrasque transcurrit quia nullus bene uiuentium de reliquo sacerdos poterit consecrari, non quod ita se res habeat ipsa, sed [etiam] quia non solum malorum multitudine dispaescunt, sed et ³⁰ insuper odiuntur et per inimicitias opprimuntur et exiliantur tamquam uitam multorum grauiter arguentes.

Eiusdem ad Herminum comitem

- 38 Miror quomodo aliqui ammirantes Paulum ex his qui nunc magisterialem sedem ^{Isid. ep. 5,} tenent, per quæ ille mirabilis factus fuerit, non requirunt. ille enim (ut signa præ- ^{35 299 [1627]} teream, ut ieiunia, ut uigilias, ut sollicitudines et ardentissimum zelum uel quia erat ^{2 Cor. 11,} cum infirmis infirmus dumque scandalizarentur alii, ille potius urebatur) a sola quam ^{27—29} fecit ad discipulos allocutione consequenter clarus et egregius demonstratus est. in-

2 castigat *Aigrain* castigant *VM*
3 nilum *om. M* 4 Adax *M* 5/6 insuperali *M*
11 hermium *M* 16 arbitrarentur] ἡγήσαντο [ἡγήσαντο *edd.*] 17 quidem *scripsi* tua idem
VM 17/18 dum dum sacerdotium *V* dum *M* 19 et *om. M* 21 et *deleui* 22 aut *M*
25 que *M* quam *V* decet *V* det *M* 29 bene *om. M* res se *M* 30 etiam *deleui*
33 hermium *V* 34 aliquit *M* 35 fuerint *M* requirunt] ἐξεδόζουσι [ἐξεδόσουσι *edd.*]
38 locutione *M* clarius *V*

Act. 20, 33-34 quit enim: **argentum** uel **aurum** siue uestimentum nullius uestrum concupiui. uos ipsi scitis quia his quæ mihi erant necessaria uel his qui mecum sunt, ministrauerunt manus hæ. hi uero (sed nihil uolo difficile dicere) non uerentur semet ipsos tali uiro conferre et dicentes illius se esse successores; sed non latet quia ob hoc ammirantur illum, non ut imitentur, sed ut dum diuini uiri successores putantur, amplius honorentur, non ab his quæ agunt, sed ab his quæ quia ille gessit, mirandus habetur.

Eiusdem ad eundem

Isid. ep. 5, 39 Si Paulo idcirco cedunt, eo quod saluator dixerit: uas electionis est mihi
300 [1628] iste, quid dicent et de Samuhele, qui illis est temporibus conuersatus, quæ perfectam
Act. 9, 15 uirtutem minime exigebant? et ille siquidem subiectis concedens ut proferrent
1 Reg. 12, 3-5 de semet ipso sententiam, et inuitans si quis eum uellet arguere, si forte aliquid alterius concupiscens subiectos in quocumque grauasset ut princeps, a nullo est accusatus neque deprehensus in his in quibus deprehenduntur isti sæpissime.

Eiusdem ad Nilum

15

Isid. ep. 4, 40 Nullum credo iniuriis tantis affectum quantis exprobratus est rex cælorum in
179 [1720] aduentu nuperrimo ab eis quos saluare misericorditer uenerat; qui etiam nec latroni uel homicidæ prælatus est, sed et irrisus et alapis cæsus. si uero et aliquis similia pertulit (concedamus enim et hoc), sed quia non ex æquali dignitate ad patiendum qui passi sunt, descenderunt, inæquales rursus passionibus ostendunt. nec enim hoc
20 <ipsum> est imperatorem pati iniuriam, quod priuatum, sed neque seruum et dominum. sed imperatoris quidem etiamsi paruæ fuerint, magnæ de patientis dignitate iudicantur; priuati autem uel si maximæ fuerint, iracundiam minuunt, ita ut ad ueniam sæpe
Ps. 24, 16 perueniant. hæc autem dixi, quia scripsisti quid est quod dixit Christus: ad me adspicite? quod enim dixit breuiter, hoc est. quoniam pleni omni audacia
25 Iudæi suo latratu tantam perpetrarunt tragœdiam, contra deum quidem præsumptam, sed usque ad carnem pertingentem (inpassibile enim proprie est quod diuinum est), at uero quicumque post hæc iniuriandi erant, irascendi erant, ut assolent hi qui iniuriantur indigne uel incidunt <in> aliquas passiones, ideo inquit, ad me aspiciate, ac si diceret: maxime quidem et quæ a nequissimis Iudæis præsumpta sunt, inportabilia
30 erant; uerumtamen ponantur tolerabilia fuisse — quid possit et de proditore aliquis dicere, quem dum mea patientia saturasset, contra me ipsam saturitatem retorsit? his igitur incantationibus iniurias mitigate atque mansuetas facite; cedent enim facile his quibus taliter leniuntur.

Eiusdem ad Dorotheum lectorem

35

Isid. ep. 4, 41 Forsan eo quod fratres uocasset Christus facientes patris sui uoluntatem et ostendisset secundum carnem cognationem sine illa quæ est secundum spiritum, paruulam,
46 [1749] idcirco dixit apostolus: etsi cognouimus secundum carnem Christum, sed
Mt. 12, 50
2 Cor. 5, 16

1 nulli M 2 uos om. M 3 hæc V tue M 4 difficile M
11 proferret V
16 affectum V^c affectum M affectus V exprobratus Aigrain exprobratus VM 17 ueneratur M 21 ipsum addidi secundum Γ [ταυτόν] quod M nec V et V nec M
24 quid est V quidem M 25 audacia V mendacia M 29 in add. Benedictini 30/30 ac si diceret add. translator 32 mea patientia V ea patienda M 33 mansuete M cedent scripsi secundum Γ cedunt VM

nunc iam non nouimus, ac si diceret: etsi gloriabamur olim nos qui ex Iudæis iam credimus, de cognatione eius secundum carnem, sed iam nunc non de ipsa confidimus, sed de illa eius parentela qua proprii eius efficimur, quam per animi uirtutem fructificamus facti participes eius. unde etiam dixit: imitatores mei estote sicut et ego 1 Cor. 11, 1 Christi, tamquam si diceret: imitatione magis eius gaudeo quam illa quæ secundum carnem est, parentela.

Eiusdem ad Herminum comitem

- 42 Non mireris, si dum tanti pastores uocentur, oues rapiuntur a lupis. nam Isid. ep. 5, nonnulli ex eis (non enim cuncti sunt inpetendi) usque adeo absunt, ut custodiam dili- 400 [1769] gentiamque adhibeant, quia neque canum modum imitantur custodientium, sed ea 10 quæ luporum sunt, perpetrant ouesque consumunt. non enim sufficit eis lana et lac, sed et ipsa degustant, non corpora (minus enim fuerat), sed animas, perimentes quidem omne quod pingue est, despicientes uero omne quod debile est, et omne quod uulneratum est, non curantes; quod uero forte est eorumque flagitio minime cedens, dolis aduersi- 15 tatibusque consumunt.

Eiusdem ad Zenonem

- 43 Quod uolo breuiter dicere de optimo per omnia Hermogene, qui uere est episcopus, Isid. ep. 5, hoc est, quia usque adeo probitate et illos qui ualde boni sunt, superans uniuersos, 448 [1831] quanto illi meliores sunt ceteris omnibus, sic de semet ipso habet quasi qui nihil egerit magnum. sic arbitratur oportere humilitatem cordis tamquam munimen siue custo- 20 diam cunctorum bonorum debere haberi.

Eiusdem ad Isidorum episcopum

- 44 Ultra uniuersam suspicor ego audaciam prosilire eos qui optimæ quidem uitæ Isid. ep. 4, nullum studium faciunt, de dogmate uero sæpe contendunt. clausa enim sibimet 126 [1833] ipsis fiducia proclamant, non ostiis et sigillis, quæ potest aliquis etiam summouere, 25 sed diuinis responsis ita dicentibus: peccatori autem dixit deus: quare tu Ps. 49, 16 enarras iustitias meas et assumis testamentum meum per os tuum? ipsi uero usque ad tantam audaciam proruperunt, ut non solum de iustificationibus moueant, quas abiurauere, sermonem (forsitan enim minus fuerat malum), sed et præ- sumant de ineffabili et inuiolabili natura contendere. talibus igitur præbebo con- 30 silium ne polluto et scelesto ore, quod ad eos attinet, diuina dirumpant, quæ et a ualde optimis uestigari uix queunt, sed discussionem conuertant ad semet ipsos, ut, si est possibile, aliquatenus illæ maculæ deleantur, quas incompetenter sibimet ipsis et nota- bilter inscripserunt.

Eiusdem ad Eutonium diaconum

35

- 45 Terribile quid et ualde terribile est nunc in sacerdotium degere. alterum nam- Isid. ep. 5, 481 [1883]

1 non om. M 1/2 iam credimus M credidimus V 4 facti — eius om. Γ 5 ante
eius del. est M
7 hermium VM 9 absunt in assunt corr. V
18 superans in superat corr. V 21 debet [ex debere corr.] habere V
25 proclamant] βοῶσι participium esse non agnovit translator osteis VM 26 responsis V rebus
responsis M 29 mouant VM abiurauere scripsi subiurauere MV 29/30 præsumunt VM
31 attinent M dirumpunt M 33/34 notabiter M
36 num M

que e duobus eueniet cuilibet: aut secundum priscas et apostolicas uiuentem regulas odiri et inimicitii succumbere eorum qui nunc ad nocendum supereffluentem et iniquam consuetudinem uice legis diuinæ custodiunt et recte uiuentes exilant, aut succuruantem uel subinclinantem semet ipsum et suæ saluti non parcere et multos alios scandalo uulnerare, pro quibus et pœnas durissimas soluturi sunt. et quidem beatum est ut nec apprehendatur quis tali cupidine; si uero nec captus ea ordinetur, prius studium non relinquat et cum fiducia opera antiqua et apostolica renouet nec his qui nunc sacerdotium propinantur, qui etiam dicere sibi et agere uniuersa quæ uoluerint, autumant esse licentiam, in quocumque peccato coniuat. melius enim hostilitati succumbere atque deponi quam cum talibus deputari.

10

Idem Zosimo presbytero

Isid. ep. 5, 46
491 [1894] Qui uiuunt, et nocentur inuidia frequenter et nocent; mortuis autem reconciliantur et æmuli. quid igitur et naturæ leges et hostilitatis terminos una transcendis, obloquens mortuo? non enim contra puluerem et cinerem, sicut arbitraris, acuis linguam, sed primum quidem ipsam reuerentiam generalem quæ mortuis debetur, iniurias, quam cuncti uindicant homines; deinde immortalem animam habet, cuius ultor est indormitabilis oculus.

Idem Petro

Isid. ep. 4, 47
217 [1905]
Mc. 14, 57. 58 Quoniam putasti contrarietatem quandam in euangelio scriptam, docet interpretatio tua, dum requiris cur falsum testimonium nominauerit quod illi de solutione ac resurrectione templi dixerunt; dictum namque est: soluete templum hoc et in tribus diebus resuscitabo illud. dico igitur quoniam illi quidem de templo Hierosolymorum dicebant, ipse autem de corpore suo. si autem dixeris non esse uerisimile ut illi falsi testes ab euangelio uocarentur, qui alterum templum nesciebant nisi illud de quo intellexerant (tunc enim de corpore suo illum dicere etiam discipuli nesciebant, donec a mortuis surgeret), dicam tibi quia etiamsi ignorabant, nec sic tamen uera testati sunt. alterum namque e duobus se facturum promiserat, non utrumque; nam soluere quidem udæis erat conueniens, suscitare uero ipsi. »soluete« enim »uos«, ait, »et ego resuscitabo«; soluere quippe cuilibet facile erat, resuscitare uero dei.

Eiusdem sancti Isidori ad Leontium episcopum

30

Isid. ep. 4, 48
133 [1983] Quoniam lectio scripturarum neglegitur diuinarum et diuinis responsis unusquisque præfert proprias passiones, tantarum tragœdiarum facta est causa. pugna siquidem inplacabilis et inenarrabilis incidit inter eos ad quos pacis præconium pertinebat, et suauissime habent, si etiam se inuicem comedere queant. hoc uero totum ideo contigit, eo quod uiuos quidem perimant, mortuos uero effodiant, domos quoque subuertant,

2 inimicibus succurrere <i>M</i>	6 apprehendantur <i>M</i>	ordinetur <i>scripsi</i> ordinet <i>VM</i>
8/9 autumant esse <i>scripsi</i> autumantes se <i>VM</i>	9 peccato <i>om.</i> <i>V</i>	cohibeat <i>M</i> conhibeat <i>V</i>
11 idem <i>M</i> eiusdem <i>V</i>	12 uiunt <i>V</i>	frequenter — autem] βάλλουσι <πολλάκις, πρὸς> δὲ
τοὺς τεθνεῶτας	14 non] οὐ <i>pro</i> σύ	puluer et cinis <i>M</i>
18 idem <i>M</i> eiusdem <i>V</i>	19/20 quoniam — docet interpretatio tua, dum requiris] ὅτι δὴ [ἐπειδὴ	
<i>edd.</i>] — ἐμήνυσας <ζητῶν>	19 in — scriptam <i>om.</i> <i>M</i>	21 ac resurrectione templi <i>M</i> templi
ac resurrectione <i>V</i>	namque <i>V</i> enim <i>M</i>	26 sic <i>V</i> si <i>M</i>
uel dei		29 dei <i>M</i> difficile <i>V</i> , <i>superscr.</i>
30 sancti <i>om.</i> <i>V</i>	31 responsionibus <i>M</i>	32 tantorum <i>M</i>
περὶ παντός δ' ἂν ποιήσαιντο	35 perimant <i>scripsi</i> puniant <i>VM</i>	135 hoc — eo quod]

memoriam uero deleant uniuersam. sic inuicem contra semet ipsos armantur et machinamenta contexunt qui certe didicerunt quia Christus non ex signis miraculorum, ^{loh. 13, 35} sed ex dilectionis caractere suos discipulos dixerit agnoscendos. propterea, ut arbitror, et ea quæ a commissis sibi conuenerat ipsis sacerdotibus exhiberi, minime subsecuntur. non enim iam tamquam discipuli ad doctores, sed uelut ad damnatos ⁵ iudices se esse dispositos credunt, satisfactionem delictorum suorum magistrorum negligentiam, licet infelicitate ac miserie, oportere tamen haberi putantes. quid ergo, inquis, agendum est? si est possibile, corrigendum; sin alias, quiescendum.

Cuius supra ad Alphium

49 Scito, o optime, quia nullus indormitabilem latebit oculum, cui sunt cuncta per- ¹⁰ spicua, nec celare ei potest quod quis perpetrat in quolibet abscondito; nuda namque ^{Isid. ep. 4, 47 [1998]} illi sunt omnia, quantumcumque putentur occulta. unde et eos qui peccant, si tamen minime pæniterint, flumina quaedam perennia excipient ardentia igne terrifico, quorum riui sunt flammei exundantes ad pœnas. igitur formidemus diuinitatem, est namque terribilis; colamus etiam, quoniam bona est. petamus a deo quæ et illum ¹⁵ dare decet et expedit nobis accipere, facile enim preces exaudit huiusmodi; et dum peccauerimus, citius recordantes ad pœnitentiam conuertamur, misericors namque est et suscipit congrue pœnitentes. nullo modo animos demittamus, ut fastidiendo a labore deficiant, quia potens est et cui subripi non potest. diligamus eum toto feruore animi; desiderantibus enim amicabile est atque placabile. ²⁰

Has omnes beati Isidori presbyteri et abbatis Pelusiotæ excerpsi et transtuli ex ^{80a} epistulis eius duabus milibus, quæ sunt per quingentenas distributæ in Acœmitensis ^{Lp 22 MV 762} monasterii codicibus uenustissimis quattuor; ubi etiam per ordinem singularum numerus continetur et ultima est quam ego quoque ultimam posui. deo gratias.

Testimonium quod Irinæus posuit in opere suo, quod Tragœdiam nominauit, ex Nestorii ²⁵ dictis in libro de historia et ætiologia eorum quæ ad Ephesum pertinent. ^{int-} ^{Lp 23} uero Irinæus hæc uerba in libro suo primo, per quæ ostenditur quia ipse quoque Nestorius quaterniones uel alia scripta sua, quæ Romæ sancto Cælestino direxerat, abnegauit. et ob hoc quoque Orientales episcopi eum tardius a ceteris damnauerunt, quia eius hæc esse probari nequieverant. ³⁰

1 Hæ quidem contra Ægyptiacum, quod ex sola uoluntate pendeat, a nobis destinatæ ⁸¹ sunt litteræ; ille uero omittens mihi per epistulam declarare si quid ei tamquam blas- ^{[6] Loofs, Nesto-} phemum uel impium uidebatur debere notari, conuictionum terrore permotus et adiutrices ^{ep. 7 riana p. 204 —208} ob hoc perturbationes exquirens, ad Romanum Cælestinum conuertitur, quippe ut ad simpliciorem quam qui possit uim dogmatum subtilius penetrare. et ad hæc <aptam> ³¹ inueniens uiri illius simplicitatem, circumfert pueriliter aures eius allusionibus litterarum, ^{M V 763}

8 inquis *scripsi* inquit *VM*

9 Ἀλφίω Γ

17 misericors *V* 20 amicabile — placabile *VM* cf. Γ amicabile — placabilis *V^c*

22 hac emitensis *M* hachemitensis *V* 23 uetustissimis *V* singulorum *VM*

25 tragedia *M* 26 et ætiologia eorum *scripsi* cl. eis quæ Loofs Nestor. 368 ex cod. syr. Mus. Britt.

add. 17210 f. 11^b de operis Nestorii titulo refert: Περὶ τῶν ἐν τῇ κατ' Ἐφεσον συνόδῳ γενομένων καὶ τῆς αἰτίας τῆς συναγωγῆς αὐτῇν ut lateorum *VM* qui *M* 26/27 intexit *M* 29 ob *V om. M*

30 nequieverunt *V* 35 simplices *M* aptam *addidi* 36 allusionibus *V* illusionibus *M*

olim quidem nostra conscripta transmittens quasi ad demonstrationem conuictionum quibus contradici non posset, tamquam ego Christum purum hominem definirem, qui certe legem circa ipsa meæ ordinationis initia contra eos qui Christum purum hominem dicunt, et contra reliquas hæreses innouaui; excerptiones uero intertexens sermonum, conscripta conposuit, ne societatis conpactione detegeretur illata calumnia, et quædam 5 quidem allocutionibus nostris adiciens, aliquorum uero partes abrumpens et illa contexens quæ a nobis de dominica humanatione sunt dicta, uelut de puro ea homine dixerimus, diuinitatis autem quæ a nobis dictæ sunt laudes quasdam quidem modis omnibus a conscriptis abscidens, nonnullas uero extra ordinem relinquens, ita seductionem ueri-

2 similem concinnauit. et ut in paucis eius nequitiam, qualis sit etiam circa reliqua, 10 propalemus, dictum est a nobis alicubi, dum contra paganos loqueremur dicentes quod nos substantiam dei creatam nouiter ex uirgine prædicemus: »non peperit, optime, Loofs, Nestorian. p. 252, 5. 6. 10 Lp 24 Maria deitatem, sed peperit hominem diuinitatis inseparabile instrumentum.« at ille uocem diuinitatis immutans fecit: »non peperit, optime, Maria deum.« hic uero multum differt dicere deum et dicere deitatem. nam hoc quidem substantiam diuinam in- 15 corporeamque significat, carnem uero nequaquam, composita enim caro est et creata; uox autem qua dicimus »deus«, et templo diuinitatis est apta, quod unitate ad diuinam substantiam dei optinet dignitatem, non tamen in diuinam substantiam permutatum est.

3 rursus a nobis alibi est dictum contra eos qui nominum similitudines audientes sic scandalizantur, tamquam similis dicatur et honor, et cum dicimus Christi partricem, sic pauescunt, 20 tamquam si hoc nomine dominatoris Christi deitas abnegetur, eo quod multi hoc nomine apud scripturam ueterem similiter appellati sint, et inde putant quia circa eos Christum nominamus et hunc. contra hos ergo, ut dixi, in ecclesiasticis sermonibus a nobis est dictum quia non sequitur similitudinem nominis honoris æqualitas; et sunt allocutiones

Loofs, Nestoriana p. 289, 16—291, 7 4 meæ, quæ his prorsus factæ sunt uocibus: »uel si habitationem dicimus, de domino 25 Christo loquentes, uel si templum deitatis et spiritus sancti descensionem, non eandem dicimus, qualis facta est in prophetas, non talem qualis in apostolos celebrata est, sed neque talem qualis est in angelis, qui ad diuina ministeria confortantur. dominator enim Christus etiam secundum corpus est omnium dominus. sicut ergo deum dicimus

Exod. 7, 1 omnium creatorem, dicit uero scriptura et Moysen deum (inquit enim deum te posui 30 Pharaonis), sed simili uoci honorem similem minime deputamus, sic neque quod communis uox sit qua dicimus »Christus« et »filius«, circa uocis similitudinem debemus

Exod. 4, 22 offendere. sicut enim Israhel filius nominatur (inquit enim primogenitus meus Mt. 3, 17 filius Israhel) et filius iterum dominus (ait enim hic est filius meus dilectus), 1 Reg. 24, 7. 2 Reg. 22, 51 = non tamen sicut una uox, sic et unus est intellectus, et sicut dicitur Christus Saul et 35 Ps. 17, 51 Christus Daud et rursus Christus Cyrus et deinde Babylonius, dum certe Daud circa Ies. 45, 1. Ies. 13, 2 pietatem nequaquam fuerint similes, sic uocamus quidem Christum uel filium etiam dominatorem Christum, uerumtamen communio nominum æqualitatem non facit digni-

M V 764 5 tatis.« his ita dictis a nobis illa ultima ubique subducens, id est id quod est »Christus <etiam secundum corpus est omnium dominus>«, id quod est »non eandem dicimus habita- 40 tionem qualis facta est in prophetas, non talem qualis in apostolos celebrata est«, id

2—4 hæc lex ecclesiastica fundamentum erat constitutionis Theodos. 16, 5, 65

3 circa V contra M	7 dixerim V	9/10 uerisimilem Lupus uiri similem VM	12 op-
time V ^c optimi VM	13 mariam VM corr. V	inseparabilem M	14 peperito M parere V
maria M mariam V	17 deus M deum V	20 patricem M	22 sint V sunt M
25/26 habitationem — uel si V om. M	29 est V om. M	40 etiam — dominus add. Loofs	
41 celebrata V facta M			

quod est »sed similibus uocibus honorem similem minime deputamus«, id [est] quod est Lp 25
 »uerumtamen communio nominum æqualitatem non facit dignitatis«, hæc omnia calum-
 niæ dentibus secans, iactat in auribus hominum ea quæ ante ista sunt posita, id est
 »dicimus deum omnium creatorem, dicit uero et scriptura Moysen deum« et id quod est
 »filius nominatur Israhel dei, filius nominatur etiam dominus« et id quod est »dicitur 3
 Saul Christus et Dauid Christus et deinde Babylonius. sic ergo dicimus Christum etiam
 dominum Christum«. hæc igitur ita componens et ab aliis abscidens, ut diximus,
 contexuit per ista calumniam, tam<quam> si quis ex Pauli uerbis, per quæ contestatur
 scribens quia si circumcidamini, Christus uobis nihil proderit, abrumpat id Gal. 5, 2
 quod ait prius si circumcidamini et accuset Paulum quasi hominibus prædicantem 10
 quia Christus nihil uobis prodest. et quid oportet ut per singula ita dicendo
 prolongemus narrationem? simpliciter multis talibus et latrociniis et additamentis,
 sicut ei uisum est, utente Cyrillo, seductionibus eius mox tam alii quam etiam Cælestinus
 abreptus est.

Ecce his uerbis usque adeo negauit sua fuisse Nestorius quæ apud sanctam sy- 15 81a
 nodum Ephesenam ab eo dicta leguntur, ut sic se dicat has impietates minime prædi-
 casse, sicut Paulus apostolus post conuersionem docere non potuit quia Christus
 nihil prodesset hominibus. quid ergo aliud Orientalibus episcopis ad purgationem
 suam, sicut putabat, dixisse credendus est nisi quod etiam in ea quam uocauit
 Historia quasi pro sua satisfactione conscripsit? aut quis ei neganti non facile 20
 crederet, dum uideat non solum catholicos, sed et uniuersos hæreticos totis uiribus
 non solum non negare propria dogmata, sed etiam uindicare?

Contestatio directa beato Cyrillo et his qui cum eo conuenerant, ab aliis diuersarum Lp 26 MV 765
 prouinciarum episcopis, qui Iohannem Antiochenum sustineri uolebant et tunc
 eo præsentem synodum fieri, eo quod, sicut scripserat beato Cyrillo, uix ei iter 25 ep. 21
 triduanum supererat. directa uero est pridie quam celebrarentur gesta contra d. 21 m. Iun.
 Nestorium, per quæ depositio eius est facta. 431

Dominis nostris fratribus et comministratoribus Cyrillo et Iuuenali episcopis 82 [7]
 Tranquillinus et Alexander et Helladius et reliqui omnes episcopi qui cum eis, in domino
 gaudere. Nota quidem rectæ glorificationis est fides, quæ a diuinis et adorabilibus 30
 scripturis ab olim nobis est prædicata; nihilo minus hæc ipsa nobis a sanctis patribus
 tradita est, qui in Nicæna synodo congregati sunt, quorum tot passionibus erant pro
 pietate quot membra. quia uero propter nonnulla certamina piissimus et amicus
 Christi imperator litteris suis orthodoxos sacerdotes undique ad Ephesum conuocauit, ep. 22
 in hoc quoque imitatus proprium circa fidem zelum, et sumus pæne omnes per diuinam 35
 gratiam congregati, deest autem præsentis sanctæ synodi religiosissimus Iohannes
 Antiochenus episcopus, qui et ipse iam in ianuis est circa ea quæ nuper suis litteris
 intimauit et per eos quos præmisit præfectianos atque magistrianos nuntiata sunt,
 similiter etiam nonnulli ex Occidentalibus episcopis synodo affuturi, mandauit autem Lp 27

1 est <i>deleui</i>	2 nominum <i>Lupus</i> omnium <i>VM</i>	3 iactat <i>Lupus</i> iacta <i>VM</i>	4 est et <i>V</i>
8 istam <i>M</i>	tamquam si quis <i>Lupus</i> tam si quis <i>M om. V</i>	15 in his <i>V</i>	16 ephesinam <i>ex</i>
ephesenam <i>corr. V</i>	eo <i>M</i> ea <i>V</i>	19 credendum <i>M</i>	
24 iohs <i>M</i>	sustineri <i>M</i> sustinere <i>V</i>	26 superat <i>VM corr. V</i>	celebraretur <i>M</i>
27 dispositio <i>M</i>	29 reliqui omnes episcopi <i>V</i> reliquis <i>epis M</i>	eis <i>V</i> eo <i>M</i>	32 nicea <i>M</i>
congregata <i>M</i>	passiones <i>Lupus</i> passionibus <i>VM</i>	32/33 pro pietate <i>V</i> proprietate <i>M</i>	

uestra reuerentia tamquam quæ grauiter habet sustinere usque ad eius aduentum, et
urgens de his quæ uisa sunt piissimo imperatori, <ut> audientia celebretur antequam
prædicti deo amicissimi episcopi sint præsentis, huius rei gratia has ad reuerentiam
uestram direximus litteras, ut sustineatis deo amicissimorum comministrorum præ-
M V 766 sentiam et nec eos qui depositi sunt, suscipiatis quoquo modo neque illos qui ab epi- 5
scopis suis uel olim sunt excommunicati uel nuper. manifesta sunt enim quæ de his
definiunt regulæ, et præuaricantibus se increpationes defixere non modicas, quæ nullo
modo queunt despici a sanctissima synodo. et illud uero reuerentia uestra cognoscat
quia omnia quæ ab audacibus abrupte fuerint perpetrata, contra præsumendum retor-
quentur audaciam et a domino Christo et a diuinis canonibus. 10

I Tranquillinus episcopus Antiochiæ Pisidiæ subscripsi

II Alexander episcopus Apamiæ Syriæ subscripsi

III Helladius episcopus Tarsi Ciliciæ subscripsi

IIII Berinianus episcopus Pergæ Pamphyliæ subscripsi

V Fritillas episcopus Heracliæ Europæ per Euprepium episcopum Bizæ 15
subscripsi

VI Himerius episcopus Nicomediæ Bithyniæ subscripsi

VII Delmatius episcopus Cyzici subscripsi

VIII Seuerus episcopus Synnadensis Frygiæ salutaris subscripsi

VIIII Mæonius episcopus Sardeorum Lydiæ subscripsi 20

X Maximinus episcopus Anazarbi Ciliciæ secundæ subscripsi

XI Dexianus episcopus Seleuciæ Isauriæ subscripsi

XII Dorotheus episcopus Marcianupoleos Mysiæ secundæ subscripsi

XIII Alexander episcopus Hieraspoleos Euftratidiæ subscripsi

XIIII Pius episcopus Pisinuntis Galatiæ subscripsi 25

XV Timotheus episcopus Scythiæ subscripsi

XVI Eutherius episcopus Tyanorum Cappadociæ secundæ subscripsi

XVII Asterius episcopus Amidis Mesopotamiæ subscripsi

XVIII Petrus episcopus Traianupoleos Rodopæ subscripsi

Lp 28 XVIIII Basilus episcopus Larissæ Thessaliæ subscripsi 30

XX Diogenis episcopus Ionopoleos, optinens etiam locum metropolitæ Bosforii
episcopi Gangrensis Paflagoniæ, subscripsi

M V 767 XXI Iulianus episcopus Sardicæ Daciensis subscripsi

XXII Benantius episcopus Hieraspoleos Frygiæ subscripsi

XXIII Iacobus episcopus Dorostoli Mysiæ subscripsi 35

XXIIII Athanasius episcopus Diuelti Mysiæ secundæ subscripsi

XXV Theophanius episcopus Philadelfiæ Lydiæ subscripsi

XXVI Paulus episcopus Daldi Lydiæ subscripsi

XXVII Euprepus episcopus Bizæ Europæ subscripsi

XXVIII Iohannes episcopus totius Lesbi subscripsi 40

1 uestra scripsi nostra VM 2 imperatore M ut addidi 3 sint V sinunt M
rei V om. M 7 defixere increpationes M 8 sanctissimo M 11—30, 3 numeros
om. V IIII berinianus M V per Euprepium episcopum Lupus c/. XXVII per eutropium
epni M pro eutropio epo V byze M VIIII memonius M X maximinus V maximianus M
inter XI et XII iterum scr. Maximianus eps anazarbi cilicie sede exianus eps senlccie isaurie sus M
XV absclthie M XVI aynorum M cappadoci M XX diogenes V ionopoleos M
bosferii VM grangensis M pafganie M XXII bennantius M XXV theofanus M
XXVII byzae V et iropæ V et irope M

XXVIII	Fuscus episcopus <Thyatiræ> Lydiæ subscripsi	
XXX	Commodus episcopus Tripoleos subscripsi	
XXXI	Eutherius episcopus Stratoniciæ Lydiæ subscripsi	
XXXII	Iohannes episcopus ciuitatis Auriliopolitarum Lydiæ subscripsi	
XXXIII	Limenius episcopus <S>ettenon poleos Lydiæ subscripsi	5
XXXIII	Theosebius episcopus Cii Bithyniæ subscripsi	
XXXV	Petrus episcopus Prusæ Bithyniæ subscripsi	
XXXVI	Eugenius episcopus Apolloniadis Bithyniæ subscripsi	
XXXVII	Anastasius episcopus Tenedi Cycladum subscripsi	
XXXVIII	Cyrillus episcopus Adanorum Ciliciæ primæ subscripsi	10
XXXVIII	Esychius episcopus Castabalarum Ciliciæ secundæ subscripsi	
XL	Seuerus episcopus Sozopolis Pisidiæ subscripsi	
XLI	Aetius episcopus Pionitum Hellis Ponti subscripsi	
XLII	Timotheus episcopus Terminorum ciuitatis Hellis Ponti subscripsi	
XLIII	Athanasius episcopus <Sce>psiorum ciuitatis subscripsi	15
XLIII	Danihel episcopus Faustinopolitanus subscripsi	
XLV	Filtatius episcopus Theodosianopolitanorum subscripsi	
XLVI	Eustathius episcopus Parnassi subscripsi	
XLVII	Theodorus episcopus Attaliæ subscripsi	
XLVIII	Paulus episcopus Erymnorum subscripsi	20
XLVIII	Timotheus episcopus Terminus et Eudociadis subscripsi	
L	Ædesius episcopus Isindorum subscripsi	Lp 29
LI	Gerontius episcopus Claudiupolis Isauriæ subscripsi	
LII	Aurelianus episcopus Irinupolis Isauriæ subscripsi	
LIII	Abraamius episcopus Amorii subscripsi	25
LIII	Polychronius episcopus Heracleæ Cariæ subscripsi	
LV	Zosis episcopus Esbunti Arabiæ subscripsi	M V 768
LVI	Hermolaus episcopus Attudeorum subscripsi	
LVII	Asclipiadis episcopus Trapezupolis subscripsi	
LVIII	Euagrius episcopus Valentiae subscripsi	30
LVIII	Libanius episcopus Palaeæ subscripsi	
LX	Sallustius episcopus Coryci Ciliciæ subscripsi	
LXI	Valentinus episcopus Malli subscripsi	
LXII	Pausianus episcopus Ypatae Thessaliæ subscripsi	
LXIII	Theoctistus episcopus Cæsariæ Thessaliæ subscripsi	35
LXIII	Maximus episcopus Dimitriadis Thessaliæ subscripsi	
LXV	Iulianus episcopus Larissæ Syriæ secundæ subscripsi	

XXVIII	Thyatiræ <i>addidi cl. 46 nr. 7</i>	L III 546 = M IIII 1224	XXXIII	Settenon			
<i>scripsi cl. 46 nr. 72</i>	hellenon VM	polleos M	XXXVI	apollonidiadis VM			
XXXVIII	cicillie M	XXXVIII	eischius M	XLI	Pionitum <i>scripsi cf. Hierocl. 663, 8</i>	Pæoniorum	
<i>ep. 46 nr. 108</i>	piolitum VM	XLII	Terminorum <i>corruptela Graeca ex Γερμινών</i>	XLIII	Scepsiorum		
<i>Baluzæ</i>	psimorum VM	XLIII	fastinipolitanus M	XLV	Filtatius <i>scripsi</i> filtaninus M		
filatanus V	XLVI	Eustathius <i>conl. Baluzæ</i>	eustratius VM	Parnassi	<i>Baluzæ</i> parmas V <i>em. M</i>		
XLVII	Attaliæ <i>Baluzæ</i> italie M ytalie V	XLVIII	erimnorum V	erimnorum M	<i>corruptela Graeca ex</i>		
<i>῾Ορύνων</i>	LIII	Ablavius 46 nr. 56	L III 546	M IIII 1224	amori V	LIII	Polychronius
<i>Lupus</i>	polichmonius VM	LV	Esbunti <i>scripsi</i> ecbinthi M	hecbynti V	LVI	Attudeorum	
<i>Baluzæ</i>	alludeorum VM	LVIII	eudrius M	LVIII	Palaeæ <i>cf. 46 nr. 101</i>	palae VM	
LX	salustius M	coritici VM	LXIII	theotistus M			

LXVI Diogenis episcopus Seleucobeli Syriae secundae subscripsi
 LXVII Theodoretus episcopus Cyrri Augustoeuphratesiae subscripsi
 LXVIII Meletius episcopus Cæsareae Augustoeuphratesiae subscripsi

Hi omnes superscripti episcopi sunt sexaginta octo.

Lp 30 Epistula Nestorii et eorum qui cum ipso, ad imperatorem Theodosium de his quæ tunc 5
 in Epheso gesta sunt

83 [8] 1 In Ephesenam ciuitatem conuocati a uestra pietate et absque mora uenientes,
 uoluimus quidem uestris obœdientes litteris sustinere omnes undique aduenturos deo
 amicissimos episcopos, maxime uero sanctissimum magnæ ciuitatis Antiochiæ præsulem
 et eos qui cum ipso ueniunt deo amicissimos metropolitanos episcopos et eos qui ab Italia 10
 uel Sicilia ueniunt, et sic commune cum cunctis celebrare concilium et communi decreto
 firmare fidem sanctorum patrum qui Nicæam congregati sunt. nam multæ post
 illam synodi factæ nihil innouare præsumpserunt contra eam, sed in ea permanendum
 2 esse sanxerunt. dum uero uideremus ad hoc eos qui ab Ægypto sunt, ualde resistere
 et putare quod nos nequiquam dilationibus uteremur, promisimus ad concilium con- 15
 uenire quocumque tempore magnificentissimus comes deuotissimorum domesticorum
 Candidianus, a pietate uestra huius rei gratia destinatus, nos conuocare uoluisset; hæc
 uero et ipsi per deo amicissimos episcopos demandauimus. quia uero agnouit magni-
 ficentia eius et sanctissimum Iohannem magnæ Antiochenorum ciuitatis episcopum
 M V 769 et eos qui cum eo sunt, propinquasse (hoc enim directi ab eo præfectiani et magistriani 20
 manifestum fecerunt), nuntiati uero sunt et alii ex Occidenti deo amicissimi episcopi
 aduenire, constituit omnibus uniuersorum sustinere præsentiam secundum quod uisum
 3 est pio uestro regimini. et nos quidem quietem dileximus, acquiescentes his quæ
 uestra scripserat pietas, Ægyptii uero et Asiani, neque quod communiter expedit ecclesiis,
 Lp 31 cogitantes neque pacificam legitimamque intencionem uestræ pietatis amplexi, immo 25
 uero et ecclesiasticas et imperiales sanctiones calcando, effugerunt quidem consonam
 fidei confessionem, abrumpere uero clare uolentes ecclesiasticum corpus, inter semet
 ipsos sunt congregati alienaque operati tam ecclesiasticæ consequentiæ quam etiam
 ep. 23 litteris his quæ nuper a uestra pietate sunt scriptæ. unam siquidem cum concordia
 uniuersorum fidem exponi in litteris quas destinauit uestra pietas, præcepistis apostolicis 30
 4 euangelicisque conscriptis et sanctorum patrum dogmatibus consonantem. sed
 prædicti nihil horum cogitantes ex toto, apud semet ipsos egerunt quæcumque egerunt,
 quæ a cunctis imperium uestrum faciet aliena; secum uero seditonarios quosdam disper-
 gentes in forum, ciuitatem confusione inpleuerunt, domus nostras publice circumdantes,
 aggressi sacrum et perturbantes nostrum commune concilium, quædam quoque in- 35
 tolerabilia comminantes. princeps uero seditionis factus est Memnon episcopus
 et sanctas ecclesias sanctaque martyria et sanctam apostoli basilicam nobis quidem
 clausit, ne esset uel quo refugere seditione fugante possimus; illis uero maiorem patefecit

83 *Graece extat in V 146 S 42 A 163 [L III 564—568 = M IIII 1232—1236 = Loofs, Nestoriana 186—190]*

LXVI seleucoboli V	LXVII augustoeupresie VM	LXVIII augustoeupresiae V augusteu-
preside M	4 Hi — octo I om. M	5 eorum V om. M
auram M	10 ab hac italia M	11 sic V si M
17 conuocare IT conuenire M	18/19 magnificentiam M	12 in nicea V
ἰσως . . , ἐθελήσαντες Γ	31 euangelisique M	15 nequicquam VM
37 martiria IT ecclesia martiria M		27 clare uolentes V ^c M uolentes clare V
		32 egerunt M. fecerunt V
		36 memnon M

5 ecclesiam ibique illos effecit habere concilium et mortem minatur omnibus nobis. igitur
 uestram supplices pietatem quæsumus et nimium rogamus ac poscimus, quoniam uestri
 amatoris Christi uerticis obœdimus litteris et simpliciter ad Ephesum uenimus, igno- ep. 22
 rantes nobis has congressiones barbaricas imminere, ut iubeatis nos illæsos ab omni
 fraude seruari et legitime concilium fieri, nullo clericorum neque monachorum nec nostro 5
 nec Ægyptiorum introeunte concilium neque ullo episcopo qui ad perturbationem con-
 ciliï assit, nisi qui uocatus aduenerit. duos autem cum metropolitano uniuscuiusque
 prouinciæ electissimos et qui possint scire huiusmodi quæstiones, intrare iubete con-
 cilium et sanctorum patrum fidem cum pace et consonantia confirmare; alias iubete
 nos absque periculo redire ad propria. minantur enim et ipsa nos uita priuare. 10

6

Et subscriptiones

Nestorius episcopus Constantinopolitanus suscripsi
 Fritilas episcopus Heracleæ Thraciæ metropolitanus suscripsi
 Helladius episcopus Tarsi metropolitanus suscripsi Lp 32
 Berinianus episcopus Pergæ metropolitanus suscripsi 15 M V 770
 Mæonius episcopus Sardeorum metropolitanus suscripsi
 Dexianus episcopus Seleuciæ Isauriæ metropolitanus suscripsi
 Imerius episcopus Nicomediæ metropolitanus suscripsi
 Alexander episcopus Apamiæ metropolitanus suscripsi
 Dalmatius episcopus Cyzici metropolitanus suscripsi 20
 Eutherus episcopus Tyanorum metropolitanus suscripsi
 Petrus episcopus Traianupolitanus metropolitanus suscripsi
 Iulianus episcopus Sardicensis metropolitanus suscripsi
 Basilius episcopus Thessaliæ metropolitanus suscripsi
 Cyrus episcopus Afrodisiadis metropolitanus suscripsi 25
 Maximus episcopus Anazarbi metropolitanus suscripsi
 Alexander episcopus Hierapolitanus suscripsi
 Dorotheus episcopus Marcianupolitanus Mysiæ metropolitanus suscripsi.

Et omnes alii qui erant pariter, subscripsere similiter.

30

Contestatio Candidiani comitis, quam publice, mane audiens synodum celebrari, in Lp 33
 Ephesum proposuit

Sanctissimo episcopo metropolis Alexandriæ Cyrillo et reuerentissimis episcopis 84 [9]
 qui cum eo sunt congregati, Flauius Candidianus magnificentissimus comes deuotissi-
 morum [episcoporum] domesticorum. Quoniam ex quo in Ephesena ciuitate ueni, 33
 nihil aliud deprecatus sum communem sanctamque synodum uestram nisi ut cum pace
 atque concordia quæ ad fidem rectamque glorificationem nostram pertinent, dispo-
 rentur, sicut et dominus noster iussit et piissimus imperator, scit religiositas uestra,
 et sufficit mihi testimonium, quod ipsa ueritas præbet, quia nihil aliud egerimus præter
 hæc. quoniam uero et dum congregandos uos esse in sanctissimam ecclesiam præter 40

2 suspices M 4 imminere V munere M 5 seruari Γ seruare VM 6 in-
 troeuntem M 7 duo M 8 possunt M 9 iubente M 10 nos ipsa V
 12 constantinopolitanus eps M 13 heracleie M 15. 16. 20. 22. 23. 25 om. Γ 16 mæoniis M
 17 seuleucie M 18 Imerius — ss V om. M 23 sardicensis VM 25 afrosidiadis VM
 26 maximus VΓ maximianus M cf. 28, 21
 35 episcoporum l' M del. Lupus 37/38 exponerentur M

aliorum episcoporum cognoscerem uoluntatem, nondum ueniente sanctissimo episcopo Antiochenæ metropolis Iohanne uel his qui cum ipso sunt, non cessauī rogans ut id fieret quod dixi superius, et unumquemque sum contestatus ob hoc, ne forte particularis fieri synodus uideretur; [et] extremo uero nihilominus, cum congregati essetis in sanctissima ecclesia, occurrere festinaui et ea quæ uisa sunt domino nostro et piissimo principi, licet 5
 ep. 22 id iam ex superfluo facerem, dum semel nossetis hæc eadem ex litteris diuinitatis eius
 Lp 34 directis ad uos, uerumtamen edocui dispositionem eiusdem domini nostri et piissimi
 M V 77¹ principis hanc esse (uelle namque eum dixi fidem nostram absque ulla discordia ab
 omnibus idem sapientibus roborari et nolle particulares quasdam synodos fieri, quod
 maxime in hæreses et schismata conuertere nouit religionem nostram fidemque ortho- 10
 ep. 23 doxam); insuper dum uestra reuerentia exigeret sacram domini nostri et piissimi principis,
 quæ directa est ad sanctam synodum, relegi, prius quidem id facere abnuebam (nec
 enim dicere refutabo), eo quod non adessent omnes qui ad sanctissimam synodum iussi
 fuerant conuenire; sed quia uestra religiositas inquit ignorare se quæ præcepta sint a
 domino nostro et optimo principe, necessarium mihi uisum est apparere, ut etiam non 15
 præsentibus aliis reuerentissimis episcopis omnibus relegerentur diuinæ atque adorabiles
 litteræ; nihilominus uero et postquam uobis manifestaui quæ sunt decreta diuinitus,
 in eadem supplicatione permansi, deprecans reuerentiam uestram et poscens nihil nouum
 fieri priusquam cuncti sanctissimi patres atque episcopi ad synodum conuenirent, sed
 sustineretis quattuor tantummodo dies sanctissimum episcopum Antiochenorum metro- 20
 poleos cum aliis qui pariter sunt, nec non et illos qui cum sanctissimo episcopo Nestorio
 sunt, ut uestra religiositate pariter congregata et omni sancta synodo collecta simul in
 unum, si qua essent quæ forsitan in dubitationem uenirent, a quibus nos sumus extranei,
 cunctis uobis præsentibus iudicarentur et tunc cum consensu omnium uestrum ostendere-
 tur quis praue ac præter regulas ecclesiasticas credere uideretur an certe recte omnes 25
 pariter confiteri, sicut sanctorum patrum religio habet; hæc igitur ego non semel sed
 etiam sæpius ammonens et suppliciter postulans, nil profeci, uerum quia nihil eorum
 quæ a me sunt dicta, seruatum est, sed a uobis iniuriose ac uiolenter expulsus sum,
 necessarium duxi hac mea contestatione uobis constituere manifestum et per hoc edictum
 clare dicere nullum uestrum noui aliquid facere, sed omnium sanctorum episcoporum 30
 sustinere præsentiam et sic communi consilio quæ ad catholicam sanctamque fidem
 pertinent, iudicari. si quis uero ex propria uoluntate ductus ea quæ ab immortali
 Lp 35 et optimo uertice iussa sunt, commouere uoluerit, sciat se ipsi reputaturum quicquid
 euenerit, præiudicium uero se ab alio non inferre. non enim pigebit me hæc eadem
 denuo iterare, quoniam, sicut uestra sanctitas nouit, hoc placuit domino nostro et piissimo 35
 principi, ut sub præsentia simul omnium sanctorum episcoporum qui ab eius diuinitate
 ep. 23 sunt conuocati, ea quæ in dubitationem ueniunt, dissoluantur. propterea et sacra quæ
 ad sanctissimam synodum uestram directa sunt et quæ ad me ipsum ab eorum diuini-
 tate sunt scripta, huic edicto præposui, ut per omnia cognoscentes quæ a domino nostro
 et optimo imperatore præcepta sunt, tali præsumptione cessetis. cognoscite igitur 40
 M V 77² quod scripti huius exemplar etiam domino nostro piissimo imperatori transmissum est.
 d. 22. m. iun. 43¹ Propositum est decimo Kalendas Iulii in Ephesena ciuitate.

3/4 ne forte — uideretur M ne — uideretur forte V	1 FM del. V	externo V	6 id
iam V indiam M	9 particulare M	11 sacra VM	12 annuebam M
tatione VM	ego V eg M	29 hac V hec M	33 eorum eporum M eorum eorum V
31 fidem V om.	34 proiudicium M	ab alio V alio M	35 dō M
uocationem M	dissoluantur M	39 edicto Lupus dicto VM	37 dubitationem V
omnino a V	est decimo V decimo est M	kalendos M	a domino Lupus ad omnino M

Item contestatio alia magnificentissimi comitis Candidiani post synodum Lp 36

Quoniam cognoui a multis reuerentissimis episcopis quod aliqui eorum, postquam 85 [10]
prima particularis synodus facta est, illic necessitate perducti sunt, quorum nonnulli
etiam suscripsisse perhibentur his quæ facta sunt ab illis qui primo die fuerant congregati, d. 22. m. Iun
ob hoc uniuersis qui eodem die minime conuenerunt, per epistulam scribo, coniurans 5 43¹
per deum omnipotentem et per Christum eius et per spiritum sanctum et incolumitatem
dominorum mundi, ut nihil præter illa quæ a dominis nostris piissimis imperatoribus
præcepta sunt, faciatis, sed expectetis uniuersalem synodum et sanctissimorum epi-
scoporum præsentiam nec non et iudicium dominorum nostrorum piissimorumque prin-
cipum. cognoscat enim religioſitas ueſtra eis relatum fuiſſe de omnibus. 10

Item edictum ad synodum magnificentissimi comitis I.p 37

Flavius Candidianus magnificus et gloriosissimus comes deuotissimorum domesti- 86 [11]
corum. Ad confusionem perturbationemque totius ciuitatis intendens, non mediocri
stupore detentus sum. nimis namque rationi contrarium est propter ea quæ hesterno d. 22. m.
die sunt acta, cuiuslibet animum permoueri. nec enim quemlibet reuerentissimorum 15 Iun. 43¹
episcoporum nescire arbitratur deuotio mea quoniam nec semel nec secundo solum, sed
etiam sæpius circa ea quæ a diuino et inuiolabili uertice sunt præcepta, cunctis mani-
festum feci quod oporteret omnibus simul reuerentissimis episcopis conuenientibus
pariter de piæ et orthodoxæ fidei acribia discuti quæſtionem; unde etiam scripto ac
sine scriptis apud eos quos oportebat, asserui ne quis particularem synodum faceret 20
neque uero cum eo aliquis conueniret, si quis irrationabiliter agere aliquid tale præ-
sumeret. clarum namque est quia quæ ex una parte sunt gesta præter formam quæ a
mundi dominis data est, nec firma neque legitima putabuntur. propter quod et nunc
unumquemque ammoneo ut expectet per omnia deoamicissimi Antiocheni episcopi
Iohannis aduentum et eorum qui uenire pariter nuntiati sunt, insuper et illorum qui ab 25
Occidente, ut dicitur, aderunt. impossibile est ut aliquid eorum quæ ex parte atque
utcumque geruntur, ulla dignum ratione ducatur, eo quod etiam contra dominorum
mundi præcepta sit factum.

Quoniam similia his in relatione ad principem scripsit idem Candidianus, ad alia 86a
credidi transeundum. mox enim post triduum ueniens Iohannes Antiochenus epi- 30
scopus et inueniens inter se diuisos episcopos, huiusmodi gesta confecit, quæ subter
annexa sunt. sed quia utraque illis, quæ olim posuimus, imperatoris scripta præ- ep. 22. 23
posita sunt, similiter ad sanctum Iohannem sicut ad alios destinata, ut ad sanctam
synodum conueniret, hic ea non necesse est inseri. post sacras ergo sic legitur:

1 Antiocho cons. VI Kal. Iul. præſente in metatu ſuo ſanctiſſimo et deoamiciffimo 35 87 d. 26. m.
Iohanne epiſcopo Antiochenorum metropolis Orientalis diocesis et quæ cum eo ſancta Iun. 43¹

86 a om. *Lupus*, ex *V* publicauit *Mansi Conc. V* 773

87—94 om. *Lupus*, publicauerunt monachi *Benedictini in Bibl. Casin. 1 Floril. p. 24—38*

87 Græce extat in *V* 151 *S* 133 *A* 164 [1 III 589—600 = *M* IIII 1260—1269]

1 comitis *M* om. *V* 4 suscripsisse *V* scripsisse *M* 6 scm spm *M* 8 uniuersale *M*
9 iudicium *V* 10 enim *V* ergo *M* 14 hesterno *Lupus* externo *VM* 23/24 unumquemque nunc *VM*
30 credidit *VM* corr. *V* 33 sanctam om. *M* 35 iulii *M* 36 ihoi *M*

Acta conciliorum oecumenicorum. 1, 4.

synodo, magnificentissimus et gloriosissimus Candidianus comes deuotissimorum domesticorum dixit: Mihi quidem magnopere ipsi erat oratio ut et tua religiositate præsente et tota sancta synodo in unum pariter congregata dominorum nostrorum piissimorumque imperatorum litterae redderentur, ut omni, ut dixi, synodo congregata, tunc quæ ab eis præcepta sunt, fierent. sed ante hos dies quinque reuerentissimus 5 episcopus Cyrillus et Memnon huius, id est Ephesiæ ciuitatis episcopus et qui cum eis sunt reuerentissimi episcopi, collecti in sancta ecclesia, prohibebantur a me apud se ipsos tantummodo congregari contra ea quæ a dominis nostris et piissimis imperatoribus definita sunt, et ammonui eos omnium uestrum sustinere præsentiam; illi uero exigebant a me, ut eis sacra legeretur. nolens autem hoc facere, eo quod et uestra sanctitas 10 non adesset et multi alii episcopi et metropolitæ nondum uenissent, coactus ab eis sum, quia dicebant ipsi nescire se quid esset quod scriptum fuerat a dominis nostris. ob hoc ergo, dum collecti fuissent prædicti, necessitate compulsus, ne confusionis daretur occasio, sacra legi præfatis, et præsens et exiturus contestatus eos sum nequid pro-
pere agerent, sicut etiam multi sanctissimorum episcoporum, qui ad eos mecum 15 sunt ingressi, nouerunt. illi uero neque sic acquiescentes fecerunt quæcumque illis placebant.

2 Deoamicissimus Iohannes episcopus dixit: Votium opus est piis syllabis obœdire; oportet enim minime a rebus excedere, sed in ipso prorsus quod uerum est, ambulare et discere piam intentionem deoamicissimorum imperatorum nostrorum, qui omne 20 studium pro ecclesiis domini habent et huic præferunt nihil. innotescat igitur nobis magnificentia uestra quæ sint quæ subsecuta sunt lectis eis his deoamicissimis litteris.

3 Magnificentissimus comes Candidianus dixit: Dum legerentur sacra, laudauerunt omnes, adeo ut ego putarem quia in ueritate obœdient omnibus quæ a piissimis nostris imperatoribus sunt sancita; et propter hæc ego gaudebam. post hæc autem rogante 25 me ut omnes his litteris obœdient, nec acquiescere mihi aliquis passus est, sed cum iniuria reuerentissimos episcopos a sanctissimo episcopo Nestorio destinatos et eos qui erant pariter, expulerunt, et me uero iterum diu rogantem de synodo iactauerunt, tamquam his quæ ab eis formanda erant, minime communicare debuissim. quin etiam
ep. 82 nec directum sibi <an>agnosticum a reuerentissimis episcopis relegi permiserunt, sicut 30 hi qui erant mecum sanctissimi episcopi norunt et testes sunt eorum quæ a me consequenter sunt acta. hæc uero uniuersa etiam in notitiam dominorum mundi rettulimus, manifestantes quoniam tuæ sanctitatis et eorum qui tecum sunt sanctissimorum episcoporum præsentiam sustinemus.

ep. 22. 23 4 Deoamicissimus archiepiscopus Iohannes dixit: Legantur etiam nobis tam priores 35 quam subsequentes piæ litteræ et præfulgeant præsentibus gestis.

5 Surgentibus autem sanctissimis episcopis cum lectæ fuissent a notariis piæ litteræ
ep. 22 quæ ad deoamicissimum archiepiscopum Iohannem a piissimis mundi dominis destinatæ
ep. 23 sunt, legit etiam magnificentissimus comes Candidianus quæ ad uniuersos episcopos scripta sunt. hoc facto dum deoamicissimi episcopi orassent pro imperio eorum, 40 deoamicissimus archiepiscopus Iohannes dixit: Sufficiebat quidem harum piissimarum tranquillitas litterarum ad omnem illos adducere disciplinam, etiamsi essent extra

1 comes candidianus V	2 ipsi scripsi ipsa VM	3 uno V	9 ammonui eos V
ammonens M	10 eis scripsi eius VM	facere hoc M	12 dominis V
ministris M	13 hoc V om. M	19 a rebus excedere] non intellxit translator	καταστοχδζεσθαι
τῶν πραγμάτων	30 agnosticum VM	35 archiepis iohs M eps iohs archieps V	36 susequentes M
38 ad Benedictini a MV	41 iohannes V om. M		

sacerdotalem ordinem constituti, sed quoniam, sicut dixit magnificentia uestra, turba et indisciplinatione post lectionem litterarum omnia conpleuerunt et iniurias intulerunt et deoamicissimis episcopis et magnificentiae tuæ, aduenientes nos cum conuenienti ordinatione et litteras audiuius et intentionem deoamicissimorum imperatorum nostrorum opere conplere parati sumus, domino annuente. rogo uero et si quid aliud ab eis actum est, discere a magnificentia tua.

6 Magnificentissimus comes Candidianus dixit: Quoniam cuncta subtiliter et consequenter tua sanctitas quærit, iustum est ut a me narrentur et reliqua. altera enim d. 23. m. Iun. die, ignorans omnino quæ gesta sunt, subito audio sanctissimum episcopum Nestorium 43¹ ab eis fuisse depositum; propositas etiam litteras depositionis auellens legi, quas etiam 10 piissimis nostris imperatoribus destinaui. post paululum uero etiam per forum circuire præcones audiui, qui depositionem prædicti sanctissimi episcopi Nestorii publice depompabant. hæc igitur agnoscens preces eis destinaui, ut nihil præter illa quæ ep. 86 <a> piissimis imperatoribus præcepta sunt, gererent. nihilo minus et illos sanctissimos episcopos qui cum eis congregati non fuerant, uestre sanctitatis sustinere præsentiam 15 ep. 85 præparaui.

7 Deoamicissimus archiepiscopus Iohannes dixit: Sequentes regulas <et> ecclesiasticas sanctiones et imperiales litteras, coram præsentia omnium collocuti et interrogatis quæ oportebat, et accepto responso, uenerunt ad hoc, conuictionibus factis, an sine probatione condemnauerunt eundem uirum? 20

8 Magnificentissimus comes Candidianus ait: Sciunt uniuersi qui mecum præsentem sunt religiosissimi episcopi quia sine aliquo iudicio et absque discussione ac præter inquisitionem disposita sunt <quæ> ab eis.

9 Deoamicissimus archiepiscopus Iohannes dixit: Maxime quidem nec ea quæ ab eis circa nos gesta sunt, consequentia erant; nam dum par esset ut illi nos e peregrinatione 25 tam longa nuperrime peruenientes fraterno affectu susciperent et adhuc puluerulentos hospitalitatis liberalitate refouerent et fraterna caritate repararent, e contra mox ut uenimus, occurrerunt terrentes nos grauiterque turbantes consuetamque sibi demonstrantes inesse turbelam. sed tamen his sancta synodus quæ mecum nunc est, nec aures adhibuit. deliberet uero sanctum concilium quæ contra huiusmodi 30 homines, qui sic illicite atque tyrannice omnia turbauerunt, consequenter debeant definiri.

10 His ita se habentibus et egresso magnificentissimo Candidiano comite deuotissimorum domesticorum, post lectionem piarum litterarum et depositionem prædictæ ep. 23 narrationis religiosissimus archiepiscopus Iohannes dixit: Audiit religiositas uestra 35 pias litteras deoamicissimorum imperatorum nostrorum et ea quæ a magnificentissimo comite Candidiano deposita sunt, et cognouit intentionem piissimorum principum quia modis omnibus paci ecclesiasticæ consulentes et sanæ atque inextermabili fidei apostolicisque dogmatibus, in hoc loco sanctam synodum colligi præceperunt; quod digne fieri deoamabile ipsorum iussit imperium, ut omnes pariter congregati et ea de quibus quæstio 40 est, fraterne discuterent et sicut re uera sacerdotibus decet, id est per singulas propositiones ac resolutiones et interrogationes ac responsiones, omni perturbatione et confusione summota, ut neque prius aliud aliquod quæreretur uel criminale uel pecuniale capitulum ante integram discussionem confirmationemque piæ fidei sanctorum <bea-

1 in quoniam desinit V in fine paginae
collocati M
dictini patrum M

23 quæ Γ om. M

37 quia Γ qui M

14 a om. M

25 e Γ in M

13 queretur M

17 et om. M

28 occurrunt M

4-1/(36) 1 beatorum addidi ex Γ

18 collocuti Γ

34 piarum Bene-

torum)que patrum qui in Nicæa Bithyniæ conuenerunt. quid igitur uestra religiositas perspicit fieri oportere pro tanto diuinarum litterarum contemptu?

- 11 Sancta synodus dixit: Manifestus est reuerentissimus episcopus Alexandriae Cyrillus et reuerentissimus Memnon huius ciuitatis episcopus, qui ei ad hæc uniuersa coniuuit, sicut manifeste cognouimus ante religiositatis <uestræ> huc præsentiam uenientes et omnia fere quæ ab eo sunt præsumpta, cernentes. nam et sanctas ecclesias et sancta martyria et sanctam basilicam beati Iohannis apostoli clausit, non permittens neque sanctum pentecostes <diem> a deoamicissimis episcopis celebrari; insuper et rusticorum multitudinem colligens ciuitatem ualde turbauit et proprios clericos per domos deo amicissimorum episcoporum dirigens multa nimis intolerabilia minabatur his qui ad inordinatissimum, quod ipsi collegerant, concilium conuenire minime uellent, per malam conscientiam uniuersa confundentes atque turbantes et quæ ad ecclesiam pertinent, tempestate replentes; qui etiam pias litteras contempserunt et conculcauerunt ecclesiasticas sanctiones, ne malignitas hæretica discuteretur, quam in illis capitulis inuenimus, quæ olim ad regiam ciuitatem directa sunt a reuerentissimo episcopo Cyrillo, quorum pleraque Arrii et Apollinarii et Eunomii impietati conueniunt. oportet igitur et tuam sanctitatem et omnes nos toto feruore pro pietate certari, ne forte quicumque consentiat hæreticis reuerentissimi episcopi Cyrilli capitulis neque sanctorum patrum credulitas corrumpatur, et eos quidem qui principes extiterunt uel sensus hæretici uel etiam perturbationis, quæ sermonem omnem superat, digno tantæ iniquitatis condemnare decreto, eos autem qui consenserunt eis uel ab eis seducti sunt, reuerentissimos episcopos ecclesiasticæ increpationi subicere.

- 12 Deoamicissimus Iohannes episcopus dixit: Votium mihi opus fuit, ne ullus qui ad sacerdotium dei electus est, extra corpus ecclesiasticum fieret. quoniam uero necessaria est incisio membrorum quæ curari non queunt, pro totius corporis sanitate, Cyrillum quidem et Memnonem tamquam principes iniquitatis quæ facta est, et calcandi ecclesiasticas sanctiones et pia tranquillissimorum principum decreta nostrorum et propter hæreticum prædictorum capitulorum sensum depositioni conuenit subiaccere; eos uero qui ab eis seducti sunt, excommunicatos fieri, ut proprium cognoscentes excessum, et anathematizent hæretica Cyrilli capitula et <in> expositione fidei quæ a sanctissimis patribus in Nicæa congregatis est facta, se permanere fateantur, nihil ei uel alterum subintroducunt uel quod a pietate sit peregrinum, et tunc secundum pias litteras deoamicissimorum principum nostrorum nobiscum conueniant et eorum quæ in quæstionem ueniunt, discussionem cum fraterna moderatione perficiant piamque fidem merita firmitate corroborent.

- 13 Sancta synodus ait: Legitimam iustamque sententiam tua sanctitas protulit. oportet igitur communibus litteris Cyrilli quidem et Memnonis depositionem, reliquorum uero excommunicationem dictari et omnium nostrum suscriptionibus roborari.

- 14 Deoamicissimus Iohannes archiepiscopus dixit: Fient quæcumque placuerunt. Iohannes episcopus Antiochiæ interlocutus sum.

Sententia totius synodi quæ cum Iohanne Antiocheno conuenit episcopo

- 88 Sancta synodus quæ per dei gratiam congregata est in Epheso secundum litteras

1 abithinie M	2 tanta M	3 reuerentissimus Γ reus M	4 reus M	memnon M	coniuuit
scripsi conhibuit M	5 uestrae add. Benedictini	7 martyria Γ martiribus M	8 diem addidi		
11 colligerant M	13 inpias M	15 a reuerentissimo] areum M	16 pleraque scripsi		
plurec M	apollinari M	18 reus M	19 qui quidem qui M	22 increpatione M	30 ana-
thematizant M	in addidi	34 questione M	41 qua M		

piissimorum <et> amatorum Christi imperatorum nostrorum interlocuta est quæ subter annexa sunt:

Orabamus quidem ut secundum canones sanctorum patrum et secundum piissimorum et amicorum Christi principum nostrorum litteras synodus pacifice fieret; quoniam uero asperitate et perturbatione et hæretica usi sententia inter uos ipsos tantummodo 5 conuenistis, dum certe quibusdam nostrum præsentibus etiam nos reliqui essemus in ianuis secundum piissimorum principum litteras, et omni perturbatione ciuitatem sanctamque synodum repleuistis, ne de capitulis inquisitio fieret, quæ Apollinarii et Arrii Eunomiique uesaniæ atque impietati consentiunt, et non sustinuistis <sanctissimorum> episcoporum præsentiam, ut undique pariter conuenirent qui fuerant a nostris 10 piissimis imperatoribus conuocati, et hæc dum magnificentissimus comes Candidianus et in scripto et sine scripto denuntiasset uobis nihil tale præsumere, sed omnium sanctissimorum episcoporum commune concilium sustinere, quapropter cognoscite uos esse depositos et ab episcopatu alienos existere, tu, Cyrille ab Alexandria, et tu, Memnon huius ciuitatis Ephesiæ, et ab omni ecclesiastico ministerio extorres esse, tamquam 15 totius perturbationis et iniquitatis auctores ac duces et causa facti ut regulæ patrum ac præcepta imperialia calcarentur. reliqui uero cuncti, qui conspirastis cum his qui inordinata et iniqua gesserunt [et] tam contra regulas quam contra principum sanctiones, excommunicati estote, donec proprium cognoscentes delictum pænitentiam geratis et suscipiatis fidem sanctorum patrum qui in Nicæa conuenerunt, nihil aliud peregrinumue 20 illi subintroducetes, et anathematizetis hæretica capitula quæ exposita sunt ab Alexandrino Cyrillo quæque sunt euangelicæ et apostolicæ doctrinæ contraria, et litteris piissimorum et amicorum Christi imperatorum obædiatis iubentibus quiete atque subtiliter quæ ad fidem pertinent, discuti.

1	Iohannes episcopus Antiochiæ	subscripsi
	Alexander episcopus Apamiæ metropolitanus	subscripsi
	Fritilas episcopus Heracliæ metropolitanus	subscripsi
	Iohannes episcopus Damasci metropolitanus	subscripsi
5	Himerius episcopus Nicomediæ metropolitanus	subscripsi
	Dorotheus episcopus Marcianopolitanus metropolitanus	subscripsi
	Helladius episcopus Tarsi metropolitanus	subscripsi
	Alexander episcopus Ierapolitanus metropolitanus	subscripsi
	Maximus episcopus Anazarbi metropolitanus	subscripsi
10	Dexianus episcopus Seleuciæ Isauriæ metropolitanus	subscripsi
	Eutherus episcopus Tyanorum metropolitanus	subscripsi
	Iulianus episcopus Sardicæ metropolitanus	subscripsi
	Basilus episcopus Larisæ metropolitanus	subscripsi
	Cyrus episcopus Tyri metropolitanus per Marcellinum	subscripsi
15	Asterius episcopus Amidæ metropolitanus	subscripsi
	Antiochus episcopus Bostorum metropolitanus	subscripsi
	Petrus episcopus Traianopolitanus metropolitanus	subscripsi
	Paulus episcopus Emisenus metropolitanus	subscripsi

3-24 ex altera uersione habet Liberatus 6 p. 24 Garn.

1 et addidi	9/10 sanctissimorum addidi	14 tuam cirille M	15 ephisie M	18 et
deleui	22 euangelize M			
9 Μαξιμῖνος Μαξιμιανός Μαξιμος Γ cold.	anaxarbi M	13 larixe M	14 Marcellinum	
Benedictini manus cellinum M	18 emissenus Al			

	Macarius episcopus Laodiciæ	subscripsi
20	Apringius episcopus Chalcidos	subscripsi
	Theosebius episcopus Cii Bithyniæ	subscripsi
	Pausianus episcopus Ypatæ	subscripsi
	Polychronius episcopus Heracleæ	subscripsi
	Gerontius episcopus Claudiopolis	subscripsi
25	Cyrillus episcopus Adanorum	subscripsi
	Theoctistus episcopus Cæsareæ Thessaliæ	subscripsi
	Ausonius episcopus Imeriæ	subscripsi
	Aurelius episcopus Irinupoleos	subscripsi
	Polychronius episcopus Epiphaniæ	subscripsi
30	Meletius episcopus Neocæsariæ	subscripsi
	Musæus episcopus Aradi et Antaradi	subscripsi
	Helladius episcopus Tolomaidis	subscripsi
	Esychius episcopus Castabali	subscripsi
	Tarianus episcopus Augustæ	subscripsi
35	Salustius episcopus Coryci	subscripsi
	Valentinus episcopus Malli	subscripsi
	Iacobus episcopus Dorostoli	subscripsi
	Marcianus episcopus Abryti	subscripsi
	Zosis episcopus Esbuntos	subscripsi
40	Daniel episcopus Faustinupolis	subscripsi
	Filtatius episcopus Theodosianorum	subscripsi
	Eustathius episcopus Parnasi	subscripsi
	Iulianus episcopus Larissæ	subscripsi
	Diogenis episcopus Seleucobeli	subscripsi
45	Hiliadis episcopus Zeugmatis	subscripsi
	Placus episcopus Laodiciae	subscripsi
	Marcellinus episcopus Arcæ	subscripsi
	Theodoretus episcopus Cyri	subscripsi
	Olympius episcopus Carpasia Cypr:	subscripsi
50	Maximus episcopus Dimitriadis	subscripsi
	Theofanius episcopus Philadelphæ	subscripsi
	Rabbulas episcopus Edessæ metropolitanus	subscripsi
	Petronius episcopus Neuæ per Zosim episcopum Esbuntos	subscripsi.

89 Sancta synodus episcopis qui a nobis excommunicati sunt, hæc mandat et ammonet. Pessimum quidem re uera est delinquere atque irritare dominum deum nostrum, sed multo iniquius atque deterius non soluere pænitentia succedente reatum. quod uos fecistis usque ad præsens, qui cooperati estis quidem his quæ illicite atque inordinate sunt facta a Cyrillo Alexandrino et Ephesio Memnone, excommunicati <uero> a nobis pro huiusmodi facto et clementiæ ianuam patentem uobis aspicientes per sententias

89 *Græce extat in V 152 S 134 A 165 [L III 600 = M IIII 1269, 1272]*

19 leudocie <i>M</i>	20 apringiu <i>M</i>	chalcidus <i>M</i>	21 theusebius <i>M</i>	cubithinie <i>M</i>
22 iputue <i>M</i>	24 claudiapolis <i>M</i>	31 aradie tantariadis <i>M</i>	33 castiobali <i>M</i>	35 cortici <i>M</i>
37 dorastuli <i>M</i>	38 abriptii <i>M</i>	39 zosis <i>M</i>	41 theodosionorum <i>M</i>	45 thegmatis <i>M</i>
46 laudocie <i>M</i>	52 edese <i>M</i>	53 neuce <i>M</i>	2 deum nostrum <i>scripsi</i>	domrm [sic] <i>M</i>
5 aphesio mennone <i>M</i>	uero <i>suppleui ex Græcis</i>			

nostras et non occurrentes neque rogantes ut ab excommunicationis absoluamini uin-
culis, sed adhuc permanentes cum uiris hæreticam credulitatem habentibus et sanctiones
sanctorum patrum piissimorumque principum calcantibus decreta et qui multa iniqua
gesserunt et ob hoc a nobis delecti sunt et ab episcopatu alieni effecti. cognoscite
igitur quia nisi citius respexeritis quod decet, et ab illa noxia commixtione liberati et
fidem sanctorum patrum qui in Nicæa congregati sunt, fueritis uos tenere confessi ac
secundum litteras piissimorum principum nostrorum tranquille et absque omni turbela
nobiscum uolueritis celebrare concilium, nihil erit quod nobis imputare possitis, uos
ipsos autem pro maligna uestra uoluntate culpabitis.

Piissimis et amatoribus Christi imperatoribus nostris Theodosio et Valentiniano ¹⁰ 90
Augustis Iohannes episcopus et sancta synodus quæ cum eo in Ephesena ciuitate con-
uenit. Piis iussi litteris uestris [et] Ephesenam metropolim comprehendimus et
inuenimus omni confusione ac bello ciuili plena ea quæ ad ecclesiam pertinent, con-
spirantibus Alexandrino Cyrillo et Ephesio Memnone, qui etiam multitudinem agrestium
collegerunt et neque sanctæ pentecostes festiuitatem celebrare neque uespertina uel ¹⁵ d. 7. m. Iun.
matutina ministeria permiserunt, insuper et sanctas ecclesias <et> martyria sancta ^{43¹}
clausurunt et apud semet ipsos cum his quos seduxerunt, collegerunt concilium et multa
illicita peregerunt et tam sanctorum patrum regulas quam uestra calcare decreta,
et hæc postquam magnificentissimus comes Candidianus, qui ab apice uestro directus
est Christo amico, ammonuit eos et in scripto et præter scriptum, ut uenientes undique ²⁰
sanctissimos episcopos sustinerent et tunc concilium communiter celebrarent secundum
uestre pietatis litteras, dum certe et ipse Cyrillus Alexandrinus mihi de Antiochia
uenienti per epistolam dixisset, quam duos dies antequam faceret concilium, destinauit,
quia tota synodus meam præsentiam sustineret. propterea prædictos utrosque
deposuimus, id est Cyrillum et Memnonem, et totius ecclesiastici officii fecimus alienos; ²⁵
reliquos uero qui hanc iniquitatem communiter peregerunt, excommunicatos esse
fecimus, donec capitula quæ a Cyrillo directa sunt plena Apollinarii et Eunomii Arriique
uesania, anathemati supponentes et nobiscum pariter congregati cum quiete et omni
integritate et nobiscum peruideant quæstiones et pium patrum dogma confirment.

De mea uero humilitate nouerit pietas uestra quia quantum ad terreni itineris ³⁰
spatium (per terram namque iter habuimus), ualde festinauimus. quadraginta
enim transiuimus mansiones, nulla per iter requie usi, quod etiam potest Christo amicum
uestre pietatis imperium ab his qui ciuitates habitant in ipso itinere constitutas, addiscere.
super hæc uero et fames quæ in Antiochia contigit, et turbæ quæ fiebant per singulos
dies a populo, et ultra tempus ualidissima facta inundatio pluuiarum, quæ etiam peri- ³⁵
culum fluminum intulit ciuitati, non paucos dies nos in prædictam detinuit ciuitatem.

Priusquam imperator ad hanc responderet epistolam Iohanni episcopo et concilio ^{90a}
quod cum eo erat, uenerunt sacra ad relationem Candidiani comitis per Palladium
magistranum, quæ olim posuimus. ad ipsa uero idem patriarcha eademque synodus ¹⁰ ep. 34
respondit imperatori quæ subter adiecimus.

90 *Græce extat in V 153 S 135 A 166 [L III 601 = M IIII 1272. 1273]*

3 calcantes <i>M</i>	4 cognoscite <i>Benedictini</i> cognisce <i>M</i>	9 ipso <i>M</i>	12 et <i>deleui</i>
16 et <i>add. Benedictini</i>	16/17 sancta clausurunt <i>scripsi ex Græcis</i> sacra tulerunt <i>M</i>	26 pera-	
gerunt <i>M</i>	29 dogma <i>Benedictini</i> dogmata <i>M</i>	33 constitutus <i>M</i>	37 concilio <i>Benedictini</i>
concilium <i>M</i>			

Incipit alia epistula Iohannis archiepiscopi et synodi quæ cum <eo> conuenit in Ephesum

91 1

Hoc, hoc prorsus est, pii imperatores, rectæ fidei documentum, soluere quæ ab illis illicite facta sunt uniuersa et a regulis antecessata, et priore loco præcipere ut conueniente synodo discussio dogmatum fiat. beatificauimus igitur orbem, relegentes decreta uestra, quæ nuper nobis allata sunt, cum multis milibus laudum, quia talibus sceptris atque imperiis gubernatur. sed sicut hæc omni sunt ammiratione maiora, quæcumque, imperatores piissimi, præcepistis, sic et nobis necessaria <est> ad regnum uestrum absolutio rationis propter quæ simus impulsī, uenientes ad Ephesiam ciuitatem, adiudicare atque condemnare hos qui ab initio uestra calcauere decreta quique ob hoc quod a sua conscientia pulsabantur, renouare uoluerunt atque firmare Apollinariī et Arrii contra pietatem dogmata, pro quibus olim Cyrillus Alexandrinus capitula quædam cum anathematibus direxit ad regiam ciuitatem, uoluntariæ potius quam sanæ plenæ culturæ; qui etiam priusquam discussionem de diuinis inciperent habere dogmatibus, aduersitates et inimicitias exercuerunt, præsumentes contra pias sanctiones uestras sic inicū proferre decretum contra tantam sedem Constantinopolitanæ regiæ ciuitatis. horum igitur iniuria ex hoc ipso manifesta est cunctis hominibus, propter quam sancta synodus, recto sensu et zelo mota diuino et dilectione circa sanctas ecclesias, condemnauit hos qui iam damnauerunt semet ipsos, non culpabile aliquid, absit, nec ut dici assolet, calidum faciens, sed ulcisci uolens periclitantem magnopere pietatem. hæc sit pro his quæ egimus, apud imperium uestrum iustissima satisfactio. nam nos quidem neque ad fauendum cuilibet neque ad aduersandum contendimus, sed sola fuit intentio nostra ut piam fidem, quasi tempestate turbatam per eos qui propria scripta uolunt pertinaciter confirmare, seruaremus inlæsam. hoc enim faciunt ad refutandum iniuriandumque illa quæ confessus est Petrus, quæ Iohannes de illoque prædicauit, quæ Mathæus docuit et reliqui euangelistæ, quæ Paulus diuini spiritus oratione contraxit, quæ omnes orthodoxi per totum mundum plantauerunt prædicationem piæ fidei proferentes. oramus igitur, quantacumque nobis uirtus orandi est, ut hanc rectæ glorificationis fidem pietas et imperium uestrum, quod in fide sana nutritum est, defendat ac protegat inmotamque conseruet, quippe quia in hoc uobis est spes quæ omnia uestra conplectitur. nos enim et nunc et prius parati sumus neque ad dexteram neque ad sinistram uestra declinare decreta, sicut ait scriptura diuina. <nam> quia sunt ad pietatem proni omnes uestri nutus imperii, hi quidem qui acquiescunt, a uobis laudabiles habebuntur et remunerationem consequentur a deo; qui uero declinant ad iuuenalia opera et ex perturbationibus adulteratam uim sibimet ipsis adsciscunt, sicut illi qui tranquillitati legitimæ tyrannidem superinferunt, dignis opprobriis subiacebunt, quippe qui legum salubritatem corrumpere studuerunt et monita uestra in terra proicere præsumserunt. igitur ut nulla fiat perturbatio neque confusio communi conuentui, decernat uester Christo amicus apex duo tantum cum metropolitanis singulis episcopos interesse, quia et nos acquiescentes pietatis uestræ litteris tantos nobiscum duximus, dum certe possumus, si multitudi(n)e opus esset, plures habere nobiscum, qui diuina dogmata integre nossent et in nullo <insciæ rerum diuinarum multitudini Asianorum et Aegyptiorum> similes essent. nam

Deut. 5, 32

91 Græce extat in V 154 S 136 A 167 [L III 705—709 = M IIII 1380—1384]

1 eo suppl. Benedictini	5 millibus Benedictini militibus M	quia scripsi qui M
7 est addidi	9 ab initio Benedictini ambitio M	ob Benedictini ab M
16 manifestum M	20 satisfactio Benedictini satisfactione M	25 sedem Γ fidem M
ἐβίδαξεν Γ, scripserim	operatione correxit	30 uestra Benedictini nostra M
Græcis	34 adulteratam [= ἐπινοητήν] Schw adulteram M	36 uestram M
Benedictini similitudi M	41 insciæ — Aegyptiorum	suppleui ex Græcis; similiter Benedictini
	31 nam addidi ex	39 si multitudi(n)e

si hoc minime fiat, confusionem continuo fieri est necesse, dum sint Aegyptii quidem
 quinquaginta, Asianorum uero qui sub Memnone sunt auctore tyrannidis, quadraginta
 et eorum qui sunt a Pamphylia hæreticorum, qui Messalitæ dicuntur, duodecim præter
 illos qui sunt cum metropolitano prædicto, et alios, qui diuersis modis depositi uel ex-
 communicati sunt ab episcopalibus synodis, qui nihil sunt aliud nisi hominum multitudo
 scientium quidem de diuinis dogmatibus nihil, turba uero et confusione repletorum.
 quæsumus igitur deprecamurque pietatem uestram specialiter prospicere ac pacem
 4 synodo procurare consueto pietatis uestræ decreto. putantes enim uel nunc eos
 corrigi propter pias litteras uestri deoamabilis uerticis, postquam lectum est eis omni
 bono proposito plenum decretum et nos has dictauimus litteras, imus ad ecclesiam sancti
 Iohannis apostoli et euangelistæ et gratias agere et orare pro imperio uestro et intentione
 pia. illi uero aspicientes nos, templum clausere continuo; dum uero nos a foris orasse-
 mus et nihil cuicumque dicentes reuerteremur, exiit quædam multitudo seruorum, quæ
 alios quidem nostrum tenuit, aliquorum uero diripuit animalia, aliquos uero etiam
 uulneratos effecit, nos autem per multum sunt spatium persecuti cum fustibus atque
 lapidibus, ita ut cum grandi impetu cogeremur effugere tamquam persequentibus bar-
 baris. hæc uero Memnon a tempore iam longo parauerat, nulli neque in orationis
 domo orare concedens neque cum qualibet pace uel competentis ordinis ratione disponere
 ecclesiasticas causas. supplicamus igitur pietati uestræ ut hoc præcipere iubeatis,
 quatenus præ omnibus Memnon tyrannus ab hac ciuitate pellatur, qui dum sit propter
 has seditiones depositus, ideo uniuersa confundit, ne crimina eius integerrime inquirantur.
 nam nisi exierit iste, impossibile est aut pacem fieri aut intentionem uestræ pietatis
 impleri.

Dilectissimis et desiderabilibus deoque amabilibus filiis clericis sanctæ ecclesiæ 92
 dei quæ in Constantinopolim est, Iohannes misericordia dei episcopus et sancta synodus 25
 quæ cum eo conuenit in Epheso. Procul dubio reuerentia uestra cognouit quæ inique
 atque illicite facta sunt a Cyrillo Alexandrino et Ephesio Memnone et his qui una cum
 eis contra piissimorum amicorumque Christi imperatorum nostrorum litteras congregati
 sunt. idcirco necessarium duximus religiositati uestræ innotescere quia illa quidem
 quæ ab eis præsumpta sunt, uniuersa secundum prophetam sunt aranæ tela, ipsi uero 30 Ies. 59, 5
 qui talia præsumpserunt, id est Cyrillus et Memnon, sicut facti seditionis auctores,
 episcopatu depositi sunt, qui uero elegerunt conuenire una cum talibus, hos excommuni-
 catos effecimus, donec delictum proprium cognoscentes, et anathematizent hæretica
 <Cyrilli> Alexandrini capitula et fidem sanctorum patrum qui in Nicæa Bithyniæ con-
 uenerunt, absque ulla fraude recipiant. nullus igitur perturbet reuerentiam uestram 35
 eorum qui talia consueti sunt agere; nullam namque habent uirtutem, sicut et ante
 mandauimus, quæ ab eis inique præsumpta sunt. hoc uero etiam pio et amico Christi
 nostro imperatori fecimus clarum et magnificentissimis gloriosissimisque iudicibus.

Amatori dei et amico Cnristi senatui sancta synodus. Valde dolemus omnino 93
 eo quod nostrorum membrorum præcisionem magnificentiæ uestræ intimare compellimur. 40
 nam licet necessaria sit putrium sectura membrorum, uerumtamen non paruum dolorem

92 Græce extat in V 155 S 137 A 168 [L III 601. 604 = M IIII 1273]

93 Græce extat in V 156 S 138 A 169 [L III 604. 605 = M IIII 1273. 1276]

9 uestre M 10 propositum M 17 iam scripsi tam M 21 depositus Benedictini
 depositas M 25 iohanne M 34 Cyrilli addidi 39 amaco M

1 Cor. 12, 26 residui corporis operatur. beatus enim Paulus inquit: siquid patitur unum membrum, conpatiuntur et omnia membra. nec tamen ob hoc medicis recusanda est incisio inutilium noxiorumque membrorum. consideratus namque ac sapiens corporum medelator reliquorum membrorum respiciens ad salutem, despicit incurabiles partes, ut uniuerso corpori prouideat sanitatem. hoc et nos in præsentī 5 peregrinamus. inuenimus enim Cyrillum Alexandriæ episcopum et Ephesium Memnonem multa quidem grauia contra dei operatos ecclesiam, sed et hoc quod seditione ac turba ciuitatem sanctamque synodum repleuerunt et Aegyptiis nautis atque rusticis Asianis ministris usi sunt ad tyrannidem; qui neque ad synodum conuocatos deoamicissimos episcopos sustinere uoluerunt neque litteris principum nostrorum, qui deo dilecti sunt 10 et diligunt Christum, passi sunt obœdire, sed neque insinuationibus et obtestationibus acquiescere Candidiani magnificentissimi et gloriosissimi comitis, sed omnem pietatis reuerentiam turbidissime confuderunt, inique atque illicite omnia operati, et sanctæ pentecostes festiuitatem celebrari minime permiserunt et templa diuina * * optimorum martyrum sepulcra complecti, nihilo minus uero etiam beati Iohannis euangelistæ atque 15 deiloqui, qui multam meruit apud nostrum saluatorem fiduciam. quapropter prædictos Cyrillum et Memnonem compulsi sumus deponere atque episcopatu priuare; fautores uero eorum tyrannidis ac pertinaciæ siue per seductionem siue etiam per terrorem a communione suspendimus, commensurantes correctionem uoluntatis remorsui. si enim delictum proprium cognoscentes et ab hæretico maloque intellectu cessauerint 20 sanctorumque patrum recuperauerint fidem, qui in Nicæa Bithyniæ congregati sunt, et nobiscum secundum litteras piissimorum et amicorum Christi principum introeuntes concilium cum quiete quæ sacerdotibus decet, ea de quibus quæstio est, fuerint perscrutati, excommunicationis uinculo absoluentur et ministerium sacerdotale recipient.

XCIII 1 Reuerentissimæ et dilectæ Christo plebi ecclesiæ dei quæ est in Constantinopolim, 25 sancta synodus. Lex non scripta est cum multa diligentia ouibus præuidere pastores, ne aut fur latrocinetur in eis neque bestię deuorent neque morbus inficiat. si ergo quibus irrationalium ouium committitur regimen, tantam circa eos exhibent curam, Gen. 31, 40. ita ut beatus Iacob ad Laban exclamaret dicens: et eram æstu diei ardens et 39 noctis urebar gelu et recidebat meis somnus ab oculis et non adduxi 30 ad te a bestia captum, quantam curam conuenit exhibere rationalium nostri ouium Gal. 3, 27 saluatoris, quæ diuino circumsignatæ sunt caractere, baptizatæ quidem in Christo Ps. 4, 7 eumque induentes et signatæ faciei dominicæ lumine? huius rei gratia necessarium duximus animas uestras litteris curare præmissis, ut uanis uos opinionibus minime subiugatis, quæ possint angustias generare et perturbationem mentibus uestris inicere. 35 2 Peruenimus namque in Ephesenorum ciuitatem, mouente ad hoc mentem piissimorum et amicorum Christi principum rectore omnium deo, et omni confusione plenam repperimus ciuitatem, nec hanc uero solam, sed et totam synodum non mediocriter perturbatam sanctamque ecclesiam marinæ tempestatis similitudine fluctuantem,

XCIII Græce extat in V 157 S 139 A 170 [L III 605. 608 = M IIII 1276. 1277]

3 consideratus	Benedictini considerat M	4 medellator M	6 ephesium M	7 multa
Benedictini uult M	14 om. quæ respondebant Græcis	καὶ τοὺς τῶν καλλινίκων μαρτύρων σηκοὺς ἀποκλείσαντας, ἵνα μὴδὲ εὐχασθαι τοῖς βουλομένοις ἐξῆι τοῖς μακρὰν μὲν πορείαν πεπονημένοις, ἐφιεμένοις δὲ πάσας μὲν τὰς τῶν ἁγίων καὶ M cf. Γ cod. V	16 fiduciam saluatorem M	19 uoluntatis remorsui
scripsi ex Græcis uoluntari motui M	29 iacob beatus M	30 meus M	31 ad te	Benedictini
ate in atte corr. M	quantum M	35 subiugatis M	37 rectore	Benedictini rectorum M

Cyrillo Alexandriae quondam episcopo et Ephesio Memnone procellarum more hanc eleuantibus pessimam tempestatem. territi enim Aegyptius quidem, ne discutientes haeretica capitula malae intellegentiae ipsius, quae Apollinarii impietati concordant, eum quippe ut haeticum damnaremus, alter uero altera quae per ciuitatem diffamata sunt crimina, propterea conspirati sunt et unius sumpserunt tyrannicam consilii uoluntatem. 5 et ille quidem quinquaginta Aegyptios episcopos, ille autem plus quam triginta colligens Asianos, et alios quosdam nonnullos fraude, aliquos uero sibimet ipsis terrore copulantes, nec sustinere uoluerunt undique conuenientium sanctissimorum episcoporum commune concilium et insuper contempserunt ecclesiastica constituta, et uniuersa incongrue atque illicite perpetrantes, uelut ex arce ciuitatis impie agere praecipunt 10 uniuersis, nautas uero et clericos Aegyptios et rusticos Asianos in domos sanctissimorum episcoporum dirigentes et importabilia comminantes et terrorem fragilioribus praetendentes, domus eorum signantes a foris, ut manifesti essent quos oporteret interfici, 3 consentire his quae ab eis illicite facta sunt, compulerunt. haec nos inuenientes et experimento quoque indisciplinationes eorum tyrannicas cognoscentes, incongruum 15 duximus eos qui usque ad tantam nequitiam peruenerunt, in diuino ac summo sacerdotio relinquere perdurantes. quapropter hos quidem sicut auctores malorum sumus coacti deponere et ab episcopatu eos fecimus alienos; illos uero qui eis coniuuerunt, excommunicationis subiecimus uinculo, minime his interclusa paenitendi iudicio licentia, sed aperientes eis clementiae ianuam, ut si uoluerint quam primum quidem directa a 20 Cyrillo anathematizare capitula, quae ab euangelica et apostolica doctrina discordant, ad fidem uero patrum remeare sanctorum, qui in Nicaea Bithyniae congregati sunt, et secundum litteras piissimorum et amicorum Christi imperatorum nostrorum sine turba et subtiliter ea quae sunt in controuersia, quaerere et pium dogma firmare, mox eos recipiamus ut propria membra et sacerdotales sedes restituamus eis. 25

Incipiunt secunda commenta synodi quae cum Iohanne Antiocheno episcopo conuenit in Ephesum XCV [12]
Lp 38
M V 774

1 Sanctissimus Iohannes, praesente sancta synodo et magnificentissimo et gloriosissimo comite Candidiano, dixit: Sabbato meridie, dum iam aduesperasceret, agnoscentes quoniam qui omnia inique et illicite faciunt, uolunt etiam nunc, propria utentes temeritate 30 ac pertinacia, missarum celebrare collectam, rogauimus magnificentiam tuam, dantes in scripto petitionem, ut transires usque ad eos et contestareris ne calcarent ecclesiasticas sanctiones et pia decreta neque collectam celebrarent uiri quorum iuste quidam quidem depositi, alii uero communione priuati sunt propter haeticam uesaniam suam et inexplicabiles tumultus illicitos piarumque sanctionum contemptum. 35 rogamus ergo magnificentiam uestram ut certum sanctae synodo faciat si haec ipsa uere illis magnificentia uestra innotuit.

2 Magnificentissimus comes Candidianus dixit: Postquam petitionem a uestra religioſitate suscepi, nihil omnino moratus sum, quia nec ratio erat; sed [quia] ad reuerentissimos Cyrillum episcopum et Memnonem et reliquos iter direxi et illic apud eos plurimos 40 repperi congregatos et rogau i ne missas per se ipsi tenerent, quia et in praecedentibus diebus, etiam priusquam uenirem, et sanctam pentecostes et reliquas collectas usque d. 7. m. Iun. 431

5 tyranni cum M uoluntate M 7 Asianos Benedictini asinos M 9 concilium scripsi
ex Graecis coniugium M 18 coniuuerunt Schw conhibuerunt M 24/25 recipiemus M
25 restituemus M
29 crediderim haec ad d. 27 m. Iun. 431 referenda esse 32 post contestareris iterum scripsit usque
ad eos M ecclesias M 33 quidem quidam M 36 sco M 39 quia deleui

ad hanc dominicam celebrare noluerunt, sed re uera clerici officium compleuerunt. rogauit etiam ut sustinerent de his quæ egerunt, responsa piissimorum principum dominorumque nostrorum. ego autem neutram partem uolo celebrare collectam, ne forte aliquod schisma sanctæ atque orthodoxæ generetur ecclesiæ.

Lp 39 3 Sancta synodus dixit: Rogamus adhuc et hæc addiscere a magnificentia uestra, 5 utrum depositionem Cyrilli et Memnonis et reliquorum excommunicationem, quam et per petitiones edocuimus magnificentiam uestram, prædicti cognouerint, quam publice ob hoc ipsum per omnem proposuimus ciuitatem, ut manifesta hæc omnibus qui cum ipsis sunt episcopis fierent.

4 Magnificentissimus comes Candidianus dixit: Si de aliqua uili causa proponeret 10 sancta religiositas uestra, et hoc quoque notum fieri posset; quanto magis uiro- rum dep- ositio præfatorum, quæ tantopere publicata est et per totam proposita ciuitatem? hoc ipsum namque ciuitas commurmurat uniuersa et magna eam multitudo transcripsit. insuper et me rogante ut dominico die missæ non fierent ab eis, reuera Memnon huius ciuitatis episcopus coram omnibus dixit quia »quantum cognoui, et deposuit nos sanctissi- 15 mus episcopus Iohannes cum synodo quæ cum eo est. qui — non dicam contra hanc synodum præualere quodcumque non potuit — crede quia nec soli mihi sine synodo M V 775 poterat præualere«. qui ergo ista dixit, quomodo depositionem suam nescire potuerit, me interrogari superfluum est.

5 Sancta synodus dixit: Quæsumus ut discamus a magnificentia uestra si obædierunt 20 consiliis uel denuntiationibus uestris et minime collegerunt.

6 Magnificentissimus comes Candidianus dixit: Ego in ipso sabbato ad uesperam rogauit et sequenti die ualde diluculo uadens ad reuerentissimum episcopum Cyrillum, id est dominico die, non cessauit rogare atque precari ut meæ postulationi concederet; illi uero non acquiescentes exierunt collectamque fecerunt. contra quos contendere 25 ultra non ualui.

7 Sancta synodus dixit: Manifesta sunt quæ audacter et illicite ab eis consue- unt facta, quæ in tempore competenti ad pios et amicos Christi perferemus auditus.

96 [13] Dominis [et reuerendis] honorandis presbyteris et diaconis et reliquis clericis c<t> 30
Lp 40 amico Christi populo in Ierapoli Eufra- tesiæ sancta synodus Orientalium et eorum qui ex diuersis regionibus atque prouinciis per gratiam dei in Ephesum conuenerunt, in domino gaudere. Quoniam consequens uidetur existere quod hi qui sursum <uersum> que uniuersa fecerunt ad peremptionem rectæ fidei et confusione ac perturbationibus atque iniquitatibus res ecclesiasticas compleuerunt, salutem propriam desperantes, dirigant ad uos, ut etiam uestram reuerentiam perturbent, illicitas et iniquas litteras 35 suas, idcirco agnoscite quod aliqui eorum propter hæreticam Cyrilli sententiam, quam confirmare præsumpserunt subscriptionibus suis, et propter alias peruersitates suas depositi sint, reliqui uero uniuersi excommunicationis nodo suppositi, et nullam uim sacerdotii retinent ad ligandum siue soluendum uel aliquid aliud ad sacerdotes quod pertinet, operandum. non igitur perturbet reuerentiam uestram, si quæ ab eis litteræ 40 diriguntur; infirma etenim sunt et araneis debiliora quæ a depositis atque excommunicatis fiunt. oportet uero religiositatem uestram, scientem quoniam de nulla re tantopere cogitamus quantum de pia fide, quam prædicti temptauerunt suis uocum nouitatibus

6 cirillo M	12 publicatum M	propositam M	17 sine <i>Lupus</i> siane M
29 et reuerendis <i>deleui</i>	29/30 eamico M	30 eufra- tensie M	31 eque M
32/33 uersumque <i>scripsi</i> que M	35/36 illicitis et iniquis litteris suis M, <i>correx</i>		32 G. AUDETE M
<i>Lupus</i> legendum M			39 ligandum

amouere, non solum pro nobis oretis, sed et fortiter uoto animi propugnetis, ut communicatores efficiamini pro pietate sudantium et laborum retributiones huius mundi reportetis ab omnium deo. pro rectis autem dogmatibus æstuemus, pro quibus diuinus apostolorum chorus proprium sanguinem fudit, pro quibus martyres temporum ^{Lp 41} singulorum omni modo in suis corporibus excepere tormenta et uarias mortis species ⁵ sustulerunt, quæ sanctorum patrum qui Nicæam sunt collecti, concilium scripta confessione confirmans usque ad nos et eos qui post nos erunt homines destinauit.

¹ (Iohannes) episcopus Antiochiæ incolumes uos in domino persistere oro, reuerentissimi
atque fidelissimi

² Iohannes episcopus Damasci metropolitanus similiter
Tranquillinus episcopus Antiochiæ Pisidiæ metropolitanus

M V 776

Alexander episcopus Apamiæ metropolitanus

⁵ Fritilas episcopus Heracleæ metropolitanus

Dexianus episcopus Seleuciæ metropolitanus

Cyrus episcopus Tyri metropolitanus

Himerius episcopus Nicomediæ metropolitanus

Helladius episcopus Tarsi metropolitanus

¹⁰ Antiochus episcopus Bostrorum metropolitanus

Alexander episcopus Ierapolitanus

Iulianus episcopus Sardiciæ metropolitanus

Maximianus episcopus Anazarbi metropolitanus

Petrus episcopus Traianupolis metropolitanus

¹⁵ Eutherius episcopus Tyanorum metropolitanus

Basilus episcopus Larissæ Thessaliæ metropolitanus

Rabbulas episcopus Edessæ metropolitanus

Asterius episcopus Amidæ metropolitanus

Bosforius episcopus Gangrorum metropolitanus

²⁰ Paulus episcopus Emesæ

Dorotheus episcopus Marcianupolis metropolitanus

Macarius episcopus Laodiciæ

Gerontius episcopus Claudiupolitanus

Musæus episcopus Aradi

²⁵ Polychronius episcopus Epiphaniæ

Hesychius episcopus Castabolorum

Placcus episcopus Laodiciæ

Theofanius episcopus Philadelphiæ

Theodoretus episcopus Cyri

³⁰ Valentinus episcopus Malli

Lp 42

Iacobus episcopus Dorostoli

Tarianus episcopus Augustæ

Olympius episcopus Carpasia

Aurelius episcopus Irinupolis

³⁶ Heliadis episcopus Zeugmatis

¹ amouere M ² pro pietate *Lupus* proprietate M

¹ Iohannes *suppl. Baluse*

⁴ Apameæ *Baluse* amasie M

⁵ Frigilas M [*corruptela Græca*]

¹⁴ traianapoli M

¹⁷ rabbulus M

edese M

¹⁹ bofforus M

²⁰ amese M

²⁴ aradie M

²⁶ cartabolorum M

³¹ dorustuli M

- Meletius episcopus Neocæsariæ
 Marcellus episcopus Arcæ
 Anastasius episcopus Tenedi
 Marcianus episcopus Abryti
 40 Theosebius episcopus Cii
 Eustathius episcopus Myrinæ
 Daniel episcopus Faustinopoleos
 Helladius episcopus Tolemaidis
 Ausonius episcopus Himeriæ
 45 Diogenis episcopus Ionopolis
 Cyrillus episcopus Adanorum
 Cyrus episcopus Marcupolis
 Iulianus episcopus Larissæ
 Euagrius episcopus Balentiae
 50 Zosis episcopus Hesbuntis
 Petronius episcopus Neuæ
 Salustius episcopus Coryci
 Maximus episcopus Dimitriadis

Aliæ epistolæ eiusdem synodi Orientalis ad imperatorem Theodosium

- 97 1 Præfulgens pietas uestra ad benefaciendum orbi terrarum et ecclesiis dei iussit nos in Ephesena ciuitate colligi, ut lucro pacique prospiceremus ecclesiæ, non ut confusione atque inordinabilitate omnia compleremus; et ipsa uero imperii uestri decreta
 5 piam pacificamque intentionem uestram pro dei ecclesiis clare ac manifeste demonstrant. ad exterminationem uero ecclesiarum natus atque nutritus, sicut apparet, Cyrillus Alexandrinorum, cooperatorem sumens Ephesium Memnonem et eius audaciam, prius quidem contra tranquillum piumque decretum uestræ extitit pietatis inicus, per omnia rebellem semet ipsum principalis auctoritatis ostendens. nam dum uestrum decre-
 10 uisset imperium de fide integerrimam discussionem perscrutationemque cum concordia fieri ac pace cunctorum, Cyrillus de Apollinarii dogmatibus inpetitus, magis autem qui iam conuiccerat semet ipsum per capitula quæ olim cum propria subscriptione trans-
 misit in regiam ciuitatem, in quibus inpii et hæretici Apollinarii sectam conuictus est sapere, de nullo horum cogitans, sicut in temporibus absque regno, ad omnem prorupit
 15 iniquitatem, dumque oporteret cum reddere rationem cur corrupta opinione utatur circa dominum nostrum Iesum Christum, rapiens sibimet ipsi auctoritatem quæ illi neque a canonibus data est nec ex uestris concessa decretis, prosilit ad omnem con-
 2 fusionis et iniquitatis speciem. quapropter mota sancta synodus, quæ non suscepit huius adiuuentiones ad fidei læsionem, hunc quidem propter omnia prædicta deposuit; Memnonem uero sicut qui huius cooperator atque propugnator in omnibus extitit et
 20 multas nimis perturbationes erexit contra sanctissimos episcopos qui consentire illi

97—101 *om.* *Lupus*, ediderunt monachi Benedictini in *Bibl. Casin. t. I floril. p. 38—44*

97 *Graece extat in V 158 A 171 [L III 712—716 = M IIII 1385—1389]. altera uersio habetur in Collectione Winteriana 2 [W]. initium adfert Liberatus 6 p. 25 Garn.*

36 melezius *M*

39 abridi *M*

41 eustasius *M*

51 neuue *M*

52 cortici *M*

13 regiam *ΓW* propriam *M*

19 deposuit *scripsi* composuit *M*

hæreticæ uesaniæ minime pertulerunt, et qui ecclesias omnem<que> locum clausit orationis, sicut in illis temporibus quando gentiles et contra deum pugnantes dominabantur; quique multitudinem rusticorum ciuitati super<in>duxit Ephesiæ, ut pro omnibus nobis per singulos dies pericula ingerat, non ad ultionem respicientibus, sed ad rectitudinem dogmatum pietatis (hos namque abscidere nihil est aliud nisi fidem ortho- 5
3 doxam confirmare), simili pœnæ subiecit. adiacet autem uestro imperio ex ipsis capitulis eius inpium prædicti sensum dignoscere. blasphemum namque Apollinarium qui permanens in sua defunctus est hærese, quasi ab inferis erigens et ad pugnam <mittens> contra <ecclesias at>que orthodoxam fidem clare conuincitur et anathematizans in expositionibus suis euangelistas pariter et apostolos et qui post illos fuerunt progenitores 10 ecclesiæ, qui a spiritu sancto et non ex propriis sensibus inchoantes piam fidem prædicauerunt et annuntiauerunt euangelium, contra quæ iste et sapit et docet et uult tamquam præceptoris aliqua potestate sublimior impietatem suam totum firmare per mundum. quod nos minime tolerantes [et] conpetenti usi <sumus> constantia nutuque diuino et uestræ pietatis intentione præsumentes. nouimus enim quia nihil sanæ fidei præ- 15 ponatis, in qua nutriti tam uos quam ter beati uestri parentes insuccessibilia regni sceptrâ sumpsistis, dissoluentes semper eos qui apostolicis dogmatibus aduersantur. quorum unus est prædictus Cyrillus, qui uelut arcem arripiens et inuadens Ephesum per cooperatorem proprium Memnonem, iuste <cum eo> depositionem simul excepit. nam super illa quæ diximus, omnem superuentum et omnem seditionem meditati sunt 20 contra nos, qui huc usque conuenimus, et ciuitates proprias postponentes et patrias et nos ipsos pro uestri confirmatione decreti, et sumus nunc quasi uiles homicidio tyrannidis perituri, nisi mortem nostram pietas uestra præuenierit decernens ut alibi conueniamus et ubicumque, in loco pietati uestræ uicino, ubi possimus ex scripturis diuinis codicibus- <que> qui sunt conscripti a patribus, manifeste conuincere tam Cyrillum quam qui ab 25
4 ipso decepti sunt. quos, <quam> potuimus, parcendo eis, excommunicationi subieci- mus, spem salutis eis, si <se> correxerint, relinquentes, qui tamquam in expeditione milites barbarorum, sic ei hactenus confusionum materias præstiterunt, quorum quidam prius olim de episcopatu deiecti, nunc ab eo rursus reassumpti sunt, nonnulli uero a propriis metropolitanis communionem priuati et ab eo in communionem recepti sunt, 30 alii uero diuersis confixi criminibus absque uindicta honorem consecuti sunt apud eum. et hæc faciebat temptans hæreticum intellectum suum obtentu multitudinis confirmare nec reputat quia in causis piæ religionis non numerus quæritur, sed dogmatum rectitudo et apostolicarum ueritas doctrinarum et uiri tales qui ex apostolicis demonstrationibus ac testimoniis nouerunt approbare quæ dicunt, non ex audacia et auctoritate tyrannica. 35 unde rogamus ac nimium supplicamus ut pia religio, quæ inpugnatur, celeriter a uestro uindicetur imperio et uelocissima correctione horum furori ac tyrannidi resistatis, quæ tamquam turbo quædam sic trahit ad hæreticam uesaniam gurdiores. iustum namque est ut pietas uestra, quæ in Perside atque inter barbaros constitutis prospexit ecclesiis, non despiciat sub Romano principatu confusas ac fluctuantes ecclesias. 40

Et subscripserunt idem cum proprio patriarcha.

1 que *addidi ex Græcis* clausit *Benedictini* claudit *M* 3 superinduxit *scripsi* superduxit *Al*
4 p *M* respicientibus *scripsi ex Græcis* respiciens *M* 8 mittens *addidi* ἐπιστράτευον *Γ* 9 contra
ecclesias atque *scripsi ex Græcis* contraque *M* 14 conpetenti usi sumus *scripsi ex Græcis* et conpeten-
tius in *M* 18 uelut *scripsi* uel *M* 19 cum eo *addidi* 23 conueniamus *scripsi ex Græcis* preueni-
amus *M* 25 que *suppleui* 26 quam *suppleui* ut *Benedictini* 27 se *suppleui* expeditione
scripsi expedito *M* 29 detecti *M* deassumpti *M* 30 et ab eo *scripsi* ab eo et *M*
35 nouerunt *Benedictini* nouerat *M* audacia et *Benedictini* audacie *M* 38 turbido *Al*
41/48,1 cum proprio — quod *scripsi* ypomnisticum — quod cum proprio patriarcha *M*

Ypomnisticum synodi Orientalis quod cum præfata epistola Irinæo comiti tradidit
imperatori Theodosio pariter deferendum

98 Solutionem futuram sperabamus tempestatis Ægyptiæ, quæ dei ecclesiis accessit,
ep. 34 uestræ pietatis suscipientes epistolam; sed spes nostra mentita est. idem autem
uiri duriores ex desperatione sunt facti et neque depositioni quæ iuste ac legitime eis 5
illata est, attendere uoluerunt nec increpatione imperii uestri meliores effecti sunt,
sed et uestræ pietatis leges et sanctorum patrum canones calcauerunt. nam dum
quidam eorum depositi fuerint, quidam uero communione priuati, in domibus tamen
orationum festiuitates exercent celebrantque collectas et nos quidem, sicut et olim
ep. 91 Christi amatricem uestram docuimus summitatem, orare tantummodo in sancti apostoli 10
ep. 34 ecclesia cupientes, postquam omni pietate plenas litteras uestræ serenitatis excepimus,
non tantum prohibuerunt, sed et lapidauerunt et longius persecuti sunt atque diutius,
ita ut et cursu salutem tutari propriam cogeremur; ipsi uero putant sibi uniuersa licere
quæ uolunt, intrare autem concilium discussionemque facere quæstionum et pro hæreticis
Cyrilli capitulis reddere rationem acquiescere noluerunt, apertas impietatis eorum 15
probationes euidentissime recusantes, magnopere uero de propria pertinacia tantum
confidentes. et certe non ad pertinaciam, sed ad quietem et scientiam et dog-
matum cognitionem præsentium pertinet conquisitio quæstionum. huius rei gratia
sumus impulsus adhortari magnificentissimum comitem Irinæum, uestræ ut occurreret
pietati et quæ ad causam pertinent, edoceret. nam et quæ facta sunt, integerrime 20
nouit et didicit multos curationis modos a nobis, per quos possibile est dei eccle-
siis præstare quietem. quos quæsumus ut patienter ab eo addiscat uestra tran-
quillitas et quod uestræ pietati uidetur, iubeat celerius fieri, ne hic forsitan inutiliter
conteramur.

XCVIII Epistula eiusdem synodi quæ cum Iohanne Antiocheno conuenit in Ephesum, ad Augustas 25
siue reginas

Alia uestræ sperantes innotescere pietati, coacti sumus contraria indicare, tyrannica
seditione Alexandrini Cyrilli et Memnonis Epheseni hoc fieri compellente. nam
dum conueniens esset tam propter ecclesiasticarum consequentiam sanctionum quam
etiam propter pia Christoamabilem imperatorum decreta nostrorum et sustinere deo- 30
amicissimorum episcoporum qui ueniebant præsentiam et de pia fide communiter per-
tractare, uidere quoque pariter propositas questiones et sincerissime perquirentes aposto-
licum dogma firmare, scripserunt nobis quod nostram præsentiam sustinerent, et cum
cognouissent quia usque ad mansionem iam tertiam ueneramus, inter semet ipsos tyranni-
cum concilium colligentes, illicita et iniqua et omni incongruitate plena negotia præ- 35
sumpserunt, et hæc dum certe magnificentissimus et gloriosissimus comes Candidianus,
qui pro disciplina ab imperatoribus nostris piissimis et Christo amicissimis est destinatus,
et sine scripto eis et in scripto intimasset, ut conuocatos ad synodum deoamicissimos
episcopos sustinerent et nihil nouellum de piæ fidei causa decernerent, sed in his quæ

98 *Græce extat in V 159 S 140 A 172 [L III 716 = M IIII 1389]*

XCVIII *Græce extat in V 160 S 141 A 173 [L III 608. 609 = M IIII 1277. 1280]*

4/5 autem] *malim* enim 5 depositionem *M* 11 ecclesiam *M* 13 saltem *M* 18 cognitionem
scripsi nationem *M* 20 pertinet *M* 25 XCVIII *M* 28 cōpellentes *M* 29 consequen-
tiarum *M* 32 ppositus *M*

diuinitus sapientes imperatores nostri sanxerant, permanerent. illi uero et imperiales ep. 23
litteras audientes et ammonitiones Candidiani magnificentissimi comitis, ordinis boni-
tatem pro nihilo despexerunt. oua aspidum dirumpentes, telas aranearum les. 59, 5
texuerunt, sicut propheta locutus est; sed quicumque oua eorum comesurus
confregerit, inueniet regulum, et in eo est basiliscus. unde confi- 5
denter clamamus: textus eorum non proficiet indumento neque de manuum les. 59, 6
eorum uestientur operibus. huius rei gratia, multas eorum cernentes insanias
(ecclesias enim et sancta martyria ocludentes nec sanctæ pentecostes festiuitatem d. 7. m. Iun.
celebrari permiserunt et insuper quosdam tyrannicæ seditionis suæ ministros in domos 431
episcoporum dirigentes intolerabiliterque minantes his quæ ab eis inique præsumpta 10
sunt, subscribere compulerunt), propter quæ prædictos quidem Cyrillum et Memnonem
deposuimus et ab episcopatu fecimus alienos; eos uero qui cooperati sunt seditioni eorum
et siue blandimentis siue terrore subtracti sunt, communione priuauimus, donec ad
sensum reuersi uulnerum propriorum, et pæniteant competenter et hæretica Cyrilli
capitula, quæ Apollinarii et Arrii et Eunomii impietati conueniunt, anathemate condem- 15
nantes, sanctorum patrum fidem qui in Nicæa sunt collecti, recipiant et secundum pias
amatorum Christi nostrorum principum sanctiones cum quiete omni et extra omnem
turbam [inquirentes] intrantes nobiscum concilium sincere illa quæ in quæstionem
ueniunt, discutere acquiescant et euangelicæ fidei puritatem sine dolo custodiant.

Epistula eorundem ad præfectum et magistrum uno tenore

20

Ad extrema malorum, sicut dici assolet, uenimus et contra mala intolerabilia 100
decertamus et pæne per singulos dies mortem nostram cernimus ante oculos nostros.
omnem namque insaniam [et] barbaricam superant quæ a Cyrillo et Memnone et his
qui cum eis sunt, aduersum nos præsumuntur, et nullam iam speciem tyrannidis omi-
serunt. superuentus enim continui uelut in prælio præsumuntur; domus nostræ 25
iam secunda descriptione signatæ sunt, ut manifestæ essent atque conspicuæ nostram
superuenturis ad necem; omnis orationis domus clausa nobis est; languore corrumpimur
et paululum desiderantes aeris frui, desuper non audemus aspicere; sicut inimicissimos
barbaros, sic metuemus proximos nostros. patrum conculcatæ sunt regulæ, depositi
<et> excommunicati exercere officium sacerdotale præsumunt, impias doctrinas suas 30
per dei populum diffundentes; nos uero coartamur obsessi et aduentum expugnantium
desuper speculamur. igitur quæsumus atque deprecamur magnificentiam uestram
ne nos despiciatis tantorum malorum in medio coartatos, sed celerius nos a suspitione
mortis eripite et agite ut ueniamus ad regiam ciuitatem et rationem pro fide reddamus
et conuincamus prædictorum uirorum hæreticam uesaniam nimiamque iniquitatem. 35
nam si hoc factum minime fuerit, absque dubio perimemur et pro leui ab illorum uesania
consumemur. rursus igitur quæsumus et coniuramur per filios, <per eos> qui sunt
dilectissimi uobis, per iustum iudicium dei, ne nos magnificentia uestra despiciat, sed
ut hinc celerrime liberemur liberumque aerem uideamus.

100 Græce extat in V 161 S 142 A 174 [LIII 709 = M IIII 1384. 1385]

4 comesurus M 7 uestietur M 11 quæ Schw quos M quod Benedictini 13 priua-
bimus M 18 inquirentes deleui 19 acquiescant scripsi acquiescere M puritate M
23 et deleui 25 prælio Benedictini pretio M 26 signata M 30 et addidi 36 perimemur
scripsi puniemur M 37 per eos supplui ex Græcis 39 celerrime Benedictini celeberrime M

Acta conciliorum oecumenicorum. I, 4.

Epistula eorundem ad præpositum et Scholasticum eunuchum similiter

- 101** Nihil a perniciē deterius in peccatis. ipsa tenet super uniūsa incongrua principatum; sub hac Ægyptii et qui cum eis pariter, militantes et ecclesiasticas despiciunt sanctiones et pia deoamicissimorum imperatorum nostrorum decreta conculcant.
- ep. 22. 23. 34 neque <enim> primæ neque secundæ neque tertiæ litteræ eos sobrie sapere docuerunt 5 neque legitima quæ a nobis eis est illata depositio eorum temeritatem extinxit; sed congregantur quidem per domus orationis inique, celebrant uero collectas illicite, dum certe ad eas populus non accedat, omni uero diuinæ domui custodias inponentes nullum
- ep. 91 nisi semet ipsos intrare permittunt. et hæc olim per litteras nostras edocuimus magnificentiam uestram, qualiter periclitati fuerimus in apostoli orare cupientes ecclesia, 10 postquam <per> ammirabilem Palladium magistriānum piissimorum et amicorum Christi imperatorum nostrorum suscepimus litteras. nam non solum prohibiti sumus orare, sed et lapidati sumus diutius et longius effugati. quia igitur estis et sub pia religione nutriti et cunctis animi uirtutibus præfulgetis, ita ut decor uester circumferatur per ora cunctorum, et pro sancta ecclesia omni uirtute pugnatis ac modis omnibus prouidetis 15 ut semper integra prosperitate seruetur, quæsumus magnitudinem uestram ut piissimo
- ep. 91 atque amico Christi imperatori nostro nostras litteras relegatis et omne adhibeatis studium, ut et præsens confusio extingatur, sine confusione uero et absque ulla turbela fiat commune concilium et ea quæ in dubium uenerunt, contententium quæque pars asserat.

20

Lp 43 Eiusdem synodi alia epistula ad imperatorem Theodosium, quam scripserunt post
M V 777 Irinæi discessum, cognoscentes quæ contra eos diuersa pars egerat, direxerunt uero
iam prædicto comiti, ut cum aliis principi offerret et hanc

- CII [14] 1 Luctibus uere lamentationibusque ac lacrimis dignæ sunt res quæ ab his qui dicuntur episcopi, præsumuntur uelut in scæna siue theatro, et magna atque ineffabilia 25 ecclesiæ mysteria illuduntur. depositi namque a nobis propter iniquitates suas Cyrillus et Memnon et propter impiam Apollinari sectam quam repperimus in capitulis
- 39 directis ab eo, libellos, sicut modo cognouimus, reliquis obtulerunt, cum quibus illicita illa fecerunt et <qui> hæretica subscribere capitula et propterea excommunicationis a nobis increpationi subiecti sunt, quasi a nobis iniustitiam pertulissent, et [con]crimi- 30 nosis usi iudicibus quippe qui eisdem criminibus succumbebant, nos ad iudicium uocauerunt, qui sinceritatem rectæ fidei custodire elegimus. deinde dum nos consequenter respondiſsemus quia oportet sustineri quæcumque pietas uestra formauerit, et hæc secundo tertioque dicentibus, infantiles ludos deputantes terminos pietatis, illis, sicut arbitrantur, sacerdotium reddiderunt, similia facientes ac si quis uinctus ac semet ipsum 35 uinculis exuere non ualens uincula expedire temptet alterius. si enim non erat competenter a nobis Memnonis et Cyrilli facta deiectio, nec libellos dari oportuit neque, ut putant, absolui depositos; si autem uere, sicut et uere, competenter est facta deiectio,

101 Græce extat in V 162 S 143 A 175 [L III 712 = M IIII 1385]

CII Græce extat in V 163 S 144 A 176 [L III 697. 700 = M IIII 1372. 1373]

24—51, 30 omisit Lupus, ediderunt monachi Benedictini in Bibl. Casin. I Florileg. p. 44 sq.

1 Scholasticum eunuchum Schw cf. L III 717 = M IIII 1392 scolasticum eunuchi M
2 a perniciē scripsi ad perniciem M ipsa Benedictini ipse M 5 enim addidi 10 ecclesiam M
11 per add. Benedictini 17 omnem M 22 uero Lupus uiro M 29 qui addidi
30/31 criminosis scripsi concriminosis M 32 elegimus scripsi delegimus M 34 deputantes
Benedictini deputabimus M

similiter igitur et excommunicatio probabilis est et firma; ab eisdem namque et propter eadem et hæc <et> illa decreta est. his uero ita se habentibus, quomodo erat possibile ut excommunicati et omni ministerio sacerdotali suspensi atque prohibiti depositis sacerdotium redderent, et certe dum maioribus confixerint criminibus semet ipsos? excommunicati enim communionem sibi met ipsis assumere præsumpserunt et insuper 5 depositis communicauerunt illicite et ante ipsam solutionem, quæ irrisione dignissima 2 est. quæsumus igitur imperium uestrum ne despiciatis quod conculcantur ecclesiasticae sanctiones, sed fidem, quæ expugnatur, quam celeriter uindicetis; multa enim minantur nobis quæ tolerari non queunt. iubete igitur nos <ex hoc> eripi loco et ad imperialem [nobis] occurrere ciuitatem, ut coram pietate uestra iniquitatem impietatem- 10 que arguamus ipsorum. arbitramur enim non esse possibile ut absente imperio uestro ordinabiliter atque legitime quæ adiacent, ordinentur. quodsi hoc uestræ tranquillitati non placet, ad Nicomediam quæsumus deuocari, ut facile et quæ aguntur, 3 uestro nuntiemus imperio et pia possimus decreta suscipere. supplicamus etiam quatenus deo amica summitas uestra præcipiat cum unoquoque metropolitano episcopo 15 duo tantummodo deoamicissimos episcopos conuocari; turba enim non solum superflua est ad dogmatum quæstionem, sed et confusiones tantum facere nouit. propter quod et prædicti cum multitudine aduenerunt, eo quod de hac sola præsumant, non de ueritate neque de rectitudine dogmatum, et hoc studium habent ut per multitudinem compleant propriam uoluntatem et subscriptionum pluralitate subripiant. nos uero 20 et uestræ sanctioni paruimus et arbitantes quod pauci dogmatum quæstioni sufficerent, terni de singulis aduenimus eparchiis et hactenus pietatis uestræ statuta seruantes illic deoamicissimos episcopos minime destinauimus, sicut isti fecerunt omnia facile præsumentes, sed per litteras quæ oportebat, indicauimus, intendentes minime obuiare 4 pietatis uestræ decretis. super hæc illud quoque suppliciter postulamus ut uniuersos 25 pietas uestra præcipiat fidei Nicaenæ subscribere, quam præposuimus præsentibus litteris nostris, et nihil ei subintroducere peregrinum, neque hominem purum dominum Iesum Christum dicere permittere (deus enim est <perfectus> et homo perfectus) neque passibilem introducere Christi diuinitatem; temerarium namque utrumque existit [ita] æqualiter. 30

His igitur præponentes Nicænam fidem subscripserunt uniuersi episcopi qui cum Iohanne conuenerunt.

Epistula Nestorii ad Scholasticum eunuchum imperatoris Theodosii

1 Ammiror amatricem dei animam tuam, et certe dum firma sit et circa fallacias non expansa, quomodo fabulas approbauerit inmundorum, dicentes de nobis quod abiura- 35 uerimus uocem qua dei genetrix nominatur. quam nos, sicut nosti, sæpius diximus, diximus uero ita**, ne aut purum hominem quis suspicaretur dominum Iesum Christum aut deum humanitate nudum. si enim dæmonum filii pro uera satisfactione satage- rent, dixissent utique illa quæ a nobis in Constantinopolim dicta sunt, sicut et tua ammirabilis nouit, ** nunc autem maxime quidem neque collocutio nobis ad inuicem fuit; 10

CHH [15]
Loofs, Nestoriana 191
— 194

1 probabilis *Benedictini* probalis *M* 2 et *addidi* 7 conculcantur *Benedictini* conculcant *M*
8 post expugnatur *interciderunt* quæ respondebat *Græcis* καὶ ἡμῖν ἐπιβουλευομένοις 9 ex hoc *addidi*
eripi *Benedictini* eripere *M* 10 nobis *deleui* 21 ῥόνis *M* 22 statuta *Benedictini* statu *M*
24 mine *M* 28 perfectus *addidi* 29 ita *deleui* 31 niceam *M*
33 Scholasticum *scripsi*, cf. p. 50, 1 scolasticum *M* 37 lacunam statui e. g. supplendo <ut et
dei nominaremus genetricem et hominis> 38 deum *Lupus* dñm *M* 40 lacunam statui e. g.
supplendo <a nobis etiam hic esse dicta>

quomodo enim hoc potuit euenire, qui neque nos uidimus inuicem? si enim uerba
 quæ inter me atque alios episcopos habita sunt, quæ priuatim uelut in exercitationis
 Lp 44 experimentum sunt facta, hæc nostras et Cyrilli colloctiones uocant, mentiuntur quidem;
 scito tamen quia hoc a nobis sæpius ad ipsos est dictum et bene se habere et ab ipsis
 et a nobis est creditum, dei partricem et hominis sanctam uirginem nominare, dei par- 5
 M 778 tricem non ita quasi ex ipsa deus uerbum sumpserit existendi principium (quomodo
 enim hoc esset, dum uirginis ipse creator sit?), sed ne purum quis hominem fuisse illum
 qui est genitus, suspicetur; hominis uero partricem, ne dispensationem <et> nostras
 primitias cum Manichæis pariter abiuremus. hæc et ab ipso me uelut in præexer-
 citatione sunt episcopis dicta et mutue ad inuicem sæpius, et bene se habere frequenter 10
 utraque pars dixit, ita ut huic plaudentes quoque recederent; Cyrillus tamen colloqui
 nobis et ante omnino fugiit et hactenus fugit, capitulorum quæ scripsit, conuictionem,
 2 eo quod absque contradictione sint hæretica, per hoc euadere putans. quomodo
 igitur ammirabilitas tua contra nos accusationem recepit huiusmodi, dum certe retineat
 quia sic utrasque uoces et in Constantinopolim propter dispensationis mysterium uni- 15
 tionemque ineffabilem dixerimus? non igitur, quæso, sic facile factis contra nos
 accusationibus credatis. nos enim uocem qua dei genetrix nominatur, si cum uoce
 ponatur illa quæ est hominis genetrix, integerrimum pietatis credimus characterem.
 quando enim dicimus **»Christus« et »Iesus« et »filius« et »unigenitus« et »dominus«,
 ambo hæc appellatio ista significat, et hanc non approbantibus uocem [significat] tam- 20
 quam duarum naturarum, id est diuinitatis et humanitatis significatiuam, dei genetricis
 et hominis genetricis protulimus nomen, ut latere neminem posset quia nec Manichæi
 errorem nec Pauli possimus incurrere, undique præmuniti. qui enim dicit id quod
 nobis consubstantiali est, inseparabili diuinitate plenum de uirgine genitum, integerrime
 totum dominicæ dispensationis mysterium prædicat; negatio uero horum cuiuslibet 25
 unius totius dispensationis ablatio est, quam quicumque abiurant, contra eorum caput
 3 et conuersum est <opprobrium eorum> et cito amplius conuertetur. quod uero est
 omnino deterius et maxime nocet et multam domini Christi indignationem prouocat
 Lp 45 dignumque est mille fulguribus atque fulminibus, mortalem dicere <præsumunt> uni-
 geniti deitatem et mortuum deum uerbum et in sepulcro indiguisse solatio et resur- 30
 rectionem meruisse cum carne; quæ uniuersa ab ecclesiastica orthodoxia aliena sunt et
 quæ numquam recipientur a nobis. absit enim a nobis ut diuinitatem, quæ nostrarum
 primitiarum uiuificatrix extitit, hanc aliquando putemus uita fuisse priuatam aut
 indiguisse alterius uiuificantis maioris [est]. cuius enim nec caro uidit corruptionem,
 quomodo quis, huius diuinitatem dicens cum carne fuisse corruptam, non erat dignus 35
 particeps esse cum dæmone? incorruptibilis enim diuinitas et omnis mutationis
 Malach. 3, 6 [dignus] insusceptibilis secundum uocem quam dixit <per> prophetam deus: ego sum,
 4 ego sum, et non mutabor. licet autem deoamabili animæ tuæ et ea quæ scrip-
 M 779 serunt patres, sumere uniuersa et ab illis addiscere quia nos orthodoxe prædicamus,
 et quia sordidis illis ea sit spes quod per subreptiones uerbum superent ueritatis. fin- 40

3 cirillo M	5 partricem M	5/6 partricem M	8 patricem M	et addidi
9 manuchæis M	ipso me scripsi ipsorum M	12 attenuis M	16 si M	19 lacunam statuit
supplendo <Christotocon, quia duarum naturarum significatiua nomina sunt> Loofs, malim <Christi genetricem, sicut quando dicimus>				
20 significat deleui	27 opprobrium eorum ex Esr. 2, 14, 5 suppl. Loofs			
28 nocet scripsi nunc M	prouocant M	29 fulgoribus M	præsumunt addidi	29/30 uni-
geniti Lupus unigenitum M	30 mortuus M	deum scripsi dñi M	scripserim sepulcrum —	
31 ab Lupus ad M	33 putemus Loofs putem M	uitam M	34 est del. Lupus	
37 dignus del. Lupus	insuptibilis M	per add. Lupus	38 deo amabili M	40 sordi-
dis Lupus sordis M				

gentes enim æquiuoca orthodoxis patribus nomina, simpliciores seducere temptant. ut puta est Basilius quidam de Ancyra, uir qui unus ex hæreticis fuit; est Cæsareæ Cappadociæ, unus eorum qui pericula pro fide sustinuerunt plurima. est et hæreticus Meliton, est et alius Meliton orthodoxus. est Vitalis, qui orthodoxorum fuit episcopus; est et alius Vitalis, qui ab impio est Apollinario consecratus. sunt et aliorum multorum similia nomina, et ut non per singulos horum **sumentes similitudinem nominum simplicibus proferunt et ad perditionem trahunt per æquiocationem, non intellegentes quia sit etiam Basilius Ancyrae. etiam multis uero huiusmodi facile corripitur ars eorum quod ad decipiendum æquiocationibus abutantur. sed hæc quæso ut ipse deuotes, sicut qui uas <sis> integerrimæ ac sincerissimæ rectitudinis fidei, et temet ipsum laboribus exercere dignare ad excidendam quæ multis innititur fraudibus hæresem. testis enim est deus quia si hæc apud ecclesias optinuerint quæ nunc ab immundissimis istis nescio <quo>modo <prædicantur>, nihil aliud restat nisi ut illa colant ecclesiæ quæ 5 Arrius et Eunomius et Apollinarius tradiderunt. a me uero dominus omnium nihil exacturus est amplius nisi ut cos qui possunt hæc prohibere, commemorem; quod a 15 Lp 46 principio et nunc usque faciens non quicui et uos dei seruos semper commemorans ne despiciatis pereuntem nobilitatem religionis, ita ut si ea quæ ad orthodoxiam pertinent, uestro studio confirmationem debitam potuerint obtinere, a me, teste deo, episcopalis honor facillime respuatur. et ne forsitan de hoc <mendacia> me fingere arbitreris, si fuerit confirmata religio et orthodoxia ecclesiis restituta, exige a me ut hinc iam uobis 20 per litteras ualedicam et ad pristinam conuersationem monasterii uolenter redeam; ab huiusmodi enim quiete nihil est diuinius neque beatius apud me. uellem uero et relationes quas contra nos et Orientales religiosissimos episcopos direxerunt, uenire ad discussionem coram piissimo et amatore Christi imperatore, aut illic me quoque præsentem aut coram directis huc aliquibus, ut uel ex ipsis commoueremini ad exterminationem illorum qui falsiloquiis suis omnia turbauerunt. ex toto enim cunctorum 25 quæ rettulerunt, omnino nihil est uerum.

Post hæc directus est comes largitionum Iohannes cum sacris de depositione Nestorii Lp 47 et beatorum Cyrilli et Memnonis, quæ in priore codicis parte posuimus. cuius ep. 40 comitis ista relatio est 30

1 Sciens quod ad pietatem pertinet diuinis parere decretis, omnia circa intentionem CIII [16] incontaminabilis apicis secundum quod potui, egi; quæ uero sint subsecuta, ex istis agnoscere poteritis. multo labore et celeritate usus Ephesenorum** ciuitatem et adhuc celerius potui peruenire, nisi diuersæ impedimento causæ fuissent, quas, annuente deo, cum uenerim, præsentia litera enarrabo magnificentia uestra. continuo ergo 35 M 780 tam hos qui hinc, quam eos qui inde conuenerant, sanctissimos episcopos cum reuerentia salutauim; partes namque hos conuenit nominari propter discordiam, quæ contigit inter eos. perturbatis autem cunctis et Cyrillo ac Memnone includentibus semet ipsos,

CIII Græce extat in A 45 [Abhdlg. d. Bayr. Ak. d. Wiss. XXX 8, 9—11]. altera uersio habetur in Collectione Winteriana 9

2 ancisa M	3 sustinuerunt Loofs sustinuit M	4 est Vitalis Lupus et uitalis M	5 apo-
linario M	7 lacunam statui e. g. supplendo <pertranseamus, hæreticas expositiones>		8 etiam
multis scripsi et a multis M	corripitur [= ἐλέγχεται] scripsi corrumpitur M		10 sis addidi
13 quomodo Lupus modo M	prædicantur addidi	illi M	19 respuatur Lupus res putatui M
mendacia addidi	21 uolenter scripsi uolenter M	24 imperatorum M	me Lupus ne M
33 lacunam statui, τῇ πρὸ τοσῶνδε κατέλαβον Γ		34 diuersæ Γ diuerso M	

illis qui conuenerant, per me ipsum præcepi, per alios uero his qui erant absentes, mandauit
ut alio die absque ulla dilatione ad meam mansionem cuncti occurrerent. ne uero
fieret pugnae conflictus, intermiscui eis militum turbas circa loca utrique parti contigua;
oportebat siquidem me de hoc ipso esse suspectum propter rabiem, quæ inter eos nescio
2 unde prouenit. adueniente autem Nestorio mox ut effulsit aurora, et post non multum 5
Iohanne religiosissimo episcopo cum sanctissimis episcopis qui pariter sunt, etiam Cyrillus
aduenit cum cunctis deo amicissimis episcopis præter Memnonem solum. mox itaque
multa perturbatio atque confusio nata est, dicentibus his qui conuenerant cum Cyrillo,
se nullo modo posse uel ipsum aspectum Nestorii sustinere, qui ab eis fuerat condem-
Lp 48 natus; conuenientibus tamen eis, diuinæ <sanctionis> facere uolui lectionem. dicen- 10
tibus uero his qui Cyrillo consentiunt, neque absque ipso diuinorum terribiliumque
decretorum fieri lectionem neque præsentem Nestorio, sed neque conuenientibus secum
Orientalibus sanctissimis episcopis, et multa propter hoc facta seditione, magis uero
pugna et bello, hæc ipsa dicere coeperunt et qui <cum> deoamicissimo Iohanne pariter
existunt sanctissimi episcopi, confirmantes et ipsi Cyrillum non oportere esse præsentem, 15
dum lectio diuinorum fieret decretorum, quippe qui et ipse cum Memnone damnatus
3 esset ab eis. multa uero contentione facta de hoc et maxima diei parte consumpta,
expedire peruidi, ut absque Cyrillo atque Nestorio reliquis decreta imperialia uulgarentur;
quia nec scripta [in] præfatis fuerant a dominis mundi. reclamantibus uero et ad
hoc deoamicissimis episcopis qui una cum Cyrillo conuenerant, et nolentibus neque 20
cum his qui cum deoamicissimo Iohanne aduenerant, patienter audire eo quod dicerent
irregulariter eos fecisse damnationem Cyrilli et Memnonis, uix præualui persuasione ac
uiolentia, si oportet uerius dicere, usus, separatis Nestorio et Cyrillo, uniuersam synodum
præparare ut audire decreta imperialia paterentur. coactis igitur omnibus, lectionem
celebraui uenerabilium syllabarum per quas damnati sunt Nestorius et Cyrillus et Mem- 25
non. patienter uero suscipientibus lectionem atque fauentibus his qui cum Iohanne
reuerentissimo conuenerant, illi qui cum Flauiano reuerentissimo fuerant congregati,
quia non canonice Cyrilli et Memnonis fuerat damnatio facta, grauiter susceperunt
huius lectionis auditum. sic ergo est lectio celebrata, <die> ad uesperum declinante.
4 ne uero maior adhuc perturbatio fieret, Nestorium quidem suscepit ad custodiendum 30
magnificentissimus comes deuotissimorum domesticorum Candidianus, qui in omnibus
quæ a me uel deliberata uel acta sunt, adfuit; Cyrillum uero custodiendum tradidi
M 781 clarissimo comiti et præposito Iacobo scholæ quartæ. quoniam uero Memnon, ut
prædictum est, aberat, euocans œconomum atque defensorem nec non diaconum primum
Lp 49 sanctissimæ Ephesensæ ciuitatis [uel] ecclesiæ, manifestaui hæc ipsa [idem] quia idem 35
Memnon cum prædictis fuerit condemnatus; ammonui eos et hoc, ut ecclesiasticas
5 pecunias suo sub omni cautela periculo custodirent. his ita dispositis, quia oportebat
me orationibus quoque uacare, ad ecclesiam descendendi sanctissimam; cognoscens uero
in episcopio Memnonem degere, direxi ex his qui mihi ministrabant, deuotissimorum
palatinorum primicerium ad prædictum, <ut> saltem pariter loqueremur et discerem 40
si ad me se uenturum modis omnibus abnegaret. ille uero absque mora uenit ad
me, dumque a me culparetur cur mane non uenerit, dixit se ægritudine fuisse retentum

10 sanctionis <i>addidi</i> τῶντων Γ	14 cum <i>add. Lupus</i>	14/15 pariter existunt <i>scripsi</i> persistunt M
16 quia M	17 contemptione M	19 in <i>deleui</i>
27 conuenerunt M	27/28 congregati quia <i>Lupus</i>	20 conuenerunt M
die in fine sententiæ <i>add. Lupus contra clausularum leges</i>		24 coactis M
35 uel <i>deleui</i>	idem <i>deleui</i>	29 electio M
<i>add. Lupus</i>	37 suo Γ suas M	34 aberat erat M
		39 degere <i>Lupus</i> de genere M
		40 ut

atque ideo non uenisse, ita <autem> ut nec sustineret secundo ammoneri meumque sibi præberi consilium, sed ad meam domum, sermones meos præueniens, adueniret, acquiescens diuinis imperialibusque præceptis. traditus est igitur et ipse eidem clarissimo comiti Iacobo et custoditur tam a deuotissimis scutariis quam ab honestissimis palatinis.

6 hæc sunt quæ a me primo gesta sunt die; quoniam uero me oportebat deoamicissimis 5 episcopis etiam pro pace adhibere sermones, ob hoc ne contra orthodoxam religionem hæreses innascentur et schismata, et ad hos sermones deposui memet ipsum et omni uirtute quæabilia sunt, studeo [domino] agere, domino adiuuante et pietate atque recta intentione domini mundi, quamuis uideam inexorabiles ei inplacabiles ad inuicem deoamicissimos episcopos nescioque unde ad tantam usque tristitiam asperitatemque 10 peruenerint. quicquid uero amplius agi potuerit, aut per me aut per litteras propitiantie deo cum multa celeritate manifestabo magnitudinē uestrā.

Epistula Iohannis Antiocheni episcopi et synodi quæ cum eo conuenit, ad imperatorem Lp 50
Theodosium, quam direxerunt per eundem Iohannem comitem, in qua etiam
catholicæ fidei illa confessio continetur quam postea Cyrillus Alexandrinus epi- 15 ep. 72
scopus per pacificam laudauit epistolam, scribens eidem Iohanni Antiocheno præsulī
per legatum pacis Paulum Emisenum episcopum

1 Consequenter quis eos qui nunc sunt, ualde beatificet homines ultra illos qui ante 105 [17]
nostram fuere progeniem, eo quod a uestro gubernentur imperio. decem milibus
siquidem curis pro mundo uestra pietas utens, omnibus ceteris prouidentiam pro pia 20
religione præposuit; præhonorat etiam laudandissimum regnum uestrum ea quæ dei M 782
sunt, ultra uniuersa terrena, quoniam fides in eum obtinens cogitationes uestras et actus
ad uniuersa bona pietati uestræ cooperatur. hæc ita se habere semper quidem
cognoscimus ex ipsis effectibus, maxime uero in præsentī hoc factum est tempore mani-
festum [est]. nam dum sacerdotes in prouisis perturbationibus comprehensi sunt et 25
contra inuicem bellico more confligunt commotaque sit nostra concordia, Ægyptio ep 40
mundum consueue turbante, decretum uestræ pietatis, quod per magnificentissimum
et gloriosissimum comitem cunctarum largitionum Iohannem promulgatum est, sat est
2 ad uanas æstuationes omnium reprimendas, si tamen uelimus sobrie agere. illud
uero maius est uniuersis, quod in ipsis litteris uestrum præcepit imperium, auferri quidem 30
scandala quæ ab aliquibus rectæ superintroducta sunt fidei, regula uero atque mensura
illa fide uti quæ dudum a patribus in Nicæa exposita est, quæ, neque minus habens aliquid Lp 51
neque superfluum, compendiosam salutem præstat, paucis uerbis continens totum
quicquid nobis de pietate tradiderunt scripturæ diuinæ, quæ et abiurauit eos qui nobis
uolunt inducere nouitates ac sensum errantium. huius rei gratia, litteris pietatis 35
uestræ susceptis, intuentes quod imperii uestri intentio rectæ patrum fidei conueniret,

105 Græce extat in A48 [Abhandlg d bayer. Akad XXX 8 p 11-13] altera uersio habetur in Collectione Winteriana 10

1 uenisse <i>Lupus</i> uidisse <i>M</i>	autem <i>addidi</i>	6 e. iam <i>M</i>	8 studeo] σπουδῶν <i>Γ</i>
domino <i>deleuit</i> <i>Lupus</i>	9 inexorabiles <i>scripsi</i> execrabiles <i>M</i>	13 antiocene <i>M</i>	14 iohs
comite <i>M</i>	16 antiocene <i>M</i>	17 emisenus <i>M</i>	18 homines ultra <i>bis scripsit</i> <i>M</i>
<i>Lupus</i> propria <i>M</i>	21 præposuit <i>Lupus</i> proposuit <i>M</i>	22 obtinens <i>scripsi</i> obtinas <i>M</i>	25 est
<i>del. Lupus</i>	26 bellico more <i>scripsi</i> belli cōmonere <i>M</i>	27 decretum <i>Lupus</i> decreuit <i>M</i>	
28 iohi <i>M</i>	promulgatum <i>Lupus</i> permulgatum <i>M</i>	30 maius <i>scripsi</i> μέζον <i>Γ</i> magis <i>M</i>	
32 dudum <i>scripsi</i> ex Græcis de dei <i>M</i>	niceain <i>M</i>	34 abiurauit] <i>legi</i> ΕΞΟΡΚΙΣΑ <i>πρὸ</i> ΕΞΟΙΚΙΣΑ	
35 sensuum <i>M</i>			

festinauimus illa quæ nuper exposita sunt a Cyrillo capitula euangelicæ <et> apostolicæ doctrinæ contraria condemnare, in quibus omnes tam qui nunc sunt, quam qui olim
 3 quolibet tempore fuerint sancti, anathematizare præsumpsit. quæ ille in præsentī tempore, quasi episcopalis perturbationis quæsitam diu occasionem repperiens et cooperativa sumens ignorantiam plurimorum, quorundam uero et morbum, qui occultatus
 olim, nunc manifestus effectus est, et fraudulenta pertinacia utens, synodica confirmare auctoritate temptauit. hæc autem, sicut uestrum cognouit imperium, et deo amicissimus atque sanctissimus pater noster et episcopus Acacius sanctam synodum per litteras edocuit quod Apollinarii impietati conueniunt; nouit uero hæc clare uir qui centum decem uitæ annos expleuit, omnem uero uitam in euangelicis certaminibus
 10 desudando transegit et synodis multis interfuit et eos qui Apollinarii dogmata [non] sentiunt, semper secundum locum proximos habuit, unde etiam facillime comprehendere
 4 ualuit quod illius uesaniæ sint præfata capitula. hæc ut proicerent, et eos qui olim seducti sunt episcopos et [in] eis subscribere sunt passi, rogauimus cum Iohanne gloriosissimo comite et ut a recta fide ea faterentur aliena ac nobiscum subscriberent rectam
 15 patrum fidem qui <in> Nicæa conuenerunt, et eos persuadere nequiuimus, quia iam
 M 783 semel eos contigit male præueniri, et compulsi sumus inter nosmet ipsos illius sinceritatem fidei confiteri atque ipsi subscribere et excutere scripta confessione illam superfluum maloque sensu plenam expositionem capitulorum. illorum namque paucorum uerborum rectæ fidei confessio sufficit et omnem hæreticum errorem conuincere et
 20 ueritate uolentes imbuere. neque enim de his quæ ad unigeniti diuinitatem pertinent,
 Lp 52 prædicta sanctorum fides patrum huc atque illuc ferri permisit, sed consubstantialitatem prædicans, inconcusse intellectus fidelium præmuniit, Arrianam destruens hæresim, et <de> dispensatione integerrimos terminos tradidit, inconuertibilitatem nos et immutabilitatem diuinitatis unigeniti docens et non esse hominem purum dominum nostrum
 25 Iesum Christum, sed reuera filium dei credi præcipiens, consona diuinis sanctisque
 5 scripturis annuntians. unde et nos illa sequentes, fidei quidem confessionisque expositioni neque adicimus quicquam neque subtrahimus, sufficiente ad omnia expositione paterna; quoniam uero, imperatores piissimi, præcepistis post hunc assensum inuiolabilis fidei et de sancta et dei genetrice uirgine innotescere nos uestre insuperabili
 30 pietati (hoc enim nobis nuntiavit Iohannes magnificentissimus et gloriosissimus comes), et hoc, a deo auxilium postulantes (ultra hominem namque est de talibus disceptare), innotescimus pietati uestre, quæ sumus ex diuinis scripturis edocti, non quasi contra inconprehensibilia quodlibet audentes, sed confessione propriæ infirmitatis his qui contra nos temptant assurgere, præclaudentes in quibus illa quæ sunt ultra hominem,
 35
 cl. ep. 71. 6 <disceptamus>. confitemur igitur dominum nostrum Iesum Christum, filium dei unigenitum, deum perfectum et hominem perfectum ex anima rationali et corpore, ante sæcula quidem ex patre natum secundum deitatem, in fine uero dierum eundem propter nos et propter nostram salutem de Maria uirgine secundum humanitatem, consubstantiali patri eundem secundum diuinitatem et consubstantiali nobis secundum

1 et add. Lupus 11 apollinarii M non del. Lupus 12 et iam M 14 in deleui 16 in addidi
 17 illius scripsi cf. ΓW ipsius M 18 conf. M scripta] ἀρρηκτως Γ legitima W cf. infra 110 et
 Sighardi Antidotum contra omnes hæreses [Basileæ 1528] p. 167 sq. illa M 21 ueritate scripsi
 ueritatem Lupus uoluntatem M 23 heresi M 24 de dispensatione scripsi dispensationem M
 26 consona scripsi ex Græcis consonans M 28 addicimus M 33/34 non quasi — sed om. ΓW.
 addita sunt ex fidei expositione quam postea Iohannes Antiochenus proposuit et Cyrillus accepit cf. ep. 71. 7
 34 audentes M 36 disceptamus addidi ex Græcis 38 finem M 38/39 eundem — salutem
 om. ΓW cf. 33/34

humanitatem. duarum uero naturarum unitio facta est, propter quod unum Christum, unum dominum, unum filium confitemur. secundum hunc inconfusæ unionis intellectum confitemur sanctam uirginem dei genetricem, propter quod deus uerbum incarnatus est et inhumanatus et ex ipsa conceptione sibimet uniit templum quod ex 7 ipsa suscepit. hæc a deiloquis uiris edocti, euangelistis, apostolis atque prophetis 5 et his qui per singula tempora piæ fidei fuere doctores, nos quoque exposuimus in breui capitulo, uestrum postulantes ac deprecantes imperium piam religionem, quæ periclitatur Lp 53 corrumpi ab eo qui illatus est morbo ex Ægyptiacis capitulis, consuecte protegere ac decernere ut omnes qui præsumt sanctis ecclesiis sacerdotes damnent ea quæ ad inficiendas ecclesias introducta sunt contra orthodoxam fidem a præfato Cyrillo capitula, 10 soli autem confessioni subscribant quæ a sanctis patribus in Nicæa congregatis est facta. nec enim possibile est aliter pacem in dei ecclesiis optinere, nisi illa impia expositio M 784 fuerit abdicata.

1 Honorandissimis et deoamicissimis presbyteris et diaconis et reliquis clericis 106 [18] ac monachis et amicæ Christi plebi quæ est in Antiochia Orientis, sancta synodus Orien- 15 Lp 54 talium et aliarum regionum prouinciarumque quæ per dei gratiam in Epheso congregata est. Nobiscum deus cum propheta clamamus. pro diuinis enim dogmatibus Ies. 8, 10 concertamur et hereditatem paternæ fidei intactam seruari studemus et apostolicam doctrinam, sicut suscepimus illibatam, sic seruare posteris festinamus. propter quod et audacter longum iter assumpsimus et itineris labores sustulimus et multitudinem, 20 quæ ad hæreticam uesaniam declinauit, fiducialiter despeximus et impietatis auctorem Cyrillum Alexandrinum ab episcopatu fecimus alienum et Ephesium, qui ei ad uniuersa cooperatus est, Memnonem eodem decreto damnauimus et subiectos eorum, qui etiam confirmare impietatem ipsorum subscriptionibus præsumpserunt, excommunicatos effecimus et nota hæc piissimis et deoamicissimis imperatoribus fecimus. et susci- 25 ep. 40 pientes quæ a nobis gesta sunt, rescripserunt significantes se condemnationem prædictarum suscipere partium, et præcepere ut omnes expositæ in Nicæa fidei a sanctis ac beatis patribus subscribamur et exorta scandala abscidantur et a rectitudine fidei abdicentur, directus uero est et Iohannes magnificentissimus et gloriosissimus comes uniuersarum largitionum, ut hæc perduceret ad effectum; qui in custodia munitissima 30 Cyrillum tenet ac Memnonem, semotim quemque detrudens et multitudinem militum præfatis domibus circumstans. sed nec his factis quiescunt illi qui sursum uersum Lp 55 cuncta perturbant et confusione ac seditione mundum compleuerunt; sed perpetrantes consuetæ perturbant et contra semet ipsos regulam commouentes. nam dum sint excommunicati, sibimet ipsis audacter sacerdotii ministerium resumpserunt et com- 35 municauerunt damnatis; quod fieri non licet eo quod clare id canones interdican, id can. Antioch. est ut qui damnantur uel excommunicantur, absolutionem sibimet ipsis minime tribuant, 4 sed sustineant synodale iudicium; quodsi semet ipsos absoluerint, nullam pro se causationem tales obicere ulterius ammittantur, sed et quisquis eis communicauerit, sit ab ecclesiastico ministerio alienus. hac confixi regula et nullam, sicut placet canonibus, 10 spem restitutionis habentes, <cuncta> confundunt atque perturbant et ubique constitutas

1 uero] enim WT 1/2 unum Christum unum filium unum dominum WT 2 dominum *Lupus*
deum M 4 inhumanatus *Baluze* inhumanitate M 7 peregritatur M 10 orthodoxiam M
prelato M 23 dampnabimus M 27 omnis M niceam M 29 gloriosissimus M
30 perducerent M 33 confusionem M 37 absolutione M 39 amittantur M 40 hec M
nulla M 41 restitutionis *Lupus* retributionis M cuncta *addidi* omnia *add. Hardouin*
et *Lupus* ex M

3 ecclesias seditionibus complent. hæc igitur sciens religiositas uestra pro nobis quidem
seculo sit animo et laudet in canticis omnium deum pro eius circa nos habitis <curis>
prouidentiaque, pro illis uero oret, ut tandem aliquando ab infestissima sibi ægritudine
liberentur, et inuitet doctores ecclesiæ continue quidem <in> collecta facere contra hoc
M 785 inpium dogma sermonem et per sanctorum patrum uestigia dei populum ducere, ut
uniuersi cognoscant qualis sit contra quam pugnamus, impietas. si uero fuerit qui-
cumque transmissus ab his qui huius hæresis languore detinentur, ad nostram maximam
ciuitatem et quæ mater est pietatis, hunc tenere caute religiositas uestra dignetur atque
iudicibus tradere, ut discant hi qui seditione agere temptant, quantum bonum sit dis-
ciplina, et quantorum malorum ferculum pertinax tyrannicaque uoluntas. 10

4 Iohannes episcopus Antiochiæ. incolumes in domino conseruemini, domini honoran-
dissimi atque religiosissimi

Iohannes episcopus Damasci similiter

Dexianus episcopus Seleuciæ similiter

Antiochus episcopus Bostræ metropolitanus similiter 15

Alexander episcopus Hiera<polis> metropolitanus similiter

Asterius episcopus Amidæ metropolitanus similiter

Helladius episcopus Tolomaidis similiter

Lp 56 Musæus episcopus Aradi et Antaradi similiter

Apringius episcopus Chalcidis similiter 20

Meletius episcopus Cæsariæ Augustæ similiter

Macarius episcopus Laodiciæ similiter

Theodoretus episcopus Cyri similiter

Diogenis episcopus Seleucobeli similiter

Eo quod nimium portitoris instaret occasio, non potuerunt uniuersi qui nobiscum 25
sunt episcopi subscribere.

Idem religiosissimus Iohannes archiepiscopus interlocutus est supra scripta.

CVII [19] Domino meo per omnia sanctissimo patri episcopo Acacio Iohannes Iohannes
Lp 57 Alexander Alexander Dexianus Paulus Macarius Apringius Theodoretus Musæus Meletius
Diogenis. Et olim quidem tuam perdocuimus sanctitatem quanto studio egerimus 30
ut ab ecclesiasticis dogmatibus radicitus amputemus Apollinariï uesaniam rediuuam
per Cyrilli Alexandrini doctrinas, et quia deponentes ipsum uel Memnonem, qui ei ad
omnem nequitiam cooperator accessit, innotuimus piissimis et amicis Christi impera-
ep. 40 toribus nostris et rescripsit eorum pietas se approbasse significans depositionem quæ a
M 786 nobis est facta, et præcepit ut omnes nos expositæ a sanctis patribus in Nicæa fidei 35
subscribamus, abiurantes ea quæ surrexerunt scandala, sicut et tuæ sanctitatis litteræ
continent. nunc uero et hoc tuæ innotescimus sanctitati quia et dum iam litteræ
istæ sint traditæ, ipsi tamen, quos iam semel erroris præoccupatio tenuit pugnantes
pro hæretica ipsa dementia, id est qui prædictis capitulis subscribere præsumpserunt,
[et] nec uolunt illa ab orthodoxa fide proicere, sicut amicorum Christi imperatorum 40

2/3 curis prouidentiaque scripsi prouidearique M 3 ogritudine M 4 quidem in scripsi in
Lupus qui M 6 uniuersa M 14 seuleucie M 16 hierametrap M 19 Aradi et
Antaradi Baluze aradie tentaridi M 21 aug. M 24 seucobeli M 25 potuerint M
27 interlocutus est] legit translator διελάλησε pro διελάλησα
35 niceam M 36 adiurantes M 38 pugnantes Lupus pugnante M 40 et deleui

nostrorum decreta iusserunt, sed nec acquiescunt, ad disceptationem prouocati a nobis, nostris obiectionibus respondere (prædictorum namque hæreticorum capitulorum paratas conuictiones habemus tam ex scripturis diuinitus inspiratis quam ex sanctorum patrum conscriptis, quæ cum multis conposuere laboribus), omnia uero confundunt ac perturbant et inplent seditionibus ciuitates atque prouincias, iniquas et illicitas contra nos dirigentes epistulas; quæ nullius quidem uirtutis sunt (quod enim possunt robur habere qui ab omni officio sacerdotii sunt remoti?), possunt tamen simplices Lp 58 perturbare. cognoscat uero religiositas uestra quia excommunicati olim a nobis eo quod cooperati sunt hæretici Cyrilli uesaniæ et his quæ illicitæ atque iniquæ sunt facta, et officium gerere præsumpserunt et communicare damnatis; scit autem religiositas 10 uestra quæ de talibus sint regulæ constitutæ et quia eis nullum locum ueniæ tribuunt. et ista committunt, uidentes quod Cyrillus et Memnon iniuriosissime trusi seruentur a multitudine militum; semotim namque unumquemque trudentes nocte dieque custodiunt. exorcitur itaque sanctitas tua ymnire quidem pro nobis omnium deum nutumque eius inexpugnabilem pro nostris partibus obtinere, orare uero etiam pro illis, 15 ut tandem aliquando exuti a noxiis sensibus suis, ad paternam redeant fidem. aliter enim pacem reddi ecclesiis possibile non est, nisi impia expositio illa fuerit abdicata.

Omnem fraternitatem quæ tecum est, plurimum salutamus. incolumis et orans pro nobis permanes, domine sanctissime ac sacratissime pater.

Similiter omnes præfati episcopi subscripserunt.

20

Epistula Theodoretii episcopi Cyrrii ad Andream episcopum Samosatenum Lp 59 M 787

Ab Epheso scribens tuam sanctitatem saluto et infirmitatem beatifico, quam CVIII [20] dei tibi dilectio præstitit, ut auditu potius quam experimento disceres quæ hic mala commissa sunt, mala superantia omnem uerbi ueritatem omnemque uincientia conscriptorum narrationem et lacrimis digna perennibus et continuis luctibus. periclitatur enim ecclesiasticum corpus scindi, quin potius olim sectiones recepit, nisi sapiens 25 medicus diuisa et putria membra reungat pace ac salute corroboret. insanit contra deum rursus Ægyptus et repugnat contra Moysen et Aaron seruos ipsius et pars maxima Israhelis consentit inimicis; pauci uero ualde sunt salui ac sustinent pro pietate certamina. conculcata est reuerentia pietatis, damnati ministrant et damnatores sedent 30 gementes in domo; qui cum damnatis communione priuati sunt, ipsos condemnatos se putant a condemnatione soluissse. talem synodum ludo fecerunt Ægyptiaci, Palæstini et cum Ponticis Asiani cumque istis et Occidens; hunc enim languorem maxima iam pars mundi recepit. qui mimorum risus sic depompauerunt impietatis tempore pietatem? quis umquam comœdiæ scriptor talem fabulam finxit? quis denique tragœdiæ 35 digne poeta huiusmodi lamenta conscribat? tanta ac talia mala intra dei ecclesiam concreuerunt, immo uero eorum quæ commissa sunt, breuiter narraui particulam; alia enim nec dici sine periculo possunt. oret igitur sanctitas tua et Christum dominum deprecetur exurgere et hanc maris reprimere tempestatem ac desideratam imperare Mt 8, 26

CVIII altera uersio habetur in Actis concilii quinti [L V 506 = M VIII 293] = Σ

3 coniunctiones M	9 cooperati Lupus operati M	11 ueniæ Lupus uenire M	12 iniuriosissime scripsi iniuriosissimi M
	13 nocto M		
21 samosennorum M	25/26 periclitantur M	26 scindi scripsi dirumpi Σ exindi M	
sectionis M	29 consentis M	pro pietate Lupus proprietatem M	30 conculcata M
Lupus cū in M	36 poetu M	lamenta scripsi fletus Σ momenta M	31 cum
animam meam om. Σ	39 hoc M	imperare scripsi intrare M	38—(60) 3 alia enim —

tranquillitatem, ut, hoc inpetrantes gratuitum donum, clamemus cum sancto Dauid:
 Ps. 93, 19 secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes
 tuæ multæ lætificauerunt animam meam.

Lp 60 Epistula comitis Irinæi quam cunctis a quibus fuerat directus episcopis ante comitis
 largitionum Iohannis rescripsit aduentum

109 [21] 1 Vix mihi nunc copia data est uestræ sanctitati epistolam destinandi et repperiendi
 litterarum qualem uolui portitorem, ut ea quæ de causa præsentis per gratiam Christi
 <euenerunt,> uestro secundum deum notificarentur affectui. uenimus namque ad
 M 788 regiam ciuitatem, dum me Ægyptii triduum præuenissent; quanta uero mox et uel circa
 ipsum ingressum pericula sustinuerim, nec ipso facile est referri sermone, nedum dicam 10
 2 per epistolam designari. præintroeuntes enim optimi et omnibus apte atque æque
 usi (sufficit enim id solum dicere), omnium pæne auditus præuentione obtinuerunt,
 alios quidem quomodocumque falsis locutionibus adducentes, alios uero contra nos
 calumniis sibimet adsuescentes, omnes uero in commune ac semotim consuadentes, ita
 ut et magni iudices et in dignitatibus constituti <ac> diuersis militibus adsentirent quia 15
 et congrua inquisitione et consequente iudicio et omnibus pariter dei amicissimis epi-
 scopis unam proferentibus eandem<que>sententiam contra eum qui ab eis abrupte fuerat
 condemnatus, mirabilis <sit> illa depositio facta. magnificentissimum <uero> et
 amatorem Christi Scholasticum cubicularium suaserunt ut euidentissime diceret quia
 3 in Ephesum dei genetricis uocem nec audire omnino pertulerit. uerumtamen propter 20
 inuincibilem fortitudinem ueritatis et orationes uestras præualui per diuinas miserationes,
 postquam prima, ut dixi, cuasi pericula, magnificentissimis iudicibus colloqui et eis
 Lp 61 totam, prout possibile fuit, ueritatem narrare negotii; qui ea quæ dicimus, agnoscentes,
 et ad ipsos auditus principum perducere sunt coacti quæcumque uel in causam præ-
 sentem uel contra uos ipsos hi qui Ægyptio æssentiunt tyrannice commiserunt. et 25
 post omnia, ut epistolam minime producamus, dum multa inter hæc acta uel dicta sint
 tam ab eis qui quæ nostra sunt, sapiunt quam ab illis qui sentiunt cum Cyrillo, placuit ut
 inter se) me et Ægyptios tam de personis nostris quam de causa certantes audiret piissimus
 imperator, præsentibus quoque iudicibus maximis, dum certe ego sæpe sim protestatus
 nec ob hoc me uenisse neque talia ab episcopis deoamicissimis suscepisse mandata, 30
 sed solis litteris uenerim sicut portitor ministrare. uerum pro istis ego uerbis paulo
 4 minus discerptus sum; quod autem placuit, absque ulla mora completum est. diuino
 igitur nutu etiam tunc fauente nobis et in ipsam ueritatem cor principis dirigente ac
 Prou. 21, 1 per ipsas res demonstrante quia secundum ueritatem cor regis in manu dei est,
 adiudicati quidem sunt aduersarii (oportet namque ad ipsum finem breuiter peruenire), 35
 ita ut nullo modo ualuissent ueracia comprobare uel depositionis gesta uel illa quæ hic
 secundum falsitatem dixerunt. sed insuper modis omnibus demonstratum est quia

109 Græce extat in V 164 S 145 A 177 [L III 717. 720 = M IIII 1392. 1393]

1 impetrantes <i>Lupus</i> inperantes <i>M</i>	6 destinandi <i>Lupus</i> destinaui <i>M</i>	8 euenerunt <i>addidi ex Græcis</i>	uestro — affectui <i>Baluæ</i>
nro — affectu <i>M</i>	11 designare <i>M</i>	apte Γ aperte <i>M</i>	14 adsuescentes <i>scripsi ex Græcis</i>
adscientes <i>M</i> adsciscentes <i>Lupus</i>	15 ac <i>add. Lupus</i>	qui <i>M</i>	16 omnibus <i>Lupus</i> omnes <i>M</i>
17 una <i>M</i> que <i>addidi</i>	18 sit <i>add. Lupus ante facta</i>	uero <i>addidi ex Græcis</i>	19 amotorem <i>M</i>
Scholasticum Γ scolasticum <i>M</i>	21 inuincibilem <i>Lupus</i> inbeccilem <i>M</i>	orationis <i>M</i>	22 iudicis <i>M</i>
27 nostra sunt <i>scripsi</i> nostras <i>M</i>	ante eum <i>del. his in M</i>	28 se <i>addidi</i>	29 s m <i>M</i>
32 discerptus <i>scripsi ex Græcis</i> deceptus <i>M</i>	33 ueritate <i>M</i>	37 secundum falsitatem <i>scripsi ex</i>	
<i>Græcis</i> sua falsitate <i>M</i>			

nec concilium consequenter Ægyptius conuocauit neque ipse potuit iudicare, dum unus eorum fuerat qui iudicari debuerant, nec omnino absque uoluntate siue consilio Candidiani comitis inchoare negotium. nam et omnes denuntiationes eiusdem Candidiani magnificentissimi comitis et scripta ad synodum sacra per ipsum et huiusmodi alia ep. 23 M 789 prorsus, sicut reuera in iudicio, iubente imperatore sunt lecta et nihil est per uestras orationes quod fuerit prætermisum ex omnibus quæ ostendunt illic inique fuisse præsumpta quæ facta sunt, ita ut mox inimicis ueritatis adiudicatio a cunctis consona redderetur et approbaretur ac firmaretur religiositatis uestre iudicium et cum Ægyptio duorum dirigeretur condemnatio in sancta dei ecclesia a piissimo principe, tamquam tyrannice atque illicite uniuersa fecerint fautores Ægyptii et aliis quoque pro his quæ commiserunt, 10
5 <fuerint> digni submitti supplicii. in his igitur finem quæ ad hanc causam pertinent, habuerunt et hic datus est audientie terminus; dum uero uenisset Iohannes medicus Lp 62 Cyrilli et syncellus et uenisset, sicut nostis, ex more, iudicum plurimos alios quodam modo ex aliis uidemus effectos et a nobis, qui apud eos et ab eis iudicati sumus, nec audire saltem quodcumque contenti sunt. quidam namque sunt ipsorum, qui iam 15 nunc dicunt quia oportet quæ ab utraque parte sunt facta, firmari et damnationes non tantum duorum, sic <ut> constitit, sed trium personarum confirmari debere: alii uero quia damnationes quidem solui debent æque cunctorum, certos uero ex deoamicissimis episcopis huc conuenit euocari, ut rationes fidei omni cum ueritate quærantur et illa quæ inique in Ephesum facta sunt. sunt uero nonnulli qui omnia quæ possunt, faciunt 20 et omnimodum studium conferunt ad hoc ut præcipiantur a piissimo principe cum quibusdam certis formulis aduenire et quoquo, inquit, modo peruiderint siue potuerint, de tota causa disponere; quod hi qui diligunt uos, orant ne perueniat ad effectum, integre scientes malum eorum qui sic festinant, esse propositum, et a quibus ad hoc sint animati
6 consilium. sed hæc quidem, sicut deo placet, ita proueniant; pro me autem quæso, 25 qui talia pericula sustuli quique etiam nunc absque periculo non sum propter hostium multitudinem, quæ augetur per singulos dies, intentissime sanctitas uestra orare dignetur. testis enim mihi est deus quia dum uocarer ad imperatoris iudicium, nihil aliud credidi nisi in maris me reuma fuisse iactandum; dominus uero, sicut scriptum est, astitit 2 Tim. 4. 17 mihi et ereptus sum de ore leonis, magis autem de multorum milium catulorum 30 leonum.

1 Sancta synodus Orientalium regionum et hi qui pariter ex diuersis prouinciis ac 110 [22] partibus congregati sunt, id est ex Bithynia Pisidia <Cappadocia> secunda Paflagonia Lp 63 [Cappadocia] Europa <Mysia> Rhodope Thessalia Dacia, interlocuta est quæ subter annexa sunt: 35

Propter has quæ nuper emeruerunt ecclesiasticas quæstiones conuocati ad Ephesum M 790

110 *Græce extat in V 96 S 111 A 61 [L III 701. 704 = M IIII 1376. 1377]. præterea duæ habentur uersiones, in Collectione Winteriana 14 et in Antidoto aduersus diuersas hæreses ab Sichardo Basileensi 1528 edito f. 167^v—170^v*

1 cilium M	2 debuerat M	6 fuerat M	S cum Ægyptio duorum] laet error τῶν
περὶ τὸν Αἰγύπτιον Γ	11 fuerint addidi	12 iohīs M	17 sic ut constitit scripsi ex Græcis
s1 constetit M	18 quia damnationes scripsi ex Græcis	quidam nationes M	certos scripsi ex
Græcis ceteros M	22 aduenire] τὴν Ἐφεσίῳ καταλαβεῖν Γ	23 perueniant M	24 animati
Baluse armati M	25 domino Γ	26 absque Lupus usque M	
33/34 Pisidia — Paflagonia scripsi secundum ΓS et Facundum 7.3 Cappadocia secundæ Paflagoniæ			
Pisidiæ W [= Γ ^a] pisidia secunda paflagonia cappadocia M		34 Mysia [= Mæsia] addidi ex ΓSW Fac.	
Mysiae secundæ S Fac.		Daciæ Thessaliæ S Fac.	
		36 emersent M	

ciuitatem ab eis quibus a deo imperium iusta deliberatione commissum est et quibus sunt totius orbis credita gubernacula quique regunt subditos sapienter ac pie, impigre præfatam comprehendimus ciuitatem. inmodico uero tempore percurrente propter ep. 23. 34. 40 turbas quæ ab Ægyptio Cyrillo sunt factæ, litteræ a piissimis imperatoribus nostris secundo tertioque uenerunt ammonentes ut cum uinculo pacis uniuersæ dei unirentur 5 ecclesiæ et illa quæ in Nicæam exposita est a sanctissimis patribus nostris, essemus fide contenti, abiectis utique his quæ nuper orta sunt scandalis. unde et persuadere temptauimus illos episcopos qui ea quæ sunt Ægyptii, sentiunt et expositis ab eo hæreticis capitulis subscripserunt, ut auferrent illa quæ orthodoxæ fidei aperte contraria sunt, contenti uero essent expositione <quæ> in Nicæam facta est, secundum piissimorum 10 principum sanctionem. persuadere uero illos minime præualentes, eo quod illos semel iam male præoccupari contigerit, compulsi sumus nos, qui sanæ fidei <patrum> permanemus et nihil ei peregrinum subintroducere permittimus, hanc in scripto exponere et subscriptionibus confessionem propriam roborare; sufficit enim expositio horum uerborum, quæ pauca sunt, et integritatem pietatis edocere ac semitam ueritatis ostendere 15 et errorem uesaniæ hæreticæ confutare.

Lp 64 2 Credimus in unum deum, patrem omnipotentem, <omnium> uisibilium et inuisi-
cf. ep. 287 bilium creatorem; et in unum dominum Iesum Christum, filium dei [unigenitum], qui natus est ex patre unigenitus, id est ex substantia patris, deum ex deo, lumen de lumine, deum uerum ex deo uero, natum, non factum, consubstantiali patri, per quem omnia 20 facta sunt quæ in cælo et quæ in terra; qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit et incarnatus est et inhumanatus est, passus est et resurrexit tertia die, ascendit in cælis ac uenturus est iudicare uiuos et mortuos; et in spiritum sanctum. eos autem qui dicunt »erat aliquando quando non erat«, et »priusquam nasceretur, non erat«, et quia ex nullis extantibus factus est aut ex altera subsistentia siue substantia, 25 dicentes esse uertibilem aut mutabilem filium dei, hos anathematizat catholica et apostolica ecclesia.

cf. Eccles. 3 Hæc est fides quam patres exposuerunt, primum quidem contra Arrium blasphemantem ac dicentem creaturam esse filium dei, et contra omnem uero hæresim Sabellii
Occid. monum. iuris antiqui, ed. Turner 1, 110 sq. ac Fotini ac Pauli Samosatani, Manichæi quoque atque Valentini et Marcionis, et contra 30 omnem uero hæresim quæcumque contra catholicam et apostolicam surrexit <ecclesiam>; quos condemnauerunt trecenti decem et octo in Nicæna ciuitate <episcopi> collecti.

M 791 in hac nos fidei expositione uniuersi persistere confitemur, tam nos qui sumus in Epheso congregati, quam reliqui quoque deoamicissimi episcopi qui sunt in regionibus nostris. profiteamur etiam in omnibus quæ a nobis gerenda sunt, permansuros. obœdimus 35

Prou. 22, 28 namque sapienti, qui dixit: noli transferre terminos quos posuerunt patres tui. hæretica uero capitula quæ a Cyrillo sunt nuper exposita, quibus et anathematis-
mos superfluos subiecit ac uanos, quæque etiam uano decreto ac subscriptione episcoporum roborare temptauit, hæc <eic>it atque alienat ab orthodoxa fide sancta synodus quæ in Ephesum congregata est. 40

110a Supra scriptum decretum auctores eius confessionem fidei uocauerunt.

4 ab egyptio cirillo M = WΓα ὑπὸ Κυρίλλου καὶ Μέλωνος Γεodd S 8 expositis ab *scripsi* ex-
positi sub M 10 quæ *addidit* Lupus 12 patrum *addidi* ex ΓWS 14 propria M 17 omnium
addidi ex ΓWS 18 unigenitum *deleui* secundum ΓSW 20 consubstantiale M 26 uertibile M
31 ecclesiam *addidi* 32 episcopi *addidi* 35 nobis *scripsi* secundum ΓSW uobis M 37 Κυρίλλου τοῦ
Ἀλεξανδρείας ΓWS 38 uano om. ΓWS 39 eicit atque *scripsi* secundum ΓWS itaque M
41 supra scriptum Baluze sanctum M

Mandatorium synodi Orientalis <Iohannis> episcopi et reliquorum qui pariter in Ephesum Lp 65 congregati sunt, ad legatarios suos

Sancta synodus quæ in Ephesum per dei gratiam congregata est, deoamicissimis 111 [23] atque sanctissimis Iohanni archiepiscopo Antiochenorum magnæ ciuitatis et Iohanni episcopo Damascenorum metropolis et Himerio episcopo Nicomedensium metropolis 5 et Paulo Emesenorum ciuitatis episcopo, facienti sermonem et pro sanctissimo et sacratissimo <episcopo> Berœæ Acacio, et Macario Laodicensium episcopo ciuitatis, facienti sermonem <et> pro Cyro episcopo metropolis Tyrriorum, et Apringio episcopo ciuitatis Chalcidensium, facienti sermonem <et> pro Alexandro episcopo Apamcnorum metropolis, et Theodoreto episcopo Cyrensiu ciuitatis, facienti sermonem <et> pro Alexandro 10 episcopo Hicrapolitanorum metropolis, <et Helladio episcopo Tolomaidis,> præsentibus præsentibus mandamus quæ subter annexa sunt:

Quoniam propter ecclesiasticam causam, pro qua uniuerſi sumus in Ephesum congregati, nunc religiositas uestra secundum piissimorum principum nostrorum decretum euocata est ad magni nominis Constantinopolim ad concertandum pro ueritate ac fide 15 sanctorum patrum rectisque dogmatibus, non autem præcepti sumus uniuerſi adesse uobiscum, oportet <uero> omnium nostrum uobis manifestam fieri uoluntatem quia permanemus in eis ac firma putamus quæ a uobis geruntur et ad dei timorem pertinent M 792 et ad ecclesiasticam pacem ordinis<que> tranquillitatem, ob hoc præsens uobis mandatorium fecimus, per quod mandamus atque concedimus integerrimamque uobis tradimus 20 Lp 66 potestatem, quam nos quoque ipsi præsentibus haberemus, ut cum deo iuuante ad prædictam perueneritis maximam ciuitatem, siue [sic] oportuerit [ut] coram piissimo principe aut in consistorio uel coram sacro senatu, siue præsentibus synodo de his quæ in quæstionem uenerunt, sermonem moueri contigerit, hunc cum uobis condecete fiducia sapientiaque ac diligentia moueatis pro ecclesiarum utilitate communi et suscipiatis 25 certamen pro omnibus nobis, ita uidelicet ut nos quoque permaneamus perseueremusque et amplectamur ut propria uniuerſa quæ <a uobis> de hac causa geruntur uel fuerint gesta. si uero et usquam necessarium fuerit pacto uel pace ecclesiastica uel re qualibet alia exigente, ut pro nobis omnibus subscribatis, et hoc ipsum uestram quæsumus sanctitatem ut indubitate faciatis pro hoc quod communiter proficit uni- 30 uersis, et pro gloria domini Christi. si uero uobis hic etiam synodicum uisum fuerit destinari, cui suscriptione omnium sit necesse, uniuerſi communiter ac singillatim quisque profitetur huic cum tota deuotione subscribere atque ad pium transmittere comitatum, illa tamen condicione seruata ut omnibus modis hæretica illa capitula quæ a Cyrillo Alexandrino Nicænæ patrum subintromissa sunt fidei cum anathematibus, 35 expellantur sicut quæ aliena sunt a catholica et apostolica ecclesia.

Et subscripserunt huic mandatorio uniuerſi Orientales episcopi.

111 Græce extat in V 96 S 76 A 60 [L III 724—728 = M IIII 1400. 1401]. præterea duæ habentur uersiones, supra in Collectione CT 62 et in Collectione Winteriana 13

37 Alexandri et Dorothei subscripciones, quæ extant in ΓCW, hic omissæ sunt

1 Mandatorum M	Iohannis addidi	6 post sermonem del.	pro ciro epō M	7 epi-
scopo addidi	berie M	lacedonensi M	facientis M	8 et addidi
10 theodoto M	et addidi	11 et — Tolomaidis add. Baluze	12 subter Lupus super M	9 et addidi
17 uero addidi ex ΓCW	uobis MC om. ΓTW	18 ad dei scripsi ex ΓCW adnī M	19 que	
addidi	21 ipsis M	haberemus scripsi ex ΓW habuimus C habemus M	22 sic deleui	
21 deleui	27 a uobis addidi ex ΓCW	28 usque M		

Lp 67 Epistula præfecti prætorio ad Nestorium, ut cum honore ad suum monasterium remearet, unde ad episcopatum fuerat euocatus

CXII [24] Ea quæ per synodi uisa sunt geri iudicium, tempore longo distulimus, licet nos
Loofs, Nesto- multi ualde culparent et existerent inportuni; quoniam uero litteræ nobis tuæ sanctitatis
riana p. 195 redditæ sunt, manifestantes fastidiosum tibi esse quod in Ephesum remoraris, et desi- 5
M 793 derabile esse de reliquo tuæ religiositati ut iter assumas, eos qui per omne iter debent
ministrare, direximus, siue nauigare seu per Asiam uel si per Ponticam uia proficisci
placuerit, ita ut usque ad monasterium ministrent. et angarias uero annonasque
transmisimus, a dei clementia postulantibus ut incolumis sit sanctitas tua et ita degat
sicut desiderat ipsa. consolationis enim te non credimus indigere, respicientes ad 10
animam tuam, quæ sapiens est, et ad multa bona milia, per quæ super alios emines.

Lp 68 Epistula Nestorii rescripta ad eundem præfectum prætorio Antiochum ad epistolam supra scriptam

CXIII [25] Suscepimus tuæ magnitudinis litteras, in quibus cognouimus a piissimo et omni
Loofs, Nesto- laude digno imperatore præceptum ut nos in monasterio degeremus, et decreti donum 15
riana p. 195 sumus amplexi; nihil enim nobis amplius honorabile est quam pro pietate remotio.
196 illud autem mentis uestre magnitudinem quæso ut pro religione frequenter ad memoriam
piissimi principis reducatibus ut uerbositates Cyrilli, quas adiudicauit pietas eius, per
publicas imperiales litteras notet ubique, ut per uniuersas orthodoxorum legantur
ecclesias, ne forte ob hoc <quod> sine litteris pii imperatoris dicuntur ab eo Cyrilli scripta 20
percelli, simplicioribus hinc scandalorum nascatur occasio, tamquam non uere dicantur.
et tuis uere est animis dignum ad defensionem ueritatis adhibere quæcumque possibile
est; sufficit namque hoc solum dicere ad te, qui per omnia quæcumque tibi committuntur,
bonus conprobaris existere.

M 794 Sanctissimæ et deoamabili synodo Ephesensæ Iohannes <Iohannes> Paulus Macarius 25
CXIII [26] Apringius Theodoretus in domino salutem. Venientes in Chalcedoniam (in Constan-
Lp 69 tinopolim siquidem nec nos nec aduersarii nostri sumus introire permissi propter bonorum
monachorum seditiones), ex opinione cognouimus quia ante octo dies aduentus nostri
piissimo imperatori placuerit dominum Nestorium ab Epheso dimittere quocumque ire
uoluerit. et omnino doluit anima nostra, quia si hoc uerum est, ea quæ absque iudicio 30
et illicite facta sunt, interim roborari uidentur. nos autem cognoscat sanctitas uestra
pro fide tota mente certari et hunc laborem eligere usque ad mortem; sustinemus uero

CXII Græce extat in A 55 [Abhandlg. d. Bayer. Akad. XXX 8 p. 13]

CXIII Græce extat in A 56 [l. c. p. 13. 14]

CXIII Græce extat in A 65 [Abhandlg. d. Bayer. Akad. XXX 8 p. 20. 21]. alia uersio Latina habetur in
Collectione Winteriana 18

præmittit M inscriptionem ep. CXVI cum hoc ipso numero, quam illic transposui

25—26 CXIII Sanctissimæ — salutem huc posui, ep. CXVI præponit M

30—31 et — uidentur adferuntur ab Eulherio ep. 205

1 præfecti prætorio scripsi pfectorum M	2 euocatus scripsi uocatus M	3 sinodis M
5 remeraris M	5/6 desiderabile M	7 Asiam Γ asinam M
ad eius clementiam M		9 a dei clementia Γ
12 ptorium M	Antiochum Baluze antioceum M	16 pro pietate Lupus proprietate 11
18 uerbositates Lupus uerbositate M	19 orthodoxorum M	20 quod addidi si add. Loofs
22 dignum Loofs dictum M		
25 scissimo M	epheseno M	Iohannes addidi ex ΓW
		32 sustimus M

præsenti die, id est Gorpiae mensis XI., imperatorem piissimum transmeare in Rufinianas d. 11. m. Sept
atque causæ audientiam facere. oret igitur sanctitas uestra ut nobis cooperetur 431
dominus Christus, quatenus fidem sanctorum patrum confirmare possimus et ea quæ
contra ecclesiam surrexere capitula radicitus amputare. hæc ipsa et sapere et agere
uestram quæsumus sanctitatem et permanere pro fide orthodoxa bono uestro feruori. 5
quando autem præsens epistula scripta est, nondum uenerat Himerius; putamus enim
quod in itinere ægritudinis inæqualitate detentus sit. hoc autem nihil religiositatem
uestram perturbet; speramus enim quia et tristitia extinguentur et ueritas refulgebit,
prone concertante una nobiscum religiositate uestra.

Item alia epistula quorum supra episcoporum ad quos supra episcopos 10 Lp 70

Per orationes uestre sanctitatis fuit nobis cum imperatore nostro colloquium, CXV [27]
et, inpetrato nutu diuino, facto <certa>mine conuicimus interim contraria sentientes, M 795
ita ut omnia quidem nostra ab amico Christi imperatore <acciperentur>, quæ uero ab
illis dicta sunt, insusceptibilia et inconsequentia uiderentur. nam sursum uersum
Cyrilli memoriam facientes et rogantes ut ipse potius uocaretur et pro se ipso satisfaceret, 15
nunc usque obtinere minime potuerunt, sed audierunt quia oportet moueri de pia religione
sermonem et fidem patrum roborari sanctorum. conuicimus uero et Acacium quia nr. 24, 53
inter gesta deitatem confessus est esse passibilem, eisque adeo motus est piissimus im-
perator noster, ut blatteam chlamydem, quam induebatur, excuteret seque retro sub-
duceret pro magnitudine blasphemæ. uidimus uero et omnem senatum <et> qui erant 20
in consistorio, ualde approbare nos ipsos, tamquam reuera pro pia fide laboribus desu-
dantes. placuit igitur piissimo imperatori nostro ut unusquisque exponeret propriam
fidem et pietati eius offerret; nos uero respondimus quia impossibile est ut alteram faciamus
expositionem nisi quæ in Nicæam facta est a beatissimis patribus, et hoc quoque placuit
eius imperio. restat igitur illam in qua sanctitas uestra subscripsit, pietati eius 25 ep. 110
offerre. omnis autem Constantinopolitanæ populus ciuitatis ad nos sine cessatione
pernaugit, rogans ut pro fide fortiter decertemus, et ad eos [fortiter] compescendos,
ne occasionem dare aduersariis uideamur, plurimum laboramus. direximus autem
uestre religiositati expositionis exemplar, ut duas authenticas dignemini ex ipsa transcri-
bere et subscribatis ambabus. 30

Item epistula ab episcopis Orientalibus et consortibus eorum ab Epheso, per quam
respondetur ad litteras supra scriptas

1 Per omnia deoamicissimis et sacratissimis atque sanctissimis comministratoribus CXVI [28]

CXV Græce extat in A 66 [Abhandlg. d. Bayer. Akad. XXX 8 p. 21]. alia uersio Latina habetur in Collectione
Winteriana 19

CXVI Græce extat in A 67 [Abhandlg. d. Bayer. Akad. XXX 8 p. 21. 22]. alia uersio Latina habetur in
Collectione Winteriana 20

31/32 inscriptionem cum numero CXVI præmittit ep. CXIII M, huc transposui

1/2 in Rufinianas atque scripsi ex ΓW atque in rufinianas M 6 himerius M 7 in itinere ΓW
inter M 8 nram M tristi M 9 religiositatem uestram M
12 certamine scripsi mine M contrariam sentientes M 13 acciperentur addidi suscepta
sint Lupus 13/14 ab illis scripsi ablis M 15 fientes M uocaretur Γ uteretur M 18 eis que
Lupus eiusque M 19 blatteam M excutere M 20/21 omnem — consistorio M δλον τό κοινοστό-
πιον ΓW et addidi 21 pro pia scripsi propria M 23 pietatis M 25 illa M 27 fortiter
deleui 28 nec M 29 expositiones M
31 quem M 33 præmittit CXIII Scissimo — salutem M, cf. quæ a CXIII adnotata sunt

- Lp 71 Iohanni Iohanni Himerio Paulo Macario Apringio Theodoreto episcopis synodus quæ conuenit Ephesi, in domino salutem. Cognoscentes certamina quæ a uobis per gratiam
M 796 dei pro fidei pietate sunt habita coram Christi amico atque piissimo imperatore nostro, experimento agnouimus quia dominus Iesus Christus suas non dereliquit ecclesias, ita ut et uobis orthodoxis dignam præstaret gratiam et multam confusionem contra inimicos 5 effunderet et piissimum principem nostrum rectæ fidei sanctissimæ ecclesiæ accedere præpararet, et confidimus quia et competenti sacerdotibus Christi fiducia dimicantibus uobis et saluante deo imperatoris nostri piissimi uitam, pacificum finem præsens negotium sortietur et hæc quidem depompabitur hæresis, refulgebit uero rursus per uniuersas totius mundi ecclesias sanctorum patrum fides orthodoxa. inimici uero non cessant 10 nunc usque consueta uti tyrannide, eo quod nullam senserint ultionem; ubique enim per
2 ecclesias transmittentes damnationes illicitas, perturbant et cleros et populos. subscripsimus autem in duas uniformes epistulas quæ a uestra sanctitate directæ sunt, pro quibus ut uos usque <ad> sanguinem quæsumus opponatis contra eam quæ nuper exurrexit impietatem pro ueritate bellantes, scientes quod in sanctitatis uestræ con- 15 cordia permanentes, parati sumus prius animam reddere quam quodlibet hæreticorum
Lp 72 3 capitulorum Cyrilli Alexandrini suscipere. ea uero quæ contra personam quæ iniustitiam pertulit, facta sunt, cognoscentes, totius obstuporis sumus taciturnitate perculsi; qui enim deposuerunt eum, in ipsis gestis hæreticis capitula hæretica, sicut nostis, patrum fidei coniunxerunt, et per hoc semet ipsos hæreticos denotantes et a fide alienos 20 orthodoxa. quomodo igitur, quæso, possibile est ut ad unum, dum sint contraria, hæc utraque conueniant, id est ut depositio approbetur et capitula improbentur? si enim circa damnationem fide sunt digni, et in his quæ exposuerunt, id est hæreticis capitulis fide non habentur indigni; si uero hæreticos eos conuincunt esse capitula, ab
ep. 117 4 hæreticis etiam depositio facta est. hæc adlocuti sumus etiam principem nostrum 25 piissimum et ad uestram direximus sanctitatem, ut quod uobis uisum fuerit, peragatis. æstuamus enim, quod teste dicimus ueritate, ne si confirmetur quæ ab hæreticis est facta delectio, et capitula hæretica quæcumque obtineant firmitatem et alia quæ ab eis contra multos facta sunt sacerdotes; quæ omnia dum sanctitas uestra cognouerit, illa eam confidimus esse acturam per quæ et uniuersa quæ contra omnes ab hæreticis 30 sunt facta, cassentur, id est siue damnatio siue excommunicatio, per synodicas litteras imperialiaque decreta. non ignorat enim religiositas uestra quod habeamus nobiscum
M 797 nonnullos episcopos qui ex propriis mansionibus soli remanserunt. direximus autem sanctitati uestræ et eam quæ nuper facta est interpretationem capitulorum hæreticorum
L III 811 sq. ab Alexandrino Cyrillo, impietatem suam etiam per ipsam subtilius ostendente. sicut 35
= M V 1 sq. autem uestram rogauimus sanctitatem, dignemini habere curam quatenus celerius dimittamur, maxime quia tempus imminet hiemis.

I Tranquillinus episcopus Antiochiæ, quæ est Pissidiæ metropolis, incolumes uos orare pro me deprecor apud deum, domini mei fratres.

Et reliqui similiter subscripserunt

40

II Helladius episcopus Tarsi

1 Helladio *post* Theodoreto *addunt* ΓW 5 gratiam *Lupus* ecclesiam M 6 effunderet M
accedere W addicere M 7 competenti ΓW cum petentibus M 8 piissimam M 9 sortietur *Lupus*
sortiretur M 10 uero *scripsi secundum* Γ quidem M 11 nulla M 12/13 subscripsimus *Lupus*
scripsimus M 14 usque *Lupus* utque M ad *addidi* 15 exurrexerit M sanctitates M
15/16 concordiam M 22 approbatur M 24 fidem M habetur M 27 teste *scripsi* testes M
33 mansionibus] ἐπαρχίας ΓW 34 ea M 35 Cyrillo *om.* ΓW 38—p. 67, 40 *subscriptions om.* ΓW
38 anticæ M 40 scripserunt M

III Alexander episcopus Apamiæ	Lp 73
IIII Iulianus episcopus Sardicæ	
V Bosforius episcopus Gangrorum	
VI Petrus episcopus Traianopolis	
VII Cyrus episcopus Tyri	5
VIII Rabbulus episcopus Edessenus	
IIIIII Alexander episcopus Icrapolitanus	
X Maximinus episcopus Anazarbi	
XI Dorotheus episcopus Marcianupolis	
XII Asterius episcopus Amidæ	10
XIII Pausianus episcopus Ypatæ	
XIIII Dcxianus episcopus Seleuciæ	
XV Basilius episcopus Larissæ Thessaliæ	
XVI Eutherus episcopus Tyanorum	
XVII Gerontius episcopus Claudiopolis	15
XVIII Mosæus episcopus Aradi	
XVIIII Placcus episcopus Laodicæ	
XX Marcianus episcopus Abryti	
XXI Cyrillus episcopus Adanæ	
XXII Fritilas episcopus Heracliæ	20
XXIII Cyriacus episcopus Dioclitianopolis	
XXIIII Antiochus episcopus Bostorum	
XXV Daniel episcopus Faustinupolis	
XXVI Marcellinus episcopus Arcis	
XXVII Salustius episcopus Coryci	25
XXVIII Iacobus episcopus Dorostoli	
XXVIIII Theophanius episcopus Philadelfiæ	
XXX Meletius episcopus Neocæsariæ	
XXXI Diogenis episcopus Ionopolis	
XXXII Polychronius episcopus Epifaniæ	30
XXXIII Esychius episcopus Castabalorum	
XXXIIII Traianus episcopus Augustæ	
XXXV Cyrus episcopus Marcupolis	
XXXVI Polychronius episcopus Heracliæ	
XXXVII Heliades episcopus Zeugmatis	35
XXXVIII Anastasius episcopus Tenedi	
XXXVIIII Valentinianus episcopus Malli	Lp 74
XL Iulianus episcopus Larissæ	
XLI Diogenis episcopus Seleucobeli	
XLII Theoctistus episcopus Cæsariæ	40

Piissimis et amicis Christi imperatoribus Theodosio et Valentiniano Augustis 117

117 Græce extat in A 68 [Abhandlg. d. Bayer. Akad. XXX 8 p. 22, 23]. alia uersio Latina habetur in Collectione Winteriana 21

V bofforus M	VII cyrius M	X azarbi M	XI marcionupolis M	XIII Pausianus
scripsi Susianus M	XVI tranorum M	XVII Gerontis M	XX arbriti M	XXII Frotilus M
XXIIII botrorum M	XXV faustianupolis M	XXVIII dorostuli M	XXXI iunopolis M	
XXXVII Helliades M	zeugmatis M	XLI eleucoboli M	XLII Theonistus M	

synodus sancta quæ in Ephesum congregata est. Edocti ex litteris sanctissimorum
M 798 et deoamicissimorum comministratorum nostrorum, qui ad pium comitatum uestrum
pro tota synodo aduenerunt, quia et introitus eorum [et] propitiae a uestra pietate sus-
ceptus sit, et pro pia fide imperii uestri zelum, ita delectati sumus tamquam si cum
præfatis præsentibus fuissetis cumque ipsis tranquillam pietatis uestræ faciem uidissemus. 5
cognouimus enim quomodo illa quidem quæ aduersariorum sunt, insusceptibilia facta
sint uestro iusto iudicio, Nicænorum uero patrum fides, pro qua et præsentibus deoami-
cissimi episcopi et nos quoque certamus, digna susceptione probata sit, et credimus
quia, sic ex deo uestra pietate pendente, ab his qui temptauerunt, nullatenus commo-
uebitur apostolica fides, per quam a progenitoribus olim uestrum regnat imperium et 10
omnes alienigenas subditos habet, et circa hæc gratidicas uoces et intentas pro pietate
2 uestra deprecationes consuete obtulimus cum multa domino Christo lætitia. quo-
niam uero multa quædam fiducia est sacerdotibus coram uestro imperio, et illa ei in-
sinuare præsumimus quæ in angustiam nos æstuationemque miserunt, quorum cura-
tionem quoque deposcimus; unde quæsumus ac nosmet ipsos prosternimus uestigiis 15
uestris, ut cum patientia nos humillime supplicantes pietas uestra suscipiat pro illa
persona cui præiudicium factum est ab his qui hæretica Cyrilli Alexandrini capitula
susceperunt impietatemque contra id quod diuinitatis est, effecerunt. qui enim
hæretica capitula subintroduxerunt <et> sanctorum patrum perturbauerunt fidem
1.p 75 quod ad ipsos pertinet, in ipsis gestis et illicitam fecerunt depositionem. et credimus 20
quia indeclinabili rectoque iudicio uestro iustum minime apparebit condemnationem
<ab illis> factam permanere quos dignum est condemnari, dum conuicti sint hæretici
esse. quæ uero ab eis facta sunt et contra ecclesiasticas sanctiones et contra piissimas
litteras uestras, a multis iam particulatim didicit imperium uestrum, dum ille qui ab
eis iniustitiam pertulit, in nullo nec uestris sanctionibus contraxisset et ecclesiasticam 25
fidem orthodoxe prædicasset. nam etsi ipse huiusmodi *** metuendum tamen est
ne fidei læsio quæcumque contingat, eo quod illicita illa deiectio ab illis facta sit qui
hæretica superinduxere capitula.

Et subscriptiones.

118 [29] Imperatores Cæsares Theodosius et Valentinianus uictores triumphatores maximi 30
Lp 76 semper colendi sanctæ synodo quæ in Ephesena ciuitate conuenit. Intentionem
quidem nostram, etiamsi non scriberemus nunc, ex multis aliis noueratis, et quantum
pro recta fide habeamus studium et pro unitione ecclesiarum, a patribus hoc et ab auiis
edocti et nihil usque hactenus sanæ fidei præponentes. propter quam etiam iam
M 799 paulo ante in Ephesum uestram congregare festinauimus sanctitatem et dum congregati 35
essetis, omnia huiusmodi scripsimus, per quæ consequens esset <ut> absque contentione
uera fides et quæ olim tenuit, inconcussibiliter permaneret, ad amicitiam uobis unitis.
quoniam uero præter intentionem nostræ pietatis ac spem contentiones inter uos factæ sunt
quædam et acta nonnulla qua dissensiones haud dubie consequuntur, uolentes in omnibus
uobis terminari discordiam, magnificentissimum et gloriosissimum diuinorum officiorum 40

2 comitandum, d in u corr. M 3 et del. Lupus propitiae Baluze proprie M 4 pro pia
Lupus propria M imperium M 6 insusceptibilia Lupus ut susceptibilia M 7 sunt M
8 probati M 10 regat M 11 pro pietate Lupus proprietate M 13 eis M 19 capitula hrtica
capitula M et addidi cf. ΓW 22 ab illis addidit Lupus 23 ecclesiasticas ΓW hereticas M
26 lacunam statuit Lupus cf. Γ εἰ γὰρ καὶ μυριάκις φεύγων τὰς ταραχὰς αὐτὸς ἰδιόθεν βούλεται
28 superduxere M
36 ut addidi

magistrum Iohannem direximus, ut contentiones quæ inter uos natæ fuerant, soluerentur. dum uero necessarium uideretur et hoc ut huc uestrum nonnulli uenirent, quos pietas nostra etiam præsens inter præsentēs audiret, ut unitio, quam studemus, pio proueniret assensu, hoc quoque peregrinus, uniuersa sperantes suauiter disponenda. sed quia permanet adhuc dissensio commissa, laborem reputantes uestram religiositatem sufferre 5 ex ipsa necessitate concilii, reuerti Epheso ad propria concessimus uniuersos et proprias rursus ecclesias obtinere. quod unusquisque faciat cum episcopis qui uenerunt a Lp 77 prouincia eius; Cyrillum uero solum, qui Alexandrinus quondam fuit episcopus, et Memnonem, qui fuit episcopus Ephesus, neque uobis connumeramus et ab episcopatu esse nouimus alienos, sicut olim uestræ a nobis scriptum est sanctitati. ad proprias 10 ep. 40 ecclesias reuertentes, ciuitatum quieti prospicite, dignam per omnia mansuetudinem sacerdotio amplectentes. eorum siquidem quæ hic quomodocumque fecistis, esse aliquam satisfactionem conuenit per ea quæ sunt postea secutura; erit autem, si ecclesiasticum decorem cum publica consequentia seruaueritis.

Epistula Theodoretī episcopi <Cyrrī> ad Alexandrum Hierapolitanum episcopum, quam 15 Lp 78 ponit Irinæus

- 1 Neque blandimenti neque asperitatis ullam speciem reliquimus nec deprecationis 119 [30] nec contradictionis, qua usi non sumus apud piissimum principem et consistorium clarum, obtestantes in conspectu dei, qui cuncta desuper cernit, et domini nostri Iesu Christi, qui futurus est orbem terrarum cum iustitia iudicare, et spiritus sancti et 20 Act. Ap. electorum eius angelorum, ut non despiceretur quod corrumpitur fides ab his qui illa 17, 31 capitula hæretica susceperunt et in eis subscribere præsumpserunt, sed ut Nicæna fides exponi tantummodo iuberetur et expelleretur quæ superinducta est hæresis ad exterminium corruptionemque pietatis; et usque hodie nihil perducere ualuimus ad effectum, eo quod huc et illuc circumferantur auditores et nunc quidem quæ nostra sunt, laudent, 25 nunc uero in contrarium persuadantur. sed tamen nihil horum nos dissuasit quod M 800
- 2 ab instantia proposita cessaremus, sed in ipsa nunc usque persistimus. hoc ergo, quod deo fauente sit dictum, peregrinus, ut cum iuramento imperatori piissimo diceremus quia impossibile est ut nos Cyrillum et Memnonem in episcoporum restituamus officio et fieri non potest ut communicemus reliquis, nisi capitula hæretica ante summouerent. 30 nos igitur hanc habemus intentionem; festinatio uero est <his> qui ea quæ sua sunt, Phil. 2, 21 quærunt, non quæ Iesu Christi, et extra nostram illos restituere uoluntatem. sed nihil horum pertinet nobis; deus enim nostrum propositum exigit perscrutaturque
- 3 uirtutem et eorum quæ contra uoluntatem fiunt, non exigit ultionem. de illo uero Lp 79 amico hoc cognoscat sanctitas uestra, quia quoties eius fecimus mentionem, siue coram 35 piissimo principe siue coram consistorio claro, fecisse adiudicati sumus iniuriam; tanta est eorum qui intus sunt aduersitas contra eum, et, quod est omnium pessimum, quia et ipse piissimus imperator nomen eius plus quam ceteri auersatur, nobis manifeste dicens quia »de hoc nullus mihi [manifeste] aliquid dicat; typum namque iam semel

119 Græce extat in A 69 [Abhandlg. d. Bayer. Akad. XXX 8 p. 23. 24]. alia uersio Latina habetur in Collectione Winteriana 22

2 hunc M quos scripsi quo M 4 uniuersa sperantes scripsi uniuersas perarentes M
6 consilii M
15 Cyrrī addidi 17 ulla M 19 obstantantes M 22 nicea M 25 nostra sunt
scripsi nras M 30 summouerent Lupus summo uenirent M 31 his addidi eis Lupus 34 fiunt Γ
sunt M 36 claro Γ principe M 37 pessimum Lupus piissimum M 39 manifeste deleui

ea quæ ad illum pertinent, susceperunt. uerumtamen <si> hic sumus, <sumus> non cessaturi tota uirtute curam de ista quoque gerere parte, scientes iniquitatem quæ in
 4 eum commissa est ab his <qui> sine deo sunt. festinamus uero ut et nos hinc liberemur et uestra inde religiositas seruetur. nihil namque hinc suauius sperare possibile est, eo quod auro cunctis sit satisfactum et iudices ipsi contendant quia una sit deitatis
 5 humanitatisque natura. populus uero, fauente deo, saluus est omnis et ad nos incessanter egreditur. cœpimus namque et alloqui eos et collectas celebrauimus maximas et per orationes tuæ religiositatis quarta iam uice feci ad eos de fide sermones, et cum tanta uoluptate audierunt, ut usque ad horam septimam minime recessissent, sed patienter sustinuissent solis ardorem. in atrio enim, quod est maximum et quattuor
 10 porticus habet, multitudo conuenit, et nos de superioribus locis habitationum sermonem habuimus. clerus uero uniuersus cum bonis illis monachis nos ualde in pugnat, ita ut et una uice pugna commissa sit, quando a Rufinianis post colloctionem reuertebamur piissimi principis, et multi fuerint uulnerati tam laicorum qui erant nobiscum, quam monachorum quoque falsorum. agnouit autem piissimus imperator quod multitudo
 15 congregaretur ad nos, et solis nobis colloquens ait: »Agnoui quia collectas extraordinarias facitis.« ego uero dixi ei: »Quoniam dedisti fiduciam, cum uenia audi. numquid iustum est ut illi <qui> quidem hæretici et excommunicati sunt, ecclesiastica ministeria peragant, nos uero, qui pro fide certamen habemus et propter hoc eos communione
 M 801 priuauimus, in ecclesiam non intremus?« ille inquit: »Et ego quid faciam?« 20 respondi ergo ei: »Quod fecit is qui nunc magister est, quando erat comes largitionum tuus, dum uenisset ad Ephesum. inueniens enim quod illi missas quidem facerent, Lp 80 <nos uero> minime, conpescuit eos dicens quia <nisi> inter uos pax fuerit facta, uni parti collectam celebrare non sinam.« et oportebat pietas tua episcopo præsentis loci præciperet ut nec nobis nec illis missas tenere concederet, donec conueniremus ad pacem, 25 ut iustum decretum tuum innotesceret uniuersis.« ad hæc respondens dixit: »Ego episcopis imperare non possum.« respondi igitur ego: »Ergo nec nobis imperes aliquid, et accipimus ecclesiam celebramusque collectam, et cognoscat pietas tua quia multo plures nobiscum sunt quam cum illis.« super hæc uero diximus ei quia »collecta nostra nec lectionem sanctarum scripturarum habuit nec oblationem, solas uero letanias
 30 pro fide et pro uestro imperio fecimus et pro religione pia sermones.« approbavit ergo et nunc usque id non prohibuit fieri. crescunt igitur subinde collectæ transnauigante ad nos multitudine populi cumque omni uoluntate audiente doctrinas. oret igitur religiositas uestra ut finem deo placitum causa suscipiat; nos enim per singulos dies in periculo sumus, de seditioso impetu super nos monachorum <et> clericorum
 35 suspecti facilitatemque potentissimorum uidentes.

120 [31] 1 Dominis honorandissimis et deoamicissimis episcopis qui in Ephesum degunt.
 Lp 81 Iohannes <Iohannes> Himerius Paulus Macarius Apringius Theodoretus episcopi in

120 *Graece extat in A 70 [Abhdlg. d. Bayer. Akad. XXX 8 p. 24. 25]. alia uersio Latina habetur in Collectione Winteriana 23*

Theodoret. ep. 112 καὶ μὲν δὴ καὶ εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν κληθέντες, πέντε διαγνώσεις ἐπ' αὐτοῦ τοῦ βασιλέως ἐσχῆκαμεν καὶ τρεῖς ὕστερον αὐτῷ διαμαρτυρίας ἐπέμψαμεν

1 si hic sumus, sumus scripsi secundum ΓW hic sumus M	3 qui add. Lupus	4 seruetur M
5 deitas M	8 per in mg. add. M	17 facis M
21 is Lupus his M	23 nos uero Γ om. M nos add. Lupus	18 qui add. Lupus
32 subinde Lupus sub exinde M	33 multitudo M	20 ecclesia M
38 Iohannis addidi ex ΓW	38/(71) in domino salutem om. ΓW	27 episcopo ΓW
	35 et add. Lupus	

domino salutem. Quinquies iam coram principe introiuimus et de hæreticis capitulis multa contendimus et iurauimus sæpius imperatori piissimo quoniam impossibile est communicare nos cum his qui contraria sapiunt, nisi capitula hæc fuerint abdicata, et quia nec si abiecerit Cyrillus capitula sua, suscipietur a nobis, eo quod princeps factus sit impiæ huius hæreseos, et nunc usque nihil optinere potuimus, eo quod aduersarii 5 ualde insistant et hi qui audiunt, non increpent eis resistentibus inpudenter neque compellant eos ad disceptationem colloctionemque uenire. illi namque capitulorum discussionem modis omnibus fugiunt et de ipsis nec loqui omnino contenti sunt; nos uero per orationes uestras usque ad mortem sumus parati persistere et neque Cyrillum suscipere neque capitula quæ ab eo exposita sunt, nec istis communicare, nisi expulsa 10 fuerint quæ male subintromissa sunt fidei. rogamus igitur et sanctitatem uestram ut nobis eadem sentiatis et eandem perseuerantiam demonstretis; pro pietate enim M 802 certamen habemus, in qua sola nobis est spes, et propter quam speramus saluatoris nostri benignitate nos perfrui in uita futura. de deoamicissimo uero atque sanctissimo episcopo Nestorio nouerit religiositas uestra quia studium nobis fuit ut misceremus de 15 illo sermonem, et interim non praeualuimus, eo quod cuncti aduersarii et ad ipsum nomen sint infeste dispositi. dum se tamen ista sic habeant, festinamus, si tempus Lp 82 inuenire potuerimus placabilesque auditores, et hoc facere, absque dubio tamen si deus nostræ intentioni coöperator extiterit. ut uero neque hoc ignoret sanctitas uestra, scitote quia uidentes Cyrillianos tyrannide, seductione adulationeque ac muneribus 20 omnes fere, ut ita dicamus, euertisse, frequenter piissimum principem rogauimus et magnificentissimum iudicem ut et nos ad Orientem et religiositatem uestram ad propria ire permetteret, hoc reputantes quia in uacuum moraremur, nihil proficientes in causa præsentis, eo quod Cyrillus nobiscum modis omnibus fugiat habere conflictum, sciens manifestam conuictionem blasfemiarum quas in XII capitulis suis exposuit. placuit 25 autem post multas preces nostras piissimo principi ut unusquisque nostrum reuerteretur ad propria, ita ut <et> Ægyptius et Memnon Ephesius in locis permaneant propriis. sic enim potuit uniuersos idem Ægyptius obcæcare <per> propria munera, ut ipse quidem, postquam mala multa milia perpetravit, ad sedem propriam reuertatur, innocens autem uir ad suum monasterium dimitteretur.

30

Contestatio prima Iohannis Antiochenæ sedis patriarchæ et reliquorum VI, quam Theo- Lp 83 dosio imperatori a Chalcedona direxerunt, quando, eis illic relictis, intrauit Constantinopolim cum his <qui> missi erant in legatione a beato Cyrillo et synodo quæ pariter conuenit in Ephesum

1 Votium fuerat neque a quolibet alio propter spes futuras et incongruas pietatis 35 121 [32] uerbum prodi, nedum ab his qui sacerdotale officium sunt sortiti et ecclesiarum defen-

3—6 *adfert Euthenius in ep. 205*

121 *Græce extat in A 62 [Abhdlg. d. Bayer. Akad. XXX 8 p. 16. 17]. alia uersio Latina habetur in Collectione Winteriana 15*

Cf. ea quæ ex Theodoretī ep. 112 adnotauī ad ep. 120

2 sæpius — quoniam <i>Lupus</i> qm̄ sæpius imper̄ piissimo <i>M</i>	impossibile <i>scripsi</i> possibile <i>M</i> possibile
non <i>Lupus</i>	11 fidei ΓW fieri <i>M</i> ragamus <i>M</i>
19 ignorat <i>M</i>	22 τοὺς μεγαλοπρεπεστάτους ἄρχοντας ΓW 25 coniunctionem <i>M</i>
27 et <i>addidi</i> ex ΓW 28 egiptus <i>M</i> per <i>add. Lupus</i>	29 propria <i>M</i> 30 dimitteretur ΓW
mitteretur <i>M</i> in fine <i>add. salutationem et subscriptionem Iohannis</i> ΓW	
33 qui missi <i>scripsi</i> missis <i>M</i>	

sionem; quos nescimus quomodo concupiscentia præsidendi et principatus amor et frigidæ quædam promissiones ad hoc usque deposuerunt, ut omnia quidem Christianorum præcepta despicerent, soli uero eius uiri intentioni seruirent qui ex præuentu omnia sperauit tam sibi quam etiam his qui ad hoc ei cooperati sunt, euenire, dicimus uero Alexandrini Cyrilli, qui solius controuersiae causa hæretica sanctis dei ecclesiis super-
M 803 inducens dogmata et hæc conuincenda præsentiens, per solum Memnonis ministerium
2 et episcoporum coniuentionem prædictorum diffugere sperauit eorum quæ peccando com-
miserat, ultionem. unde et quietem nimis cupientes et in reliquis tenendam patientiam iudicantes, circa huiusmodi tamen quietem patientiamque prodicionem fidei reputando, ad solos uos, qui cum superna uirtute mundi salus estis, supplicationem conuertimus, 10 ad uos specialiter attinere putantes ea quæ fiunt pro pia religione certamina, tamquam
Lp 84 qui etiam nunc usque seruastis eam et per ipsam ualde seruamini. hanc uero adhibemus supplicationem, sicut utique in conspectu sanctissimi dei futuram satisfactionem, precaturam pro nobis, si nihil eorum quæ pro religione facere possumus, pro segnitia omittamus, sed et publicemus pro ea tuæ pietati sermones. non est enim quod amplius 5 queant temporibus Christianis agere sacerdotes quam ut tam fidelem principem protestentur, etsi multotiens prompti simus ut tam uitam nostram quam corpora in certaminibus
3 quæ habemus pro fide, ponamus. propter quod coram deo, qui omnia conspicit, et domino Iesu Christo, qui cum iustitia iudicaturus est uniuersos, et sancto spiritu, cuius gratia gubernatis imperium, et electis angelis, qui uos seruant, quos et astantes uidebitis 20 illi terribili throno et illas terribiles sanctificationes, quas incessanter offerunt deo, quas quidam nunc obliterare pertemptant, quæsumus ut eam quæ nunc expugnatur, ulciscamini pietatem et iubeatis ut hæretica illa capitula, quæ superintroducta sunt fidei, expellantur, quæ sunt omnimode a rectis dogmatibus aliena et hæreticis uesaniis consona. aut certe si quis eorum qui consenserunt et subscripserunt eis, et post 25 ueniam, quæ a nobis promissa est, uult ultra contendere, hunc uenire ad medium iubeatis et manifeste illum sub ecclesiasticis ea increpationibus uestre pietatis iudicio uindicare. nihil namque ab hac re, o imperator, tuo dignius erit imperio, pro qua et contra Persas olim et contra alios barbaros bello contendere festinasti, Christo tibi præclaras retribuente uictorias, eo quod pro eo promptus exstiteris. fieri uero coram tua pietate quæsumus 30 inquisitiones in scripto; sic enim procul dubio facilius dignoscantur et omni futuro tempore conuincantur quicumque delinquantur. si qui uero pro his quæ peccando commiserunt, hæsitantes ferre sermones seu reddere rationes, rectam fidem uelut ex dominatione imperantes subiugare uoluerint, tui erit iusti iudicii præuidere, si non et ipsum uocabulum perdiderint magistrorum, qui hæsitantes certari pro his dogmatibus 35 quæ inducunt, et non [con]uolentes probare quæ dixerunt, ne fecisse impie conuincantur, nec ea expellere dignantur, ne forte infructuosa eis habita inter semet ipsos conspiratio
Lp 85 4 fiat. iam siquidem meditantur ut pro huius impietatis præmio sedium restituantur principatus, et alias ad corruptionem canonum formulas, quæ et per ea quæ olim sunt
M 804 ab eis temptata, iam proditæ sunt et adhuc demonstrabilius elucescent, nisi tuum talia 40 conpescat imperium. nam uidebit eos non multo post etiam pietas tua huius prodici-

1 quos <i>Lupus</i> quod <i>M</i>	2 usque <i>que M</i>	6 misterium <i>M</i>	7 coniuentionem <i>Lupus</i> coniu-
bentiam <i>M</i>	11 pro pia <i>Lupus</i> propria <i>M</i>	12 hanc <i>FW</i> nunc <i>M</i>	14 præaturam <i>M</i>
15 sed <i>FW</i> se <i>M</i>	pietatis <i>M</i>	quid <i>M</i>	16 queant <i>Lupus</i> que ante <i>M</i>
17 et simul	prompti simus <i>FW</i> promissimus <i>M</i>	18 quæ <i>Lupus</i> quam <i>M</i>	21 sanctificationes <i>FW</i>
totiens <i>M</i>	incensanter <i>M</i>	22 ea <i>M</i>	28 dignus <i>M</i>
actiones <i>M</i>	incensanter <i>M</i>	22 ea <i>M</i>	persus <i>M</i>
34 dominatione <i>scripsi</i> donatione <i>M</i>	36 uolentes <i>scripsi</i> conuolentes <i>M</i>	dixerunt <i>scripsi</i> direxerunt <i>M</i>	
38 sedium <i>Lupus</i> ædio <i>M</i>	40 prodita <i>M</i>		

tionis mercedes tamquam capta de fide Christi uolentes spolia dispartire. nos uero olim quidem, dum quædam præsumpta sint a reuerentissimo quondam Hierosolymitanorum Iuuenali, quicquid, dum certe debeamus bellari pro regulis ** uideremur; et nunc quasdam festinationes et fantasias eius huiusmodi contra utramque Phœniciam et Arabiam minime ignoramus. nec tamen de his interim contendere possumus, qui certe de ipsis quoque ciuitatibus, quarum nobis cura commissæ est, et ab ipsa, si oportuerit, 5 uita facilius abscedemus quam relinquamus deuotionem pro fide bellandi. sed contra horum quidem spes tam dei iudicium quam tuæ pietatis opponimus; nunc autem quæsumus ut de prima et sola fidei pietate sit cura, et ne illum qui sub sanctæ conuersationis Constantino uix tandem splendor est factus religionis orthodoxæ et præterea est con- 10 firmatus <per> beatos auum tuæ pietatis et patrem, a tuo uero imperio in alteras quoque barbaricas gentes et in Persarum firmatus est regionem, periclitetur in ipsis imperialibus aulis et iuxta uestram mergatur tranquillitatem. non enim duplices Christianismi doctrinas in Persidam directurus es, imperator, nec aliquid apud eos magnum fides nostra putabitur, dum contententibus nobis nemo sit iudex, nec duplicibus prædicationi- 15 bus siue mysteriis communicaturus <est> sana mente quilibet, nec uero pie est quis a tantis patribus abscessurus et sanctis et qui reprehenduntur in nullo; sed nec suauias, quæ ad imperium pertinent, eorum qui ad inuicem contraria sentiunt, orationibus ascribentur, nec paruum ridiculum erit quod tribuimus hostibus pietatis, et alias multa 6 milia quis malæ contentionis eorum denumerare poterit læsiones. si uero est qui 20 paruum cælestium rerum putet affectum, facilius quidem quilibet sit alius quam cui deus omnem mundi tribuit potestatem. at uero nobis oratio est suscipere a tua Lp 86 potestate iudicium; deducet namque mentem tuam deus ad integram eorum de quibus quæstio est, comprehensionem. si uero est aliquid quod modo prohibeat (non enim cuncta illa nobis effabilia sunt quæ tuæ pietati de rebus seu circa ipsas res constant), 25 certe uel ad propria recessum nobis facilem securumque esse a tua tranquillitate deprecamur; commissas enim nobis urbes non parum noceri ex hac mora conspiciamus, dum certe hic nihil hæc ipsa proficiat propter eos qui et contra tuam, sicut claret, eligunt contendere pietatem.

Post contestationem Iohannis et aliorum episcoporum qui in Chalcedonam retenti sunt, 80 Lp 87 intrante imperatore in Constantinopolim cum parte aduersa, hæc ad Ephesum M 805 sacra directa est episcopis qui cum Alexandrino episcopo conuenerunt; cuius post præfationem talis est textus:

Nos ecclesiæ pacem cunctis aliis occupationibus honorifice præponentes, non CXXII [33] solum per iudices nostros, sed etiam per nos ipsos aggregare <uos> uoluimus, impium 85 esse et indignum nostro credentes imperio, si fastidientibus nobis et non omnia quæcumque possibile est, facientibus diuiderentur ecclesiæ. quoniam uero neque uniri uos possibile factum est nec ad reddendam rationem de his circa quæ dubitatio est, uenire uoluit uenerabilitas uestra, decreuimus ut Orientales episcopi ad suas patrias et

CXXII Græce extat in A 97 et in codicis Parisini 1115 additamentis recentibus, unde edidit I. B. Cotellier in *Ecclesiæ Græcæ monumentis* I, 50

3 uideremus M uideremur scripsi additis lacunæ signis, cf. Γ ὡς ἂν μὴ δόξαιμεν τιμῆς ἕνεκα οἰκίας ἀλγείν 11 per add. Lupus a tuo Lupus ut M 12 personarum M 14 est M 16 est addidi 24 quod modo Lupus quomodo M 25 constat M 28 tuam om. Γ W 31 impr M 35 uos add. Lupus

ecclesias reuertantur et synodus Ephesena soluatur, ita uidelicet ut Cyrillus intret Alexandriam, et Memnone in Ephesum permanente. hoc enim significamus uestræ religiositati tantummodo quia quamdiu uiuimus, Orientales adiudicare non possumus; coram enim nobis nulla ex parte conuicti sunt, quippe contra eos nullus contendere uoluit. si igitur ulla pacis remansit intentio, hanc potius eligentes, nobis absque contentione rescribite; alias de profectione uestra mox ad ista quæ scripsimus, cogitate. nos enim mali cuiuslibet causa non sumus; sed qui sint, cognoscit deus.

Præmissa sacra ultima omnium directa est, quando iam redierat in ciuitatem suam beatus Cyrillus Alexandriæ patriarcha.

Lp 88 Contestatio secunda quam Iohannes Antiochenus episcopus et reliqui sex nomine suo et totius synodi a qua directi sunt, imperatori Theodosio ad Constantinopolim direxere personas

CXXIII[34] 1 Sæpe iam pietatem uestram et per nos et per relationes nostras edocuimus quia periclitatur rectæ gloriæ dogma corrumpi et ecclesiæ corpus scindere moliuntur hi qui omnia confuderunt quique tam cunctas ecclesiasticas sanctiones quam omnes calcauere imperatorias leges et uniuersa pariter miscuerunt, ut hæresis quæ a Cyrillo est Alexandrino promulgata, firmetur. nam dum conuocati a uestra pietate fuisset ad Ephesum, ut discuteremus eas quæ exortæ sunt quæstiones et euangelicam atque apostolicam fidem, quæ a beatis patribus est exposita, firmaremus, dum nec cuncti episcopi conuenissent qui fuerant conuocati, illi fecerunt particulare concilium, qui hæretica illa capitula Arrii et Eunomii atque Apollinarii uesaniæ consona inter gesta quæ in scripto sunt habita, firmauerunt, et quosdam quidem seducentes, **aliquos uero, qui de hæresi pulsabantur, ad communionem suscipientes non præueniente iudicio, aliis uero excommunicationis solutionem pro mercede reddentes, nonnullos autem spe principatus incompetentis armantes, sibimet ipsis multitudinem collegerunt, tamquam nescirent quia fidei pietatem non ostendat multitudo, sed ueritas. lectæ sunt quidem iterum litteræ pietatis uestræ, quas per Candidianum magnificentissimum comitem direxistis, quæ continebant quia oportet cum karitate fraterna et pacifice eas quæ pullulauerant, discuti quæstiones, conuenientibus his qui conuocati sunt deoamicissimis omnibus episcopis pariter; et nihil lectio tanta profecit. uenit Palladius deuotissimus magister, alteras imperii uestri litteras deferens, significantes quia oportet omnia quæ particulariter facta sunt, extirpari et ab initio reconuocari concilium ac uerum dogma firmari; et hoc quoque pium decretum uestrum consuepe contemptum est ab his qui temere uniuersa præsumunt. aduenit deinde magnificentissimus magister Iohannes, qui omnium tunc ubique largitionum comes erat, alteras iterum litteras deferens, significantes quia trium depositio a uestro imperio fuerit approbata, et quia

8/9 Cyrillus Alexandriam intrauit d. 31. m. Oct. 431, cf. ep. 64 a

CXXIII Græce extat in A 63 [Abhdlg. d. Bayer. Akad. XXX 8 p. 17—19]. alia uersio Latina habetur in Collectione Winteriana 16

3 quia] δε Γ 4 eos Γ nos M
8 Præmissa scripsi missam M
10 sex nomine suo scripsi uni mesexua M 12 personas corrupte; e. g. proposuerim dum
personaret quia Maximianus ordinatus esset 14 excindere M 15 confunderunt M
16 uniuersas M 19 expoita M 21 uesane M 22 scriptum M lacunam statu.
cf. ΓW τοὺς δὲ φοβήσαντες 27 iterum ΓW item M 30 tanta om. ΓW 32 reconuocari
scripsi reconueniri M 35 comes erat Lupus commiserat M iterum ΓW igitur M

pullulantia scandala oporteret auelli ac solam fidem quæ in Nicæam a beatis et sanctis patribus exposita est, ab omnibus roborari. et istam legem consue-
 sunt qui de omnibus ludunt. non enim quieuerunt etiam post huiusmodi lectionem
 et communicantes depositis et eorum nomina, quasi essent episcopi, nominantes, nec
 uero passi sunt abdicare quæ ad morbum corruptionemque piæ fidei sunt promulgata
 capitula, et hæc dum sæpius ad disceptationem uocarentur a nobis; paratas enim hæreti-
 corum capitulorum conuictiones habuimus. et testis est horum præfatus magnifi-
 centissimus magister, qui et nos et ipsos et tertio conuocauit et quater, dumque hoc
 3 proponeremus, audiit. rogauimus post hæc propter illorum pertinaciam, ut hic
 euocaremur, et uenimus nec paululum remorati, nec ex quo uenimus, aliquando cessa-
 uimus et coram pietate uestra et coram consistorio eccellente rogantes ut pro capitulis
 certamen exciperent et aut ad conflictum uenirent aut certe expellerent ea tamquam
 fidei orthodoxæ aliena, et permanerent in sola fidei expositione beatorum patrum qui
 Nicæam conuenerunt. et ecce illi quidem, qui nihil horum facere uoluerunt, sed in
 hac hæretica controuersia perstiterunt, quæ ad ecclesiastica et sacerdotalia officia perti-
 nent, permittuntur implere; nos uero absque collecta tanto tempore permanentes et in
 Ephesum et hic, et illic atque hic periculorum milia multa perpassi et lapidati a seruis
 amictu monachili optectis ac paulo minus subito interempti, quieui-
 mus, quippe pro fidei
 4 pietate omnia sustinentes. post hæc placuit pietati uestræ et nos et illos pariter
 conuocare et eos qui pertinaces sunt, cogere ad dogmatum uenire disceptationem. dum-
 que hoc futurum sustineretur, pietas tua ad ciuitatem protecta est, et illos quidem, qui
 accusantur hæresis, et quorum quidam quidem propter hoc a nobis damnati sunt, alii uero
 excommunicationi subiecti, qui etiam nunc iam sub alia regula obnoxii sunt, ad ciuitatem
 uenire præcepit et sacerdotii ministerium gerere et episcopum consecrare; nos uero
 qui certamen pro pia fide suscepimus et omne periculum pro rectis elegimus sustinere
 dogmatibus, nec urbem iussit intrare nec propugnare pro fide, dum expugnetur ab aliis,
 neque pro dogmatibus rectis insistere, sed nec ad propria saltem redire concessit, et
 sumus Chalcedone anxii et coartati gemimus<que> de schismate quod contra ecclesiam
 5 meditatur. huius rei gratia, tamquam qui nullum responsum potuimus obtinere,
 necessarium duximus pietatem uestram per has litteras edocere in conspectu dei et Christi
 eius et sancti spiritus quia si quis ante restitutionem rectorum dogmatum fuerit ordinatus
 ab his qui hæretice <de> fide sentiunt, omnem necesse <sit> ecclesiam separari, scindentibus
 sese et populis et cleris et contra inuicem collidentibus; nullus enim pie sentientium
 sustinebit ut illis communicet qui hæretice colunt, et perditioni salutem propriam dedicet.
 dum uero id contigerit, uestra præter intentionem propriam pietas agere compelletur;
 schisma enim utique contra uoluntatem confirmabitur et contristabuntur hi qui pro fidei
 ueritate certantur, eo quod perditioni tradere proprias animas minime acquiescant neque
 consentire his qui in pia Cyrilli capitula uindicare contendunt. multi autem sunt
 qui pro fidei pietate certantur, tam nos Orientalis diocesis uniuersi et quæ nobiscum sunt
 cunctæ prouinciæ ex Ponti atque Asiæ ac Thraciæ regione Illyricique et Italiæ; nec enim
 illi episcopi his Cyrilli dogmatibus acquiescere patientur, qui etiam uestræ pietati codicem
 beatissimi Ambrosii direxerunt contraria huic quæ nunc pullulat, culturæ edocentem.

9 rogauimus] ἐδέησεν ἡ ὁπερæ pretium duxit H¹ 12 pellerent M 13 solam M expo-
 sitionem M 14 nicea M 18 ac scripsi et hac M 22 accusatur M 23 excommunicatione M
 24 misterium M 25 pro pia Lupus propria M 27 propriam M 28 que addidi scisme M
 32 de fide Lupus fidei M sit addidi 34 perditionis M dedicet scripsi dedicant M 37 perditione M
 39 diocesi M 41 illi scripsi ulli M dogmatibus acquiescere dogmatibus M 42 cultura M

uti igitur tale nil fiat nec amplius uestra pietas æstuetur, quæsumus deprecamur rogamus ut ante ordinationem non fieri sanciat, nisi formam susceperint quæ ad orthodoxiæ pertinent fidem, propter quam et congregauit nos amatrix Christi summitas uestra.

Lp 91 Contestatio tertia quam Theodosio imperatori idem VII episcopi direxerunt

CXXIII 1 Non ad hæc euocationem uestræ pietatis sperauimus peruenturam. uocati 3
[35] enim sumus honorifice, sicut euocari ab imperatore conuenit sacerdotes, et euocati ad fidem et confirmationem fidei sanctorum patrum, iuste pio imperatori obædientes aduenimus, et dum uenisse, neque ab ecclesiastica recessimus consequentia neque uestra constituta contempsimus, sed conuersati sumus a die qua in Ephesum uenimus, usque hodie uestrorum nutuum secutores. uerum nihil nos circa præsentem uitam, 10, sicut apparet, adiuit custodia ordinis boni; magis uero, ut uidemus, etiam ualidissime nocuit. nam nos quidem, qui ea usi sumus, usque præsens in Chalcedonam detenti deguimus, uix tandem uero nunc dimissi sumus, ut ad propria redeamus; qui uero omnia confuderunt et turba compleuerunt mundum et contendunt ecclesias separare ac pietati euidenter obsistunt, quæ sacerdotum sunt, gerunt et utuntur ecclesiis et illicite speratæ 15, ordinationis, ut putant, obtinent firma promissa * * et ea quæ ad pauperum offeruntur inopiam, expendunt in seditionariis suis, dum certe non illis solis, sed etiam nobis sis imperator. pars enim non parua tui Oriens existit imperii, in qua semper recta fides M 809 effulsit, super hanc uero etiam reliquæ regiones atque prouinciæ ex quibus congregati 2 sumus. non igitur despiciat imperium uestrum quod corrumpitur fides, in qua et 20 uos baptizati estis et uestri parentes, in qua defixa sunt ecclesiæ fundamenta, pro qua beati martyres multa milia generum mortis libentissime susceperunt, cum qua et barbaros uicistis et dissoluistis tyrannos, qua et indigetis in bello quod nunc Africam comprehendit. Lp 92 erit enim uobis <pro>pugnator omnium deus, si eius pia dogmata defensetis et prohibeatis scindi corpus ecclesiæ; scindetur enim, si superinductus fidei a Cyrillo et 25 3 confirmatus ab aliis hæreticis sensus obtineat. hæc iam quidem sæpius in conspectu dei et in Epheso et hic obtestati sumus et uestram docuimus pietatem, satisfactionem nobis acquirentes apud omnium deum; exigit namque a nobis et istud, sicut scripturæ diuinæ in apostolicis atque propheticis eloquiis docent. nam beatus quoque Paulus 1 Tim. 6, 13 exclamauit ac dicit: obtestor in conspectu dei, qui uiuificat mortuos, et Iesu Christi, qui testimonium præbuit sub Pontio Pilato, bonam confessionem, et Ezechieli deus præcipit distinguere his qui in populo sunt, et interminationem ponit dicens: si non distinxeris, pereuntium sanguinem de tua cf. Ezech. 3, manu perquiram. 18. 20 hoc iudicium metuentes, necessarium fore credimus nunc docere imperium uestrum quia ea quæ sunt Apollinarii et Arrii et Eunomii, docent in ecclesiis 30 hi qui eis uti permissi sunt et illicite atque irregulariter sacerdotium gerunt et non saluant animas ingredientium, si qui tamen illos et audire contenti sunt. per diuinam siquidem gratiam, quæ omnes homines parcendo gubernat et misericorditer regit et cunctos esse uult saluos, maxima pars populi sana est et pro rectis dogmatibus pugnat;

CXXIII Græce extat in A 64 [Abhdlg. d. Bayer. Akad. XXX 8 p. 19. 20].
in Collectione Winteriana 17

alia uersio Latina habetur

2 sanctiatis M			
5 uocati M	7 iuste] δικάως pro διὸ καὶ ὡς quod extat in ΓW	10 nūctium M	
14 pietate M	15 obsistunt Lupus assistunt M	16 lacunam prodit Γ στάσεις ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἐγείρουν	23 euicistis M
africa M	20 dispiceat M	22 milias M	generum ΓW penerum M
24 pugnator M	25 excindi M	excindetur M	33 pereuntium Lupus pretium M
34 nunc scripsi hinc M			

propter quos praecipue dolemus ac pungimur animo, metuentes ne paulatim serpens
 4 languor plures obtineat et commune fiat hoc malum. hæc nos uestram rursus docemus
 tranquillitatem nec umquam docere desistemus et oramus ut annuat imperium uestrum
 deprecationibus nostris nihilque subintroduci sanctorum patrum qui Nicæam conuene-
 runt, fidei permittatis. si uero et post hanc nostram deprecationem et coram deo 5
 commonitionem non acquieuerit pictas uestra, nos et puluerem pedum nostrorum ex-
 cutiemus et cum beato Paulo clamabimus: mundi nos sumus a sanguine omnium. Act. 20, 26
 non enim quieuius nocte ac die, ex quo in istam benedictam synodum uenimus, et
 imperatorem et iudices et milites et sacerdotes et laicos contestantes ne fiant traditæ a
 patribus fidei proditores. 10

Pars sermonis unius quo in Chalcedonam dicunt usum Theodoretum episcopum Cyrrensis Lp 93
 ecclesiæ M 810

Christus præsīt nostro sermoni, per quem et ipsi sermones et nos eius diuinorum CXXV [36]
 ministri uerborum; Christus, qui positus est in ruinam resurrectionemque Luc. 2, 34
 multorum et in signum cui contradicetur, olim quidem ab Israele carnali, 15
 nunc uero etiam spiritali; Christus, qui infidelibus quidem offensionis est lapis et 1 Petr. 2, 8. 6
 scandali petra, non confundit autem credentes in se; Christus ** ille lapis quem
 reprobauerunt ædificantes et factus est in caput anguli; Christus ecclesiæ 1 Petr. 2, 7
 fundamentum; Christus lapis ille qui sine manibus est abscisus et mons factus est magnus Dan. 2, 34. 35
 et operuit orbem terræ secundum prophetiam Daniclis; Christus, pro quo et cum quo et 20
 propter quem nos expugnamur, et propter quem nos sumus ab imperiali ciuitate prohibiti,
 sed non sumus cælorum regno priuati (ciuitatem namque habemus Ierusalem cælestem,
 cuius artifex <et> ædicator est deus, circa Pauli Apostoli uocem), Christus, propter Hebr. 12, 22
 quem <terribiles> Propontidis undas nauigare præsumitis, ut nostram uocem audire
 possitis, imaginem uocis esse putantes uestri pastoris. concupiscitis enim delectabile 25
 melos audire uestri pastoris, illius pastoris quem compastores eius calamorum, sicut
 arbitrantur, subscriptionibus peremerunt. ad quos deus exclamat per prophetam:
 pastores multi corruperunt uineam meam, polluerunt partem meam, Ier. 12, 10
 posuerunt partem meam desiderabilem quasi intransmeabile desertum.
 dicat de ipsis per alium quoque prophetam: secundum multitudinem suam 30 Os. 4, 7
 peccauerunt mihi; ponam gloriam ipsorum in ignominiam. dicat per
 alterum denuo prophetam: uæ filii desertores; fecistis consilium, et non Ies. 30, 1
 per me; et conspirationes, et non per spiritum meum, ut adieceretis Lp 94
 peccatum super peccatum. conuertimini qui profundum inistis con- Ies. 31, 6
 silium et inicium. dicat ad eos Esaias: manus enim uestræ pollutæ sunt 35
 sanguine, et digiti uestri in peccatis. lingua uestra locuta est nequitiam, Ies. 59. 3—5
 et os uestrum iniquitatem meditatur. nemo loquitur iusta, quia con-
 cipiunt dolorem et pariunt iniquitatem. oua aspidum ruperunt et telam

CXXV Græce exlat in A 71 [Abhdlg. d. Bayer. Akad. XXX 8 p. 25—27]. alia uersio Latina habetur
 in Collectione Wintleriana 24. initium [13. 23—29] adfertur in Conc. quinti coll. V [L V 506 = M VIII 293]

3 desistimus M	6 commonitionem M	6/7 excutiemus ΓW excutientes M	11 cyrensi M
17 lacunam statui; cf. Γ Χριστός ὁ πολυτελής λίθος ὁ θεμέλιος κατὰ τὴν Ἡσαίου φωνήν· Χριστός ὁ λίθος	20 operuerit M	23 et addidi secundum ΓW	24 terribiles addidi secundum ΓW
25 delectabiles M	27 quos Lupus quod M	exclamat Lupus exclamatio M	29 intransmeabile M
33 addiceretis M			

araneæ texunt. uidete accusationem malitiæ et fragilitatis nequitiae conuictionem: oua aspidum et telam araneæ; hoc quidem malitiæ partus, illud uero infirmitatis conuictio. addit ergo dicens: et comesurus ex ouis eorum, confringens inuenit monstrum. uidisti malitiam languidam, uidisti eum qui iniustitiam pertulit, minime læsum? uidisti eum qui expugnatus est, coronatum? et comesurus, ait, ex ouis eorum, confringens inuenit monstrum. quod est
M 811 autem monstrum nisi quod generare non potest? ac si diceret quia malitia non potest uenire ad perfectionem. prædica igitur nobis etiam speciem malitiæ: ait enim quod mirum est, sic dicens: et in eo est basiliscus. hoc est mirum quia et basiliscus in eo et monstrum. basiliscus uero malitiam significat. quia enim bestia hæc 10 amarissima est omnium reptilium, ipsi partum malitiæ conparauit. monstrum uero idem rursus propter fragilitatem malitiæ dixit. sequitur demum sententia hæc:
Ies. 59, 6 tela eorum non erit ad uestimentum, nec operientur ab operibus manuum suarum. cur hoc? quia opera eorum opera iniquitatis. dic et speciem
Ies. 59, 7. 8 iniquitatis: pedes eorum ad malum currunt. ad quid faciendum? et ueloces 15 sunt ad effundendum sanguinem. quid ergo ad hæc? contritio et infelicitas in uis eorum. semitæ namque illorum, per quas ambulant, peruersæ sunt, et uiam pacis ignorant. uere lamentationibus digna sunt ista, ut contra sacerdotes loquantur talia sacerdotes; sed ista nos dicimus, non tam illos accusantes quam uobis potius prouidentes. 20
Ier. 2, 12 Et post aliqua: In ueritate expauit super hoc cælum, et ampliore terra est perturbata formidine, dicit dominus. quoniam duo et nequam fecit populus meus; me dereliquit fontem aquæ uiuæ, et foderunt sibi lacus contritos, qui aquam continere non poterunt. dicat ad eos deus per
Ier. 2, 10 Ieremiam prophetam: transite ad insulam Cethim, et uidete. non uultis, 25
Lp 95 inquit, acquiescere uerbis meis, non consentitis prophetis, non suscipitis legem, non creditis scripturis diuinis? paganorum filios doctores adsciscite, ite ad gentes et discite quomodo putatiui dii honorentur ab eis, dum certe non sint dii. transite ad insulas Cethim, et uidete, et in Cedar transmittite, et omnino
Ier. 2, 11 perquirite si facta sunt talia. quæ talia? si mutabunt gentes deos 30 suos. quales illos? qui certe non dii sunt. et cur dicis hæc? populus autem meus mutauit gloriam suam, ex qua nihil ei proderit. hæc etiam de istis conuenit dici. nam gentilium pueri ligna et lapides honorantes, immortalia hæc appellant; tu autem, qui eos illa prohibes adorare et solum uerum deum amones colere,
Ies. 40, 12 qui montes penso statuit et statera colles, qui manu mensus <est> aquam 35 et palmo cælum et omnem terram cubitu, qui statuit cælum sicut cameram,
Ies. 40, 22 qui tenet gyrum terræ totius et habitantes in ea tamquam locustas, qui uerbo suo fecit hæc omnia et in uno momento temporis præsentauit tamquam fuissent prius quæ ante non fuerunt, et qui dedit quæ non erant, ut essent, sola propria uoluntate. hunc uelut hæc omnia oblitus, passionibus subicis et cum tamquam passibilem deum sic adorari quasi legis latione promulgas? et paganorum quidem, sicut dictum est, pueri, cupiditatis nimietate languentes, et cælum uocant impassibile et solem impassibilem

2/3 *plura nec meliora habent* ΓII τὸ δὲ διδταγμα τῆς ἀσθενείας. ὡς ἀσπίδων τῆς κακίας τὸ εἶδος. ἰσθὺς ἀράχνης τῆς ἀσθενείας ὁ ἑλεγχος 3 comesurus M 5/6 comesurus M S speciem ΓII
spein M 16 effundendum *Lupus* effugiendum M 24 contritus M potuerunt M dicat ΓII
dicit M 29 cethim M 35 manus M est addidi 36 palmos M gubitu M
40 hunc scripsi tunc M om. ΓII et eum scripsi cum et M 41 promulgas et scripsi secundum ΓW promulgasset M 42 impassibile M

nominant et leges de stellis uelut immortalibus ferunt et terram, quam conculcant, deificant; nos uero inuisibilem increatum incomprehensibilem inperscrutabilem credimus esse passibilem? absit, saluator noster ac benefactor, ne umquam sic a tua recedamus adoratione, ne tuam sic ignoremus naturam, ne usque adeo circa tua simus indeuoti dona neque liberatorem nostrum passibilem suspicemur, qui nos ex passionibus ad impassibilitatem transduxit, qui donauit impassibilitatem passibilibus. hanc deprecationem deo et pro nobis et pro uobis offerimus, cui gloria in sæcula. amen.

Supra scripta ex nomine beati Theodoreti posuit Irenæus, qui dum < tam > Nestori- 125a
anus fuerit, ut pro illo in exilium mitteretur, sciens doctrinam Theodoreti in ecclesia Lp 96
dei præfulgere, uoluit cum propter illa quæ post gesta sunt, ut uarium denotare. 10

Idem uero Irenæus et ista posuit, post prædicta dicens:

Sermo Iohannis Antiocheni, quem dixit in Chalcedona post sermonem Afthonii
presbyteri et episcopi Theodoreti

Sacra lex est ut quæ filiorum sunt, patribus deputentur. meus est igitur CXXVI [37]
Galaad et meus est Manasses; magis uero non mei, sed dei sunt, qui uestrum 15 Ps. 59, 9
sacrum gregem congregauit ad nos instantiamque illi pro pia fide donauit super alia
bona; ego uero ad hoc surrexi tantummodo, ut salutarem uos pariter et ualedicerem
uobis. carpemus namque iter uobiscum manentes, et rursum uobiscum sumus ad
fratres uestros euntes. permanat enim sine impedimento ubique dilectionis natura.
saluto uos atque rogo ut pacem habeatis ad deum, qui ante quidem Christiani fideles 20
eratis, nunc uero etiam confessores. omnis qui magnam se nouit obtinuisse sub-
stantiam, fortiter decertatur et cum pro his quæ possidet, laborare non piget, ne prodatur
hæc ipsa quæ possidet. nemo igitur uobis auferat paternam fidem, quam nos quoque
sicut depositum filiis commendamus. attendite ad patres nostros atque maiores,
quos nec tormenta nec mors nec aliud quodlibet humanum ualuit ab affectu fidei sub- 25
mouere. nostris uero temporibus paruæ minæ sunt, magna est merces; paruæ passionēs,
sed magnæ coronæ. nemo uobis depositum abigat, dico uero [ad] integritatem Lp 97
dogmatum; nemo uobis deitatem persuadat esse passibilem neque unam naturam diuini-
tatis et corporis. nam illa quidem semper est per se diuina substantia, illam uero
suscepit. unde coniunctionem prædicamus et non confusionem; unionem, non 30
tamquam liquorum mixturam. deus istud propter illud, filius hoc propter illud,
omnia hoc propter illud; adoratur cum illo, glorificatur cum illo, et huic coniunctum
inseparabiliter semper, naturæ nostræ primitiæ nominatur. hæc custodite, et deus 1 Cor. 15, 20
pacis erit uobiscum, defendens uos quo ipse nouit modo. ipsi honor et gloria in
sæcula. amen. 35

Epistula sancti Iohannis Antiocheni episcopi quam præfecto scripsit ab Ancyra Lp 98 M 813

Insatiabile quiddam re uera nequitia est, et insatiabile nimium. et hoc ex aliis CXXVII [38]
quidem quis plurimis uideat, nihilo minus uero et ex istis qui omnes quidem principum

CXXVI Græce extat in A 72 [Abhdlg. d. Bayer. Akad. XXX 8 p. 27. 28]. alia uersio Latina habetur
in Collectione Winteriana 25

8 Supra scripta scripsi sca M tam addidi 16 pro pia Lupus propria M
19 permanat scripsi secundum ΓΗ permaneat M 27 abigat scripsi συλησθαι Γ babeat M ad dei .

leges, omnes uero calcauerunt ecclesiasticas sanctiones et sursum uersum cuncta fecerunt. non satiati enim Firmus atque Theodotus et qui cum eis, iniquitatibus quæ in Epheso et quæ in Chalcedone factæ sunt, et seditionibus quæ in Constantinopolim, <et> euersione piorum dogmatum, nunc rursus illicitis litteris omnia temptant loca turbare. nam nunc quoque cooperatorem sibi sumentes illum quem in Constantinopolim prodixerunt, 5 direxerunt contra nos ad Ancyram litteras infirmiores <ab> araneis et inaniore ab umbris, multam tamen eorum nequitiam prædicantes. nam dum prius ipsi a nobis excommunicati sunt, eo quod hæreticis subscripserint Cyrilli capitulis eorumque impietatem roborare præsumpserint, dumque excommunicationis conculcauerint terminum et

Can. Ant. 4 comministraverint condemnatis et secundum sanctorum patrum regulas per hoc ipsi 10 quoque depositi sint, suspensiones contra nos segregationesque miserunt, simile aliquid facientes uelut si quis uinctus et adhuc ipsis uinculis obnodatus uincientem se uincire conetur. memor est autem magnificentia uestra quia et quando Chalcedone degebamus, sæpius et piissimo principi et uestre magnitudini diximus quia quicumque a damnatis atque excommunicatis ordinatus fuerit, ordinationem habet illicitam et ini- 15 quam. quomodo autem ueniet spiritus gratia orantibus eis quibus interdicta est sacerdotalis oratio? hæc et olim docuimus magnificentiam uestram et notum facimus

Lp 99 in præsentī quia nos nec istos esse scimus episcopos nec illum qui ab istis est factus. nam illiquidem transgressione regulæ sub regulæ facti sunt pœna; ille uero ab eis nihil accepit, quia nihil habebant quod inpertirent illi qui semet ipsos ante priuauerunt. 20 hæc si potestas uestra probauerit, quæsumus ut etiam piissimo et amico Christi imperatori nostro legantur et magnificentissimo gloriosissimoque præposito et omni amico Christi consistorio siue senatui, ut uniuerſi cognoscant quia nos usque ad præsens nulli nosmet ipsos subicimus crimini, sed ordinabiliter omnia et consequenter et secundum quod placet regulis, egimus. 25

Lp 100 Epistula Iohannis Antiocheni patriarchæ et omnium qui in eadem ciuitate pariter con-
M 814 uenerunt episcoporum ad imperatorem Theodosium post certamina quæ hi habuerant
episcopi in Epheso et in Chalcedona

CXXVIII[39] Scientes quia uestrum pietate ornetur imperium et quia euangelicis et apostolicis dogmatibus faucatis, euangelizamus serenitati uestræ, præ omnibus hoc uos lætificare 20 præcipue cognoscentes, quia per diuinam gratiam, quæ orthodoxam fidem omnibus modis euacuari non sinit nec permittit effluere, sed semper scintillam relinquit et per hanc reaccendit extincta, quia omnes Orientalis diocesis episcopi et clerici et populi rectis sunt salui dogmatibus et perseuerant in fide quæ a beatis patribus exposita est in Nicæam congregatis, et eligunt potius omnibus priuari corporis membris quam uel unam 25 rectæ illius confessionis syllabam prodere. propter quod et Cyrilli capitula tamquam ualde contraria et sanctorum apostolorum [prædicationi] doctrinæ et sanctorum euangeliorum prædicationi et expositioni fidei quæ in Nicæam facta est, execramur uniuerſi et amicam deo uestram quæsumus summitatem in nulla ecclesiarum quæ sunt sub cælo, permittere dogma illud inpium prædicari, sed ut nefas et blasphemiam ab uniuerſo 30 mundo fugari præcipite. decet enim uobis, quia ab ipso domino Christo sumpsistis

2 satiati *Baluæ* sauciati *M* 3 et *addidi* 6 ab *addidi* 9 p̄sumpserunt *M* 11 suspensiones
Lupus suspectiones *M* 14 piissimo *Lupus* sepiſſimo *M* 18 illis *M* 20 habebunt *M*
 23 senatu *M* 32 scintilla *M* 33 ep̄is *M* clericis *M* 37 prædicationi *del. Lupus* 41 sumpsisti *M*

imperium, seruare illi mundam dogmatum traditionem, omni additamento hæreseos liberatam. sic enim super præsens imperium fruetur uestra pietas et futuro, quod Lp 101 et curis est liberum et non recipit finem, sed illud quod senescere non potest, immortale gaudium tenet.

Iohannes episcopus Antiochiæ incolumem uestram pietatem et multis annorum 5 curriculis perdurare oro ecclesiis Christi et Romano principatui, deo amicissimi et optimi dei cultores et piissimi imperatores.

Similiter et omnes pariter conuenientes episcopi subscripserunt.

Epistula Theodoreti episcopi Cyrrî quam scripsit ad populum Constantinopolitanum, Lp 102 per quam ostenditur quia non solum prius et post, sed et quando ab Epheso ad 10 Chalcedonam et a Chalcedone rediit ad ecclesiam suam, semper fidem catholicam prædicauit, licet Nestorium damnare distulerit, non credens illa eius esse dogmata quæ et ipse Nestorius denegabat et in Ephesum ex quaternionibus sub eius nomine nullo teste probata credebat

- 1 Quale quiddam patiuntur et faciunt auium matres, quotiens nidos suos deprædandos 15 CXXVIII aspiciunt (anxiantur enim et garrule stridunt et ad similem uolatum teneros adhuc pullos M 815 [4c] hortantur, ut aucupantium manus effugiant), tale aliquid patior simul et facio, lamentationes uestras ex litteris audiens et quasi uos garrule stridentes ac tremule mentis oculis cernens. inspectis namque ipsis litteris, mox lacrimarum cunctos humores expendi et, sicut dicit propheta, exitus aquarum deposuerunt oculi mei, et tacens simul 20 Ps. 118, ac gemens permansi diutius, hoc inprouisum cogitans malum et diuisionem corporis 136 ecclesiæ et prælium omni bello ciuili deterius. non enim de una tribu tantummodo sumus, sed de utero uno, eundem gloriantes habere nos patrem omnium deum, eandem matrem sanctissimam ** fontem. non solum uero unius uteri sumus, sed unius quoque tori, unius mensæ, unius et uictus, et licet membra multa simus atque diuersa, 25 unum tamen corpus efficimus circa apostolicam doctrinam dicentem: uos estis corpus Lp 103
- 2 Christi et membra de membro. sed nec naturæ cognatio nec communio partuum 1 Cor. 12, 27 nec quod una mystica mensa perfruimur nec quod manus inuicem sumus ac pedes et oculi et quod unum corpus uniuersi complemus, uinculum sufficit seruare concordiæ, contemptis uero cunctis legibus pacis, tamquam latrantes <canes> propria membra discerpimus et aduersariis facti sumus præda facillima atque insultationis et illusionis occasio, eo quod inuicem nobis sicut aduersariis abutamur incidentesque cuneum nostrum et partes eius in inuicem uertamur. unde ridunt quidem gentilium pueri, ridunt quoque Iudæi, exiliunt agmina hæreticorum ouanturque cuncti aduersarii ueritatis et nostris malis insultant, contra inuicem nos respicientes partitos, et propriam pacem 35 nostrum prælium ducunt. hos autem qui horum causæ sunt facti, nec hoc euigilare facit atque ad semet ipsos reuerti, ut radicitus euellant quæ male sunt seminata zizania, et salutaribus apostolorum sint contenti seminibus, quæ spiritus per omnia sancti gratia præstitit. hæc igitur mox ut epistolam legi, mente percipiens, ingemui, lamentatus sum, in lacrimis meditationes expendi quas peperit dolor, quando super ista quæ dixi, 40 in animo introiit non error solum seducentium, sed et illorum qui seducuntur, læsio.
- 3 sed dum recogitassem eum qui est a principio usque nunc ecclesiæ statum, et quomodo

1 munda M 3 linem scripsi fidem M

11 ad calcedonam M 21 diutius M 24 lacunam statui e. g. supplendo ecclesiam, eundem baptismatis sacratissimum 30 canes addidi 33 uertimur M quidam M 38 sunt contempti M 39 percipiens M 40 meditationes scripsi timet tationes M

Acta conciliorum oecumenicorum. I. 4.

- 2 Cor. 12, 9 superans expugnata, expugnans superata perficit, dum uirtus a domino in infirmitate
 <perficitur> ac probatur circa ipsius domini uocem, aliquantulum recreatus sum
 nimietatemque dissolui tristitiæ. rememoratus enim etiam sanctorum euangeliorum
 doctrinas, inueni saluatorem dominumque nostrum nihil suaue neque festiuitate dignum
 in terrena uita sanctis suis promississe discipulis, labores uero esse atque sudores <pro> 5
 sua lege ferendos et iniurias ac iurgia et plagas atque flagella et quæstiones prædicere.
- Mt. 10, 16. 18. ecce, inquit, ego mitto uos sicut oues in medio luporum. et coram præsidibus
 22 ac reges ducemini propter me, et in synagogas suas flagellabunt, et
 critis odio omnibus propter nomen meum. et post ista insurrectiones in
- Mt. 10, 21 inuicem docens ait: tradet autem frater fratrem in mortem et pater filios; 10
 Lp 104 et insurgent filii in parentes et morte eos afficient. eorum uero quæ
 Mt. 10, 22 dicta sunt finalis extremaque sententia continet etiam fructum: qui autem perse-
 4 uerauerit usque in finem, hic saluus erit. discimus ergo ex his nihil remissum
 plenumque lætitiæ quærere in præsentī uita, bonorum uero quæ sperantur sortitionem
- M 816 uiriliter sustinere et fortiter ferre quæcumque propter ueritatem contigerint tristitia. 15
 huiusmodi enim perseuerantia futura nobis bona prouidebit. dicit enim beatus
- Rom. 5, 3. 4 Paulus quia tribulatio patientiam operatur, patientia uero probationem,
 probatio autem spem, spes autem non confundit. confessionis tribulatio
 festiuitatis initium est; qui uero illam sustinent, cui non potest misceri tristitia, et in
 inedia experimento nutriuntur rebus <futuris>. exspectationes fructuum pondus 20
 laboris exonerant. unde et sanctorum apostolorum contubernium, dico autem Petrus
- Act. Ap. 5, 41 et Iohannes, dum a Iudæis perflagellati fuissent, exierunt gaudentes quia digni
 facti sunt iniuriam pro Christi nomine sustinere. et Paulus pietatis
- 2 Cor. 12, 10 procertator exclamat: conplaceo mihi in infirmitatibus, in iniuriis, in
 necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis, in seditionibus pro 25
 Christo. explicans rationem dicit: quando enim infirmor, tunc potens sum.
 et non ait »tolero infirmitates et iniurias« et reliqua, sed conplaceo, inquit, id est
 gaudens suscipio, cum uoluntate flagellor, tormentis gaudeo, festiuitas doloribus commi-
 scetur, et illa quidem natura sensibus ingerit, hanc uero uoluntas adducit. et mox
- 2 Cor. 11, 30 infert inquiens ita: si gloriari oportet, de infirmitate mea gloriabor, et alibi: 30
 Rom. 5, 3 non solum uero, sed et gloriamur in tribulationibus. non autem dicit
 »perseueramus« uel »toleramus« uel »tribulationes patienter ferimus«, sed ait gloriamur
 in tribulationibus, inter tribulationes declarans uoluntatem animæque fiduciam
 de spe notificans futurorum. quia enim in principio certaminum summitas est dolorum,
 et circumuallantium se malorum multitudinem cernens et deprecans ut seruetur ex tribus 35
- 2 Cor. 12, 9 certaminibus, iudicem dicere audiit: sufficit tibi gratia mea. uirtus enim mea
 in infirmitate perficitur. lætabatur postea flagellatus, insultabat cum tor-
 queretur, extentus quasi in choro gaudebat, cum plagis finderetur, ymniebat, gratias

1 superans scripsi super M	superata scripsi superans M	2 perficitur add. Lupus
3 tristitiæ Lupus et stitiue M	euangeliorum Lupus et angelorum M	5 in terrena uita Lupus
intuere nauitu M	esse scripsi est M	6 ferendos scripsi proferentem M
iniurias ac scripsi iniuria sua M	quæstiones [= βασδνους] scripsi que M	8 ducimini M
9 eritis eritis M	12 extremique M	sententiam M
autem scripsi enim M	13 dicimus M	
14 sortitionem scripsi seruitionem M	15 tristitia Lupus tristitia M	17 patientia M
18 tri- bulatio scripsi uero liberato M	19 illa M	19/20 in inedia scripsi ime M
20 futuris addidi	22 a Iudæis scripsi a iuda et M	fecissent M
24 conplaceo mihi] conplacemus M	25 in seditionibus = ἐν ἀκαταστασίαις cf. Theodoret, de caril. p. 1306 Schulze	27 infirmates M
28 fortiuitas M	30 iniquis M	35 eruetur M
36 certaminis iudice M	37 permittitur M	
flagellatur M		

agebat in uinculis, ecclesias ex carceribus faciebat, noctes psalmodiis mutabat in dies, irascebatur contra eos quos flere audiebat propter futuras ei temptationes, atque dicebat: quid fletis et contunditis cor meum? ego enim non solum ligari, sed ^{1^o 105} et mori pro domini nostri Iesu Christi nomine paratus sum. ^{2^o Ap. 21, 13}

Ista omnis apostolorum chorus faciens <patiens>que permansit, hæc qui post illos fuerunt ueritatis athletæ, hæc sunt etiam multi qui pro pia religione sentiant atque perficiant. non enim nos omnino deseruit illa [autem] gratia quæ cernit desuper uniuersa, dereliquit autem nobis dominus semen, ut non similemur Sodomis et Gomorris, et est opera etiam <eius> per misericordiam saluatoris aurea grana in botruo cernere, quæ circa imaginem prophetica benedictio domini nominantur, et spicas non duas ¹⁰ 1^o 65, 8 aut tres, sed multa milia solida in ualle radicata et uberes, oliuas quoque non quattuor aut quinque tantum, sed numero plures super extremitatem plantatas montis excelsi, quæ ab inimicis furantibus auferri non queant. hæc enim tropice propheta sanciu it de his quos pietas nutrit, qui diuinum depositum minime prodiderunt, sed intemptabile atque incontaminabile seruauere. scit dominus qui sint eius, et adest precum firmator ¹⁵ et excitat laborem sua propugnatione <et> leuigat clamore: non te deseram neque ^{Hebr. 13, 5} derelinquam; et adhuc loquente <te> dicam »ecce adsum«. ecce ego uo- ^{1^o 58, 9} biscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi et confi- ^{Mt. 28, 30} dite, ego uici mundum et sufficit uobis gratia mea. uirtus enim mea in ^{M 817} infirmitate perficitur. ob hoc enim quia inpugnati et multa undique sagittarum ^{Ioh. 16, 33} milia excipientes neque fugiebant neque cadebant, sed fortiter stabant et habebant immo- ^{2^o Cor. 12, 9} bilem mentem, <ob> hoc ipsum ait amplius prædictam eis regni uirtutem. expedientes enim sagittas inpugnabant aduersus nos et lapides ac lanceas ** meos non deiciunt milites. hoc igitur audientes uerbum contra insurgentes molestias hæsitare non conuenit, sed fortiter stare hereditatemque paternam inadibilem furibus custodire et super- ²⁵ num custodire nutum. ueniet enim quandoque qui uenturus est, et non tardabit et athletas proprios coronabit. credimus uero quia et gregem suam, quæ diuisa est, celeriter uniet, et pascit nos continuo et non sinit fieri sicut in principio, quando non erat nobiscum, et eos qui errauerunt, conuertet et languentes saluabit et salutem custodiet in- ⁶ columibus. confidite igitur uos, qui estis piæ religionis peculiare nutrimentum, et ³⁰ 1^o 106 uestram ipsorum salutem operamini, ad uirtutes animi inuicem prouocantes et diuinas leges ad memoriam reducentes deprecantesque deum ut hanc caliginosam nubem pinguem- que dissoluat et omnibus lumen ueritatis ostendat et doceat uniuersos quia impassibilis et immutabilis est trinitatis natura secundum sanctorum patrum doctrinam qui Nicæam conuenerunt, dicentem: eos enim qui dicunt »erat aliquando quando non erat«, et »ante- ³⁵ quam nasceretur, non erat«, aut quia ex non extantibus factus est uel ex alia <qua>- cumque subsistentia, dicentes esse uertibilem aut mutabilem filium dei, hos anathematizat sancta catholica ecclesia. qui ergo diuinæ naturæ passionem apponunt, eam uertibilem dicunt atque mutabilem; mutatur namque ac uertitur quod se aliter atque aliter habet.

2 qui M	ei Lupus ex M	atque dicebat dupliciter scripsit M	3 contunditis scripsi
confoditis M	5 patiens addidi	6 pro pia Lupus propria M	sentiant M
autem deleui	8 similetur M	9 eius addidi	11 ualde M
14 intemptabilem M	15 incontaminabilem M	precum firmator scripsi	preconfirmator M
16 excita M	et addidi	17 te add. Lupus	18 consummatione M
20 inpugnatis M	22 ob addidi	ei M	23 lacunam statui e. g. supplendo iaculantes, sed
lapides, ait, et lanceæ	28 in Lupus tu M	29 nobiscum scripsi nobis M	saluauit M
saluem M	30 pia M	periculiare M	32 nubem Lupus nauem M
36 factus] peractitus M	36/37 alia quacumque	Lupus aliacumque M	34 nature M
			37 supsistantiam M

qui autem uertibilem dicunt atque mutabilem, sub patrum maledictione sunt sanctorum. si enim quod impassibile est naturaliter, tulit uertibilitatem mutabilitatemque sustinuit, quod autem conuertitur ac mutatur, iam non est inconuertibile neque immutabile, Mal. 3, 6 **quomodo igitur per prophetam deus exclamat: ego sum, ego sum, et non mutabor? si ergo et deus semet ipsum immutabilem uocat et beati patres huic uoci obœdientes anathematizant hos qui hunc uertibilem atque mutabilem uocare præsumunt, quis ita propriam salutem despiciat ut et aduersa alleget contra deum et his qui subtiliter <de> diuinis edocti sunt, aperte repugnet? oportet igitur credere in patrem et filium et spiritum sanctum, et patrem quidem, qui non sit ex aliquo alio nec existendi causam ab aliquo habeat, filium uero ex patre quidem genitum consempternum, <non> tamen 10 eum qui hunc genuit, existentem. et nulli hoc uerbum absque omni persuasibilitate Hebr. 1, 3 uideatur. nam sicut filius quidem, genitus est ex patre, sicut uerbum uero et splendor gloriæ, consempternus est patri, et est quidem sicut filius, ex patre, sicut uerbum, in patre, sicut autem splendor, cum patre, sicut uero considens una cum patre **. identidem credimus de spiritu sancto, quem nos dominus docuit ex patre procedere et 15 Cor. 2, 12 apostolus tradit dicens: nos autem non spiritum mundi accepimus, sed spiritum qui ex deo est. credimus igitur unam esse patris et filii et spiritus sancti Lp 107 diuinitatem, unam dominationem, unum regnum et potestatem atque consilium in tribus M 818 proprietatibus siue in subsistentiis agnoscendam. at uero illis relinquamus minus et maius, qui ea quæ infinita sunt tamquam per linguam pensare præsumunt; nos autem 20 unam trinitati offeramus adorationem. præcipimur enim sic honorare filium sicut adoramus et patrem, et in honore spiritum sanctum patri et filio connumerare sumus edocti.

7 Tanta nobis ad præsens <de> diuinæ naturæ deiloquio dicta sint; sicut docens enim, non sicut disceptans, feci sermones et doctrinam fratribus, non inimicis offerimus. 25 de dispensatione uero credere conuenit quia unigenitus dei filius, deus uerbum, qui ante sæcula est, propter nostram salutem incarnatus est et inhumanatus et habitauit in nobis et factus est caro, non uertibilitate diuinitatis, sed assumptione humanitatis. forma enim dei existens, formam serui accepit et in terra uisus est per humanam naturam et Ioh. 2, 19. 21 cum hominibus conuersatus est, propter quod etiam templum uocat assumptam naturam, 30 differentiam eius qui accepit, ad id quod assumpsit, ostendens et quia hoc quidem deus est, illud uero templum, utrumque autem unus Christus, unus dominus, unus filius unigenitus et idem primogenitus. hoc enim nos etiam beatus Paulus edocuit dicens: unus 1 Cor. 8, 6 dominus Iesus Christus, per quem omnia; et in epistula ad Hebræos: Iesus Hebr. 13, 8 Christus heri et hodie ipse et in sæcula, et alibi: unus dominus, una fides, Eph. 4, 5 unum baptisma. et patres autem qui in Nicæam congregati sunt, inquirunt: et in unum dominum Iesum Christum filium dei. quos sequentes, unum quidem Christum et dominum confitemur filium dei, in ipso uno autem duas naturas agnoscimus et nouimus unum eundemque recentem et sempiternum, ex Abraham recentem secundum humanitatem, æternum <ex deo> secundum diuinitatem, passibilem circa id quod uisibile est, 10 impassibilem circa inuisibilem naturam, ex deo, quia deus est, ex Abraham, quia homo est. sic unum filium confitentes, agnoscimus quæ cuiusque naturæ sunt propria.

2 tulit *scripsi* extulit *M* mutabilitatemque *M* 4 lacunam statui e. g. supplendo deus est
conuertibilis et mutabilis 7 alleget *M* 8 de *addidi* 10 non *addidit* *Lupus* 12 sicut
Lupus sic *M* 14 lacunam statui supplendo consempternus patri 20 quia *M* 21 præ-
cipimur *Lupus* peipimus *M* 22 in honore *scripsi* monet *M* 24 de *add.* *Lupus* dicta sunt
Lupus dicti sunt *M* 30 uocat assumptam *scripsi* uocatus sumptam *M* 36 ba- *M*
39 sempiternam *M* 40 ex deo *addidi* 42 proprie *M*

8 Hæc uobis iterum, uelut in summa, de dogmatibus pietatis scripsimus; direximus autem uobis et ea quæ a nobis ad monachos sanctissimos scripta sunt, et diuinorum dogmatum latius opus habens et claram contrariorum conuisionem. super hæc autem Lp 108 direxi uobis [amatrici dei] lectionem ** et amatrici dei congregationi, et ea quæ ad deo amicissimos episcopos a nobis dicta sunt, qui discere uoluerunt quæ sit eorum quæ 5 mouentur causa; petierunt enim a nobis, hanc eis manifestam statucremus et claram. si uero uacare potuero, et ea quæ de sancta trinitate et de diuina dispensatione olim a me scripta sunt, dirigo uobis, non ut satietatem uobis faciam diuinorum, sed ut accendam desiderium uestrum ardentiusque perficiam. potens uero est deus omni uos implere sapientia spiritali et quod deest, ex magistrorum interpretationibus adimplere, ut etiam 10 dicat ipse de uobis: oues meæ uocem meam audient, et cognosco eas, et uos Ioh. 10, 16. 14 ei respondeatis: dominus regit me, et nihil mihi deerit. Ps. 22, 1

Epistula sancti Acacii Berœensis episcopi antiquissimi et illo iam** tempore sacerdotis, Lp 109 M819 qui etiam confessor Arrianorum temporibus fuit, cuius et scriptas contra beati Cyrilli capitula litteras approbavit Theodosius imperator scribens ad synodum quæ 15 in Ephesum congregata est, per Iohannem comitem largitionum, sicut supra ostensum est, cui etiam in ipsa discordia posito et sedes apostolica et beatus Cyrillus cum magna ueneratione rescripsit ep. 40

Domino meo sanctissimo et deo amicissimo fratri et comministro Alexandro Acacius. CXXX [41] Sicut pridem nuntiaui religiositati tuæ, peruenit huc dominus meus per omnia sanctissi- 20 mus Iohannes episcopus cum deo amicissimis episcopis Alexandro Apamiæ Arc' elao Theodoreto Thalassio Eustathio Mari et Maru et nuntiauerunt quæ dicta sunt et quæ acta postquam euocati sunt a religiosissimo et deo amicissimo imperatore nostro in Chalcedonam, quæ talia sunt, ut ea nequeat complecti oratio. omnem namque linguam superant ad loquendum quæ per concinnationem diaboli dicta <et acta> sunt. dis- 25 cussione uero facta coram piissimo et deo amicissimo imperatore nostro inter partes utrasque, dum omnia piissimus imperator cum Orientalibus sentiret ac diceret, multa pecunia, quam dedit Cyrillus, pro peccatis nostris obruit ueritatem. nam postquam Lp 110 mortuus est Scholasticus eunuchus, piissimus imperator res eius inquirens et aurum, quod reliquerat infinitum, inuenit ypomnisticum continens quia multas auri libras 30 acceperit a Cyrillo. hoc uero aurum tradebatur a Paulo quodam filio fratris Cyrilli Alexandrini, qui illic comes erat consistorianorum, præter alia munera quæ in uariis speciebus diuersis sunt oblata personis. depositio uero Cyrilli et Memnonis fuerat confirmata, et ut prædicaretur quoque, conuenerat; et sic tempus inueniens, dum custo- directur in Epheso, fuga est usus. Maximianus uero, qui in Constantinopolim est 35 ordinatus episcopus, Orientalibus in Constantinopolim non permisit intrare. cognouit autem religiositas <tua> sicut oportebat agnoscere; uidens enim multam turbam mo-

7 Theodoret. ep. 113 p. 1191 Sch. ἑτέρα δὲ περὶ θεολογίας καὶ τῆς θείας ἐνανθρωπήσεως

31 Paulus erat Cyrilli sororis filius cf. Act. Chalced. L IIII 406 = M VI 1021

3 habens scripsi habentes M 4 [amatrici dei] lectionem scripsi amatrici dilectionem M lacunam statui e. g. supplendo quam exposui ei quæ habita est Antiochiæ sanctissima a M 7 uacare Lupus uocare M

13 acacius M berensis M totam fere lineam uacuum relinquit M; suppleuerim e. g. plus centum annos habentis 14 quo M 15 capituli M 16/17 offensum M 17 sedis M 22 eustasio M 25 et acta addidi 29 scolasticus M cf. p. 50.1 32 uariis Lupus uris M 33 deposito M 35 maximianum M 36/37 cognouit—agnoscere] ad litteras Alexandri alludere uidetur 37 tua om. M multa turba M

nachorum piissimus imperator, ualefecit episcopis, satisfaciens eis. in angustia igitur nimia sunt quæ ad ecclesiam pertinent, et ad saluandum dei omnipotentia indigent
 M 820 atque remedio. qualiter uero hi qui ad nos a uobis uenerunt, consolati sint cum multitudine quæ pariter uenit, et quomodo nos fuerint consolati prædicti religiosissimi episcopi, reuerentissimus Patricius diaconus edocebit.

Omnem quæ tecum in Christo est fraternitatem plurimum salutamus.

Lp 111 Epistula quam præfatus Irinæus dixit a beato Theodoreto episcopo Cyrri ad Candidianum comitem domesticorum ante pacem missam

CXXXI [42] Propter multa et ipsam memoriam Ephesi odio habens, gratias ei de una re ago præcipua, quia manifestam nobis fecit animam tuam, quæ est plena uirtutibus. sicut 10 enim athletas luctamina et equos currendi certamen et aurigas currus ostendit et aurum cotes, utrum probatum sit an adulteratum, ipsa <specie> discernit, sic et illa ciuitas et illa uehemens tempestas et densi atque crebri fluctus et diuersi atque contrarii flatus stabilitatem uestram et fortitudinem firmitatemque pro iustitiæ partibus ostenderunt et feruentes dilectores nos uestre magnitudinis effecerunt. ob hoc Epheso gratias 15 agere cogor, in qua illud pessimum naufragium sustinimus, in qua ecclesiæ membra contra inuicem seditione armata sunt et unum corpus incisum est et mala illa sunt perpetrata, quæ taciturnitate sunt digna. quæ plus a nobis tua scit magnitudo; unde et de sanctissimo ac deo amicissimo episcopo et comministratore nostro Theofanio scribens, uerbis non egeo longis. et ipsum namque manifeste nouit magnificentia 20 uestra et scit iniustitiam quæ præsumpta est contra eum. quia igitur et auersamini et odistis eos qui talia commiserunt, linguam pro manu porrigite et suadete illos qui habent huius sententiæ uim, extinguere tandem flammam quæ male succensa est, et restituere male pulsas ecclesias et sistere risum qui contra nos est pietatis aduersariorum.

Lp 112 M 821 Epistula sanctæ memoriæ uiri Andreæ episcopi Samosatæ ciuitatis ad Alexandrum 25 episcopum Hierapolitanum de Rabbula episcopo Edesseno, qui se ab Orientali synodo separauit

CXXXII [43] Hi qui pro recta fide laborant, scripserunt mihi ab Edessa quia Rabbulas apertissime declinavit a dogmatibus ueritatis et persequitur rectæ fidei defensores, ita ut Theodorum quidem beatum rectæ glorificationis magistrum præsentem anathematizaret 30 ecclesia et multa milia contra eum diffunderet, anathematizaret uero et illos qui ea quæ illius sunt, legunt, insuper et qui illa quæ scripsimus, et quicumque habent et non portauerint ad combustionem Theodori codicem, et eos qui præter illa quæ Cyrilli sunt, sapiunt. dicitur autem et prædicare quod una tantum natura sit Christi, et expellere ualide hos qui aliquid aliud dicunt. superflue igitur, ut apparet, definitiones effingimus, 35 qui per taciturnitatem proditores ueritatis efficimur. et festiuitas quidem quæ sistit in ianuis, nunc conuenire nos prohibet; rogo uero ut mihi tua probitas indicet quæ oportet dicere uel agere super his, et priusquam nos conuenire contingat. amici enim qui persecutionem sustinent, interrogant nos si oporteat iam scissionem fieri et ostendi fiduciam

3 remedia M malim colloqui
 8 misam M 11/12 ostendit — cotes scripsi et aurum cutis ostendit et M 12 adulteratum
 scripsi adalterantium M specie addidi 12/13 ciuitas illa ciuitas M 21 aduersamini M
 25 memoriæ uiri] mm u M 26 trabbula deseno M 30 presentes anathematizare M
 35 definitiones scripsi dñs M et fingimus M 39 interrogat M

quia circa ea consilium ** minime id nunc usque fecerunt. mihi autem rationabile uidetur ut qui ipse fiducialiter impie agit et omnes abiurauit Orientales, et nos contra eum clare pugnemus; si uero essent quidam fortes, et illud aliud fieri debuit. et mihi quidem uidetur quod a Constantinopolim suscipiens litteras, quas nunc usque sustinuit, erupisset et impietatem, quam olim conceperat, clarissime peperisset; nobis uero tutum, sicut arbitror, non est ut de talibus ulterius taceamus.

Synodicum decretum Iohannis Antiocheni episcopi et reliquorum ad episcopos Osroenæ Lp 113 M822
prouinciæ contra eundem Rabbulam Edessenæ ciuitatis episcopum

A multis et dignis fide uiris subtiliter et integre didicimus quia honorandissimus CXXXIII [44] Rabbulas et Edessam perturbat et omnes qui uicinas prouincias habitant, apostolicæ 10 fidei ualde contraria perpetrans, et eos qui recte sapere elegerunt, uertit in fugam et multa molitur contra orthodoxam fidem. unde compulsi sumus, hæc discentes a plurimis, uestræ religiositati epistulam destinare, ut si uera sunt ista quæ hic diffamantur a pluribus, immunes uos ab eius communione seruetis, donec eum euocantes ad nos et integre discutientes quæ ad eum pertinent, aut ignoscamus satisfacienti aut con- 15 uictum subdamus sanctionibus regularum. oportet enim uestram deoamabilitatem in fidei causa uti fiducia qua et præter litteras nostras uestra sanctitas utique uti poterat, quippe quæ in diuinis legibus ante conscripta est.

Omnem fraternitatem quæ uobiscum est, ego et qui mecum sunt, plurimum salutamus.

20

Ypomnisticum Theodoretī ad Alexandrum metropolitanum

Lp 114

Venientibus quibusdam qui et præsentēs se fuisse ipso tempore in Tyanensi ciui- CXXXIII [45] tate et hæc uidisse confirmauerunt, cognouimus quia Firmus subtrahens aliquos qui erant de prouincia sua, cum multitudine uenit super deo amicissimum episcopum Euthereum et quendam ex assessoribus ordinauit et quia magnificentissimus comes 25 Longinus Isauros ad auxilium sanctissimi episcopi Eutherii destinauit, et portas quidam ciuitatis ad eos qui contra episcopum uenerant, ciues fraudulenter <aperuerunt>; dum ergo ingressi fuissent, subito uniuersi superuenientes tenuerunt et ipsos et eum qui ab eo, id est Firmo fuerat ordinatus. at uero ipse qui ordinatus est, negauit ordinationem suam, dicens et contra uoluntatem se ordinatum fuisse et non acquieuisse, ita 30 M 823 ut mox se indueret chlamydem et in theatrum uadens spectaret ludos; aliqui uero qui cum ipso erant, fugientes ad Nazianzum peruenerunt. hæc agnoscens, multo dolore atque angustia sum repletus, cogitans ecclesiarum quæ ubique sunt, perturbationem et procellam solam et per omnia pessimam. oret igitur sanctitas tua et dominum deprecetur ut extinguat hanc ualidissimam tempestatem et uel modicam serenitatem 35 donet ecclesiis. quæ uero et contra deo amicissimum episcopum Dorotheum Marcianopolitanum temptauerint aduersarii ueritatis efficere, et ex ipsis agnosces, domine, quæ ab eo <ad> amatorem Christi regiæ urbis populum per epistulam dicta sunt. huius enim rei gratia nobis ab aliis directum exemplar earundem litterarum tuæ sanctitati direxi.

1 lacunam statui e. g. supplendo ceperunt, sed 6 taceamus *Lupus* faciamus *M*
7 ihī *M* osrome *M* 10 rabbulus *M* 16 regularum *scripsi* regulam *M*
21 yponisticum *M* 22 qui et *scripsi* et qui *M* 24 uenit *Lupus* uidit *M* 26 Isauros
Lupus his auros *M* quidem *M* 27 aperuerunt *addidi* 31 expectaret *M* 32 naziazan *M*
33 ecclesiarum quæ ubique sunt = τὰ τῶν ἐκκλησιῶν πανταχοῦ 36 uero et *Lupus* ei uero *M*
38 ad *add. Lupus* epistolam *Lupus* ἐπὶ *M*

Lp 115 Epistula Dorothei metropolitæ missa ad populum Constantinopolitanum

CXXXV 1 Reuertente reuerentissimo Martino compresbytero suscepimus a uestra caritate
[46] litteras et colligentes nosmet ipsos in idem et legentes eas, confusi sumus immodice,
colligentes quia in tali tempore multorum milium charismatum plena et amica dei nauis
uestra piorum sacerdotum siti nunc æstuat, ita ut nonnulli quidem uestrorum catichumeni
de hac uita exierint, alii uero <in> uita desiderantes ultima communionis iudicium, in
ipso uitæ termino id non potuerint obtinere, eo quod auersarentur communicare cum
inpiis, sed sic ad dominum migrarint. uerumtamen nostræ fidei nobilitatem recordati,
quam didicimus a prioribus temporibus, ad gratiarum actionem conuersi sumus, omni
tribulatione deposita, quia et ille iustus iudex, cum sit etiam clemens et omnia nostri
propositi nouerit, etiam sola uoluntate contentus est et ad nostram sæpe intentionem
mensurat diuitias misericordiæ suæ ac fontem propriæ largitatis. uerumtamen
uestræ caritatis epistulam non nos soli cognouimus, sed etiam legi eam Christo amicis
plebibus cum litteris Orientalium deo amicissimorum episcoporum coram ecclesia fecimus
communemque orationem cuncti pro uestra stabilitate ac fiducia, quæ secundum deum
est, cum compunctione cordis et lacrimis obtulimus domino Christo, ut ad summa
ecclesiæ gubernacula in tempestate hac maxima deprecantes. sed his ita gestis a
nobis in domini corde, nequam dæmon stimulatus de his quæ ab omnibus pariter ex
dilectione atque affectu sincero fiebant, præparauit ut superueniret ad ciuitatem nostram
cum magnificentissimo et gloriosissimo magistro militiæ Plintha Saturninus quidam,
qui diffamabat semet ipsum ab apostatis et præuaricatoribus episcopum fuisse ordinatum
nostræ metropolis, qui et per uiolentiam capere hanc studuit patrocínio uiri prædicti;
sed spiritus armati uirtute populi nostri imitatores uestræ in Christo fortitudinis facti
sunt. omnia enim reliqua in præsentī postponentes, intus intra sanctæ ecclesiæ septa
psalmis et ymnis et canticis spiritalibus semet ipsos armantes, michanismata aduersarii
omnia et Saturnini artes et concinnationes eorum qui ei patrocinebantur, telam ara-
neorum ostenderunt. præparauerunt <enim> semet ipsos ante de uita exire quam
nequam et impium suscipere pseudoeπισcopum, maxime cognoscentes quia unam domini
et saluatoris nostri naturam prodigiose denuntiet, alteram negans. si enim, sicut
putat, una natura est, necesse est eam aut mortalem esse aut immortalem, et si mortalis
est hæc circa eorum impiam factionem, igitur deus uerbum passibilis atque mortalis
est; si uero hanc impassibilem dicunt, clare circa illos Christianorum gloria est conuicta
et salutaris baptismi eueritur donum. ad quid enim iam pertinebit quod apostolus
ait: quicumque in Christum baptizati sumus, in mortem ipsius baptizati
sumus. consepulti enim sumus ei per baptismum in mortem? ubi uero est
et id quod scriptum est: si complantati facti sumus similitudini mortis
eius, sed etiam resurrectionis erimus? propter ista igitur simili zelo reueren-
tiæ uestræ motus nostræ ecclesiæ populus festinauit non deserere uestra uestigia. unde
et elementis dei gratia effulgens super nos hoc præparauit ut omne inimicorum conamen
fumi uice dissolueret; ipse autem Saturninus, sicut uenerat, ita discessit. his igitur
ita factis et dum uellet prædictus uenerabilis presbyter Martinus propter uos ad regiam
pergere ciuitatem, iustum esse arbitrati sumus per has humiles litteras nostras hæc ipsa

Lp 116 }
M 824 }

Rom. 6, 3, 4

Rom. 6, 5

1 misse M	2 suscepimus M	4 multo M	5 nrorum M	6 in addidi	7 aduersa-
rentur M	12 fonte M	19 affectus M	20 saturninus M	25 plasmis, in mg. psalmis M	
25 saturninus M	qui ei scripsi	quieti M	27 enim addidi	exire dupliciter scripsit M	
28 unum M	34 morte M	35 eius M	36 sicut plantati M	38 deserere Lupus deten-	
dere M	39 omnem M	40 saturnius M	41/42 ream pergeret M		

sicut dilectis uobis innotescere et rogare amicam Christi dilectionem uestram ut reaccen-
dentes post pium zelum ad deum pium desiderium circa patrem uestrum coepiscopum
nostrum, habeatis huius quidem sine obliuione memoriam uos, qui per ea quæ docuit
ac docet nunc usque, dum leguntur, semper iuuamini. permanete uero sanæ con- Lp 117
fessionis patrum qui in Nicæam congregati sunt, absque omni simulatione clamantes : 5
credimus in unum dominum Iesum Christum filium dei unigenitum, ex patre natum
ante omnia sæcula, consubstantialiæ ** nobis quippe ut ex semine Abraham et Dauid
circa humanitatis naturam. neque enim quiescemus umquam dicere duas naturas
in filio, licet non uideatur heredibus impiæ culturæ Apollinarii, qui dignus est exuri,
eundem tamen confitentes creatorem operatoremque uniuersorum secundum deitatis 10
rationem et <ex> spiritu sancto et Maria uirgine secundum humanitatis fructum, im-
passibilem et immortalem secundum deitatem, passum uero fuisse atque <mortuum> M 825
secundum humanitatem. hæc incessabiliter meditamini, in his permanete, ut pro- 1 Tim. 4. 15
fectus uester manifestus in omnibus sit. rogamus autem uos, o amice dei grex Christi,
quo per orationes ac deprecationes supplicetis domino Christo ut quantocius huic totius 15
orbis terrarum increpet tempestati et profundam nobis ecclesiarum pacem donet.

Alia epistula Theodoretī ad populum Constantinopolitanum commendaticia Lp 118

Quantum nos anxios facit error eorum qui rectam uiam dereliquerunt, tantum lætifi- CXXXVI [47]
cat uestre deoamabilitatis feruens zelus pro euangelica fide. inuenimus enim et beatum
Paulum dolentem quidem nimis de insania inimicorum, reanimatum tamen de ueritate
fidelium; unde et Timotheo scribens et tristitiam quam de illis habebat, reuelauit et 21
refrigerium quod de istis, inquit: nosti quod auersi sint a me omnes qui sunt 2 Tim. 1, 15-18
in Asia, quorum est Philetus et Hermogenes, et ostendens factam sibi post cf. 2, 17
illam angustiam diuinitus consolationem, mox superadiecit et hæc: det dominus
misericordiam Onesiphori domui, quia sæpe me refrigerauit et catenam 25
meam non erubuit et ueniens Romam studiosius me quæsiuit et inuenit.
det illi dominus inuenire misericordiam a deo. maximam igitur et nos
habemus consolationem deoamabilitatis uestre deuotionem, et firmitas fidei uestre
dissoluit tristitiam nostram, quam parit hiems quæ comprehendit ecclesias. unde
etiam sæpius scribentes festinamus etiam ** sanctam lectionem uestram et indicamus 30
quia nos nocte ac die pro pietate labores suscipimus et speramus non nos prodituros
usque ad mortem doctrinam traditam nobis a sanctis apostolis. adtestantur uero
his litteris et domini mei sanctissimi et deo amicissimi episcopi Iohannes et Petrus et
Eliseus et Alfius et Iephthahe, qui elegerunt expelli ab ecclesiis sibi commissis et multa
milia luctuum species sustinere quam prodere apostolicam hereditatem. confidentes 35
igitur quia non sustinebimus despicere ut uel una syllaba doctrinæ quam percepimus
corrumpatur, state in fide, uiriliter agite et confortamini. omnia uestra in karitate
fiant, et deus pacis erit uobiscum.

1 amicū M 4 legitur M permanete *Lupus* permanet tu M sana et M
7 lacunam statui supplendo patri circa deitatis naturam, consubstantialiæ 9 hēditibus M dignus
est exuri *Lupus* dignus est exoriri M 10 eundem *Baluse* et unde M 11 et ex *scripsi* et M
c *Lupus* 12 mortuum *addidi* 13 permanente M 13/14 prouectus M 15 per orationes *scripsi*
operationes M
17 commendaticias M 19 urā M 23 factum M 30 scribentes M spatium V litt.
uacuum reliquit M, conieci e. g. hæc adferre ad 31 labore M laborem *Lupus* 33 iohis M
34 elegerunt *Lupus* et legerunt M 36 una syllaba *Lupus* anasinaba M

Lp 119 Epistula Iohannis Antiocheni episcopi ad Helladium Tarsi episcopum, quando allata sibi Maximiani synodica noluit eius nomen in diptycha recipere

CXXXVII[48]

Ps. 11, 9

M 826

Condelector tuæ religiositati, quæ sic clare pugnavit; in circuitu namque ambulantibus impiis, uestra effulsit ecclesia. non enim pacificæ ramum portabant oliuæ qui uenerant, sed sanguinem et mortem insatiabiles requirebant; unde defendentes in omnem prædicabimini orbem terræ et claritatem uobis uniuersa sæcula non deducunt. tales enim sunt piorum fortes animi, ut facile uniuersa deponant quam pro fidei possessione certamen, quo quicumque damnificati fuerint, nihil eis prodest, etiamsi totum mundum lucrentur circa domini uocem; qui uero lucrati hoc fuerint, heredes quidem æternæ sunt uitæ, obtinentes possessionem qua nihil dignum est eorum quæ præsentia sunt ** nisi futura tantum et quæ parata sunt piis his qui paruo quidem tempore habent pro pia religione fiduciam, in illum uero qui absque senecta et sine fine est ordinem mutabuntur.

Lp 120 Item epistula Iohannis Antiocheni episcopi ad clerum et populum Tarsensis ecclesiæ, quando personuerat quia imperator iussisset ut inde pelleretur Helladius, eo quod minime suscepisset Maximiani episcopi Constantinopolitani synodica

CXXXVIII

[49]

Fama quædam nouelli facti contra ecclesiam uestram significata nobis etiam nuntiata est. siue autem fama est siue res, quæso reuerentiam uestram, quæ bene ac magne inchoauit pro Christi fide certamina, fortiter propugnare et fabellam arbitrari ipsam facti quæ contra uos nuntiata est nouitatem. talia enim nouit quidem [ex] dextera dei dissoluere, scit uero et egregius animus irrisione digna monstrare. unde rogo uestram in Christo karitatem neque corpore neque anima præter illa quæ olim nobis cognita sunt, aut sapere aut in consilium sumere. uult enim deus ut ex nulla re quæ apud homines uel tristifica est uel suauis, occasionem proditiōis fidei faciamus. nam si hæ quæ uentilantur causæ dissidii, de sedibus aut præsidatibus essent et non de piis impiisque dogmatis, forsitan haberet aliquam ueniam remissio animi; si uero confessionis est tempus, quæso ut fidem solam omnibus præferamus, in qua et spem salutis habemus, pro qua hi qui ante nos fuerunt, et uitam despexerunt et mortem, neque ad patiendum quodlibet hæsitantes neque ad egendum. ne appareat inter uos aliquis qui quod commune, prodat in animæ suæ damnationem; magis autem ne quis appareat in ecclesia uestra qui non sit pietatis defensor, et putans bonum esse segnitiam (deceat enim et amicum deo esse), ut omnis qui apud uos, festinet unusquisque in ordine suo et ætate ostendere fortitudinem pro pietate religionis ad deum et sacerdote sancto <et> pro ciuitate, ut quod est magnum, dixerim, quæ Paulum protulit illum quem nullum periculum a Christi karitate seiunxit, quamuis uel sic famam uanam ea quæ dicuntur esse noscamus.

Rom 8, 35

M 827

1 ih̄i M	6 deducunt M	8 certamen scripsi cra et M	9 lucretur M	10 qua
Lupus quia M	11 lacunam statui supplendo sed non habent in præsentia			12 pro pia Lupus
14 iohi M	tarsensi M	18 quæso reuerentiam scripsi q fore uere initium M		
19 fabellam scripsi fauilla M	20 ex del. Lupus	22 anima Lupus alia M	23 ex ut ex M	
25 hæ quæ scripsi ēq M	27 fidem q̄ M, sed q̄ puncto deleuit	sola M	proferamus M	
spe M	29 quolibet M	31 defensor pietatis defensor M	32 festi M	33 pro pietate
Lupus proprietate M	et add. Lupus	35 si M		

Epistula Iohannis Antiocheni episcopi ad Alexandrum Hierapolitanum de Aristolao, quem pro pace facienda misit Theodosius imperator ad eundem Iohannem et Cyrillum Alexandriae patriarcham cum epistulis suis, per quas modis omnibus inter eos pacem fieri iussit.

Qui me uocabit ad Constantinopolim, iam in ianuis est mirandissimus tribunus CXXXIX[50] Aristolaus. si autem in nostra fuerit potestate ire uel non, responsione congrua opus 6 est et quæ communi deliberatione descenderit; si autem uiolentum sustinuerimus aliquid, uel hoc nobis eueniat ut ualedicamus ad inuicem, licet nostrum corpus ita sit fragile, ut si multis milibus contra me necessitatibus abutatur, uiam assumere possibile non sit. scriptum mihi est enim ab aliquibus amicis ac propriis quia et in uiam mihi dolus inter- 10 fectionis compositus sit, si passus fuero iter assumere. hæc autem agnoscens, quæso ut post collectam quæ hoc tempore Cyrri fieri solet, simul cum domino meo deo amicissimo episcopo Theodoreto et his quoscumque reppereris, aduenire absque mora digneris. ea enim quæ ad fidem pertinent, si cum fastidio cœperint agi, ad extrema peruenient, dum quid sim responsurus, ignorem; propositiones uero quæ nunc adferuntur, aperte 15 sunt impiæ. nam Cyrilli quidem capitula obumbratam habent incongruitatem; nunc autem qui potestatem obtinuerunt inimici dei, proponunt anathematizandos esse Lp 122 hos qui dicunt duas naturas, quod nec ipse qui primus stat illorum Cyrillus dicere clare præsumpsit. uolo autem ut dum ueneritis, quasi sub occasione honoris domini mei magnificentissimi et gloriosissimi magistri militum ueniatis; nam et ipse præceptum 20 habet ut nobis uiolentus insistat de his ipsis inoptabilibus propositionibus.

Hæc autem scripsimus per reuerentissimum presbyterum Heliam. omnem quæ tecum est fraternitatem plurimum salutamus.

Ypomnisticum imperatoris Theodosii ad Acacium episcopum Berœæ

Lp 123 M828

Hoc fuit a principio tuæ reuerentiæ opus ut orthodoxia maneret et insuper 25 CXL[51] augeretur. iam enim et ante hoc tuo labore ac nisu disiuncta membra catholicæ ac ueræ fidei bene coniuncta sunt, et nunc, quia diaboli cuiusdam nequitia et non simplici neque regulari doctrina semina discissionis unitis et unum idemque sapientibus sparsa sunt, uirtutem te recipere hortor illam quæ omnibus nota est, ut simul orationibus ad deum et circa sacerdotes consiliis colligere quæ partita sunt, atque coniungere quæ nec 30 iuste nec sancte in pugnam sunt uersa, festines. crit uero, ut arbitramur, hoc facile tuæ sanctitati, si reuerentissimum Iohannem Antiochenorum episcopum non contendere neque insistere humanæ uoluntati siue errori fueris exhortatus, magis uero institeris ut ab illo recedat, contra cuius adinuationes nouitatemque doctrinæ uniuersi certantur. decet enim ut in hac senectute et hoc certamen tua religiositas exequatur, quod dum 35 perelaboraueris, etiam eorum quæ olim fortiter peregisti, prædicaberis uictor.

CXL Græce extat in A 103 [Abhdlg. d. Bayer. Akad. XXX 8 p. 60]

1 iohi M	2 que M	3 patriarcha M	quas modis Baluze	qua synodis M
5 uocauit M	9 uiam scripsi uias mās M	11 hæc] ha et M	15 auferuntur M	
16 obumbrata M	17 anathematizando M	18 estat M	20 ipsum M	
24 accacium M	beroe M	26 disiuncta scripsi secundum	Γ diuina M	28 discissionis M
29 te Lupus et M	illum quem M	31 pugna M	arbitramus M	32 uerentissimum M
antiochie norum M	36 p̄dicaueris M			

Lp 124 Ypomnisticum ad sanctum Symeonem Styliten per eundem Aristolaum

- CXLI [52] Totam reuerentiæ tuæ uitam ad deum conuersam et ita te uiuere, ut possis habere fiduciam et circa nos eius conciliare propitiationem, integre intellegentes, necessarie ad has nunc sumus uenire litteras inuitati, ut rem quæ re uera ad diuinam prouidentiam pertinet, in hoc præcipue tempore festines, dicimus uero pacem quæ bene fuerat radicata, 5 firmari, litigium uero molitione cuiusdam diabolicæ malignitatis immissum præpares amoueri. bene autem nouimus hoc futurum, confidentes de tuæ orationibus sanctitatis et de instantia atque hortationibus ad eos qui fundare hanc poterunt ac reintegrare discissam. reuerentissimus enim Iohannes Antiochenus episcopus si subscribere eius depositioni uoluerit qui semina contentionis immisit, et patefecerit non se con- 10 sentire ipsi dogmati uocum nouitate insipientiaque præsumpto, discissorum membrorum rursus sequetur unitio, in hoc simul concurrentibus uniuersis. si enim fecerit hoc et reuerentissimo episcopo Alexandriae Cyrillo consenserit, cui et qui in Occidente et qui hic sunt et qui ubique, concurrunt, ea quæ olim diuina clementia cohærebant, nunc quoque iungentur. molestiam namque hanc et perturbationem superflua et 15 inutilis, magis uero et noxia ingenerauit illa doctrina, quæ depulsa <et> ab animabus nostris longe fugata, orationibus uestris requiescere nos, sicut de adiutorio dei confidimus. et reficere poterit. sic enim nos dissen(sio quæ nunc est, et conten)tio perturbat, ut hanc et primam causam eorum quæ dure contingunt, esse putemus, sed confidamus Lp 125 quod secundum dei clementiæ arbitrium cuncta imperii nostri proficiant, si ecclesiæ 20 rectæque fidei membra coniuncta fuerint et unita. ad hunc effectum et optimum certare certamen, ut superes dæmonum temptamenta. deputabitur enim tibi et hoc ad maximum bellum fortissimamque uictoriam, qua obtenta, eris tui sequax, ea quæ professus es, agens. de quibus et confidens, esto deprecatus ut indesinenter intercessionibus consuetis nos nostrumque imperium atque omnes qui sub nostro princi- 25 patu sunt, deo commendes, quo nobis præcipue, qui conuenientem curam pro eius exhibemus pace culturæ, ipsius uirtute larga bona præstentur.

Lp 126 Propositiones quæ directæ sunt ab Acacio Beræensi episcopo per Aristolaum tribunum et notarium Cyrillo episcopo Alexandriae ex consilio episcoporum Iohannis Antiochiæ, Alexandri Hierapolis, Macarii Laodiciæ, Andreæ Samosatæ et Theodoretî Cyri 30 de pace facienda

- CXLII [53] Permanemus in fide sanctorum patrum qui Nicæam conuenerunt, quæ euangelicam et apostolicam doctrinam continet et additamento non indiget. manifestum uero eius efficit intellectum et sanctissimus ac beatissimus Athanasius episcopus Alexandriae atque confessor in epistula ad beatissimum et deo amicissimum Epictetum episcopum 35 Corinthi. permanemus igitur et in ipsa, tamquam integram interpretationem habente

CXLI *Græce extat in V 121 S 122 A 104 [L III 1086 = M V 281. 284]*

CXLII *Græce extat in A 105 [Abhdlg. d. Bayer. Akad. XXX 8 p. 60. 61]*

Cf. ep. 76, 3 et Theodoret. ep. 112 ἀπέστειλα τῆς τε τοῦ μακαρίου Ἀκακίου ἐπιστολῆς καὶ τῆς τοῦ μακαρίου Ἰωάννου [ep. 109] πρὸς τὸν μακάριον Κύριλλον γραφείσης τό ἴσον, ἵνα γινῶις ὡς καὶ περὶ συμβάσεως αὐτῶι γράφοντες τὴν τῶν κεφαλαίων τούτων κατηγορίαν ἐποιήσαντο

1 stilicum M	2 Totā me M	conuersum M	te scripsi et M	3 integre intellegentes Γ
integres gentes M	7 amouere M	11 discissorum M	14 concurrunt	Lupus currunt M
16 et addidi secundum Γ	animalibus M	18 dissensio — contentio scripsi secundum Γ	dissentio 11	
19 sed secundum Γ et M	26 quo scripsi secundum Γ	qui M		
28 accio M	30 laudocie M	31 paci M	35 epictetum M	

prædictæ fidei. quæ uero nuper superintroducta sunt dogmata uel per epistulas uel per capitula, tamquam quæ id quod est commune, turbantia, excutimus, contenti antiqua patrum legislatione et sequentes eum qui dixit: ne transferas terminos Prou. 22, 28 æternos quos posuerunt patres tui.

Epistula Alexandri Andreæ et Theodoreti episcoporum ad Helladium Tarsi episcopum, Lp 127 M830
sicut posuit Irinæus 6

Scientes quantam curam sollicitudinemque tua sanctitas habeat, necessarium CXLIII [54] duximus indicare quia intrauimus Antiochiam conuocati et inuenimus per diuinam gratiam non uera esse quæ fuerant diffamata, sed inimicorum ueritatis superfluum uerbositatem et araneis similem. habentes igitur de his quæ sunt agenda, consilium 10 et intuentes quod salua pietate etiam de pace oporteat cogitare, quasdam propositiones registrauimus et rerum composuimus modos, ut si quidem susceperint unam earum, suscipiamus eos in communionem, non consentientes his quæ contra sanctissimum episcopum Nestorium ab eis facta sunt, sed ipsum quidem sicut habuimus, habeamus, alios uero qui nostras propositiones susceperint, suscipiamus ad communionem pro 15 ecclesiæ pace. direximus uero et propositiones ipsas, ut agnoscat religiositas tua quia non negleximus dogmatis <acri>biam, sed curam fecimus competentem. ut uero et hoc tuæ religiositati manifestum faciamus, scito, domine deo amicissime, quia nos usque ad mortem pro pietate persistimus, uindicantes eas quæ nobis commissæ sunt greges. priusquam scripta est epistula, placuit ut una sex propositionum, quæ ueracissima 20 est et dogmatum collectionem tenet, proponeretur eis cum epistula beatissimi et sanctissimi Athanasii Alexandrinorum ciuitatis episcopi quæ scripta est ad sanctissimum Epictetum Corinthi episcopum, quam putamus habere tuam quoque religiositatem, quam resistens Apollinari hæresi scripsit sanctissimus prædictus episcopus, integre atque subtiliter apostolicam doctrinam exponens et interpret atus ea quæ exposita 25 sunt a sanctis patribus qui Nicæam conuenerunt.

Epistula sancti Acacii episcopi Berææ ad Alexandrum Hierapolitanum episcopum Lp 128

Rediit ab Alexandria non Aristolaus per omnia ammirandissimus et fidissimus CXLIII [55] tribunus atque notarius, sed nobilissimus magistrarianus Maximus, qui cum eo est. hunc enim direxit ad nos deferentem et ipsius litteras et sanctissimi episcopi Cyrilli. et 30 episcopus quidem qui Romæ est, unam ad me scripsit epistulam; Alexandria uero tres uel quattuor, ex quibus unius rescriptum tuæ religiositati direxi. si igitur possibile ep. 145 M831 est fatigari usque ad nos, facies [nos] bene; si uero, sicut scripsisti, nunc usque pedibus doles, inspiciens litteras deo amicissimi episcopi Cyrilli et cognoscens quanta usus sit acribia pro fidei causa, scribens ad nos acquiesce ad ea quæ nos rescribemus cum consilio 35 deo amicissimi atque sanctissimi Iohannis episcopi et Pauli ac reliquorum qui Antiochiæ reperti fuerint domini episcopi. ipsum uero rescriptum epistolæ cum meis litteris

CXLIII *Græce extat in A 106 [Abhdlg. d. Bayer. Akad. XXX 8 p. 61]*

5 andream M	12 registrauimus scripsi regiraus M	corum M	15 alias M
17 dogmatis acribiam scripsi dogmati uiam M	competente M	19 pro pietate Lupus proprietate M	
20 propositionum Lupus pro omni M	ueracissima scripsi cf. p. 119, 29—33	uiuatissima M	
22 anastasii M	23 epictetum M	24 h̄rsis M	
27 berie M	33 fatigarie M	nos deleui	35 fide M
ochia M	37 meis Γ eis M	scisbens M	36 anti-

destinaui etiam domino meo deo amicissimo episcopo Theodoreto, rogans eum ut ueniat usque ad nos. si autem retinetur ob hoc eo quod illic aduenerit magnificentissimus magister militiæ, scribat ad nos quia consensit ad ea quæ nos definiemus et quæ ad Alexandriam rescribemus. profundissimæ autem senectuti nostræ ut parcatis quæso et detis manum hoc maxime agenti ut hoc nobis auferatur obprobrium et a differentia intolerabilis læsio. scitis enim quia in omnibus uobiscum sum circumductus et quia in Epheso quidem deo amicissimus Paulus episcopus subscripsit pro me, ego uero, sicut allegastis, ad pium imperatorem nostrum rettuli per epistolam, ut hæreticum commemorans deo amicissimum episcopum Cyrillum, qui et reprehendit nos in his quæ ad nos scripsit in præsentī, quodam modo submurmurans quod de ipso [est] tamquam de hæretico fecerim mentionem in his quæ ad imperatorem serenissimum per litteras rettuli.

Omnem quæ tecum est fraternitatem ego et qui mecum sunt, salutamus.

CXLV [56] 1
Lp 129

Domino meo dilectissimo fratri et comministratori Acacio Cyrillus in domino salutem. Decentem se etiam nunc curam suscepit sanctitas tua. intentio est enim illi secundum bonam uoluntatem saluatoris omnium nostrum dei ut coniungantur ecclesiæ et ut de medio quidem fiat pusillanimitas, persuadantur uero hi qui debent unianimes esse, atque omne quod contristat, auferatur et ea quæ dirupta sunt, caritatis uinculis restringantur. sed, sicut uidetur, nonnulli eorum qui illic sunt, uerentur quidem putari ad superficiem clare pugnare aduersus tuæ perfectionis intentionem, id ipsum uero latenter et quasi celare se studentes efficiunt; ea namque agere eaque expetere [et] quæ fieri non queunt, quid aliud est nisi rebus ipsis reclamare quod pacis faciendæ non habeant uoluntatem? et hæc dico epistolam relegens a tua perfectione transmissam, per quam didici expetere illos ut omne conscriptum et omnis epistula quæ ante synodum peracta est, adiudicari aut abiurari a nobis debeant, consentiri autem rectæ fidei symbolo quod definitum est secundum tempus a sanctis patribus in magna Nicæna synodo. ego uero quoniam sanctum quidem illud symbolum sufficit ad omnem scientiam bonam et de illo nihil omnino deest, dicam utique atque consentiam, etiamsi aliquibus aliis hoc sapere minime uideatur aut dicere. admiratus uero sum illud. Nestorio enim retortas illas et abominandissimas eructuante uoces contra omnium nostrum saluatorem Christum, et hoc coram ecclesia, scripsimus quæ scripsimus, contradicentes ei et pollutis uocum nouitatibus eius producentes contrariam ueritatem, et per gratiam dei et tomis ipsis intendentes plures quidem iuuati sunt et recto intellectu honorauerunt ea quæ a nobis dicta sunt contra eum; sed nescio quid hi qui nunc debent anathematizare polluta illius dogmata et ab illius impietate semet ipsos alienos efficere, ad omne contrarium studium conuertentes, exterminari quærunt quæ aduersus eum scripta sunt. quam rationem, quæso, id habet? intellegat enim sanctitas

CXLV *Græce exlat in A107 [Abhdlg. d. Bayer. Akad. XXX 8 p. 61—65]*

Cf. ep. 76, 3 et Theodoret. ep. 112 καὶ αὐτὸς δὲ ὁ μακαρίτης Κύριλλος γράφων τῷ μακαρίῳ Ἀκακίῳ τὸν τῶν κεφαλαίων τούτων παρεδήλωσε σκοπὸν εἰρηκῶς ὅτι ἐκεῖνα πρὸς τὰς τοῦδε καινοτομίας ἐγράψαμεν καὶ ὅτι τῆς εἰρήνης γενομένης ἐκλευκανθήσεται

1 domino <i>Lupus</i> domus n <i>M</i>	rogatus <i>M</i>	3 scriba <i>M</i>	deficiemus <i>M</i>	4 rescribens <i>M</i>
5 auferatur <i>Lupus</i> offeratis <i>M</i>	ad differentiam <i>M</i>	8 allegastis <i>Γ</i> allegatis <i>M</i>	10 est <i>del. Lupus</i>	
15 illis <i>M</i>	coniunguntur <i>M</i>	16 quidam <i>M</i>	19 pugnare <i>scripsi secundum</i> <i>Γ</i> iniungere <i>M</i>	
20 id <i>scripsi secundum</i> <i>Γ</i> aut <i>M</i>	ea quem <i>M</i>	21 et <i>deleui</i>	23 transmissam <i>M</i>	24 autem <i>M</i>
abiurari <i>M</i>	27 deest <i>scripsi secundum</i> <i>Γ</i> est <i>M</i>	29 eructuantes <i>M</i>	contradicentes ei <i>Γ</i> con-	
tradicante set <i>M</i>	32 tomis <i>Γ</i> omnis <i>M</i>	34 ipso <i>M</i>		

tua quantam res hæc habeat incongruitatem, si nos qui pro recta fide scripsimus, quæ nostra sunt, abnegemus, immo potius accusemus propriam fidem. ergo si se illa contra Nestorium recte non habent siue quæ contra peruersa eius dogmata scripta sunt, sine causa depositus est, immo magis [et] ille quidem forsitan recte sapit, errauimus autem nos non ei consentientes, immo qui etiam scripsimus his quæ dixit, aduersa. 5 et certe Nestorii multi feruntur codices omnia confundentes et perturbantes ecclesias. deinde quomodo nos ea quæ contra ipsum sunt scripta, delebimus, quæ forsitan aliquibus 8 iuuamen uel breue contingat efficere? peruidet igitur tua, quæ omni sapientia est plena, perfectio quia rem impossibilem quærunt et tantum longe sunt a uoluntate mitigandi interiacentem discordiam, ut eam reducant ad principium contentionis illius quæ terminari 10 non potest. cur enim non potius ad Ephesenam metropolim uenientes cum sancta synodo unum protulere decretum contra eum qui talia et tanta in pie prædicauerit? nam si uel modicum tardauerunt, quid prohibebat ut commenta inspicientes gestorum et satisfacerent sibi quod legitime fuerint facta, et consentirent, sicut dixi, recto et quod increpari non debet decreto cunctorum? sed e contra nec deum cogitantes neque 15 causam pro qua congregati sunt (non enim de communi quacumque causa sermo erat, sed de fide, per quam mundum saluarat deus et pater in Christo), omnem crudelitatem et omnem fraterni odii modum in nobis ostenderunt, tam sanctam et uniuersalem synodum excommunicatione iniuriantes, et hoc absque iudicio, quam etiam uelut immiti dextera gladium sæuitiæ intingentes in me ac reuerentissimo episcopo Memnone. ponamus 20 enim quia secundum ueritatem et transiit nos aliquid quod ad rectitudinem dogmatum pertinet, aut circa alios modos subiecti aliquibus culpis eramus siue peccatis, non oporteret Lp 131 dignos fieri prius sermone, colloquio? atque dum certe omnes sustinuerimus Nestorium, dum triennale tempus blasfemando consumeret, et nobiscum uero sanctitas tua et omnes consilium fecimus abducere quidem illum ab eis, transformare autem potius ad illa 25 M 833 dogmata quæ ad rectitudinem ueritatemque respiciunt. dum uero persisteret et multo deteriora uerbosaretur aduersus gloriam Christi et in ipsa Ephesenorum metropoli, de reliquo tamquam incurabili languore detentum sancta synodus remouit a sacer- 4 dotio. uolo autem tuam sanctitatem utile aliquid commemorare, quod ad præsens pertinet tempus. quando enim in magna Constantinopoli sancta uestra synodus 30 congregata est, tunc quando Iohannes est accusatus, deinde gesta sunt super eo a multis in scripto commenta, cum futurum esset ut contra eum definitio proferretur, et essem ego unus astantium, scio me audisse sanctitatem tuam sanctæ synodo sic dicentem quia »si scirem quod nunc, si Iohanni ueniam largiremur, melior fieret semet ipso et recederet a duritia asperitate<que> quæ in eo est, omnes uos rogassem pro eo«. 35 animira- bilis ergo etiam circa hoc iterum iudicata est sanctitas tua, quippe ut quæ dixerat ueritatem. quid igitur oportebat sanctam synodum facere, quæ in pænitentem et sic 5 pertinacem repperit illum qui rectæ fidei repugnauit? quoniam uero dicunt quod oporteat soli symbolo consentire uel certe expositioni fidei trecentorum decem et octo, et ego ad hæc dico quia intentio fuit una sanctæ et uniuersali synodo quæ congregata 40 est in Ephesena metropoli, ut symbolum confirmaret, quatenus et omnes ita confiterentur

1 quantum M qui Γ que M 4 ei deleui 5 etiam scripsi iam M 7 deleuimus M
10 terminari scripsi secundum Γ narrari M 12 tali M 13 quod prohibebant M
15 e Lupus et M 16 causa M, τὸν Ζῆλον τῶν συνειλεγμένων Γ 18 fr modii M 19 excom-
municationem M immiti Lupus dimitti M 22 aliquis M oportere M 23 colloqui M
λόγου συντυχίας μέμψεως Γ 27 epheseorum M 29 utile Baluze ut ille M 32 proferetur M
35 asperitateque scripsi asperitate M et asperitate Lupus 35 rogasse M 35 36 amirabilis M
38 uere M 39 simbo M

et crederent ac docerent, neque adiecto quolibet neque detracto; non est enim adicere super eum nec est auferre ab eo. propter hoc enim et contra Nestorium decreuit sicut qui non seruauerit illud, quin potius remouerit atque obliterauerit et secundum nullum quidem modum secutus sit illud, altera uero quædam et dogmatibus ecclesiæ
 nr. 46 peregrina insane auribus inseuerit populorum. actum est igitur in Epheso super
 hoc proprium commentum gestorum, confirmante synodo expositam fidem a trecentis
 Lp 132 decem et octo patribus nostris qui circa suum tempus Nicæam congregati sunt, et
 direxi hoc, ut tua sanctitas bene cognoscat; quia enim recte se atque inreprehensibiliter
 habet, clare ipsa lectio docebit. adiecimus uero et sanctorum beatorumque patrum
 testimonia, ut sciant adeuntes quomodo intellexerint illi fidei symbolum, qui et nos 10
 ipsos mysteriis imbuerunt. igitur olim iam hoc ab omnibus facto, quare non magis
 et ipsi consentiunt? si enim quod omnibus placuit, ab omnibus confirmetur, ob-
 6 tinebit omnino pax, dum omnino a nullo ei fuerit contradictum. igitur etsi nimis
 plura et ualde pessima contra nos ab eis facta sunt et omnis species aduersa humanitati
 temptata est, sed considerantes quod deo <placet> ac piissimo amicoque Christi imperatori, 15
 et ipsum uero quod ecclesiis utile est, et tuæ sanctitatis ammonitiones omni reuerentia
 dignas habentes, consequenter ut fratribus dimittimus quæ in nos commiserunt, illud
 autem potius quærimus quod omnibus uidetur bene recteque se habere, complacet
 M 834 uero etiam deo amicissimo imperatori. consentiant depositioni Nestorii, anathematizantes
 eius blasphemias et polluta dogmata, et nihil ultra residuum est ut contentio de 20
 medio auferatur. recipient enim semet ipsas ecclesiæ inuicem, Christo eis donante
 præmium pacis.
 7 Nec uero simpliciter quidam alienantium et inconsideratorum contra nos euomant
 ep. 87, 11 uerba, ea quæ sunt Apollinarii uel Arrii siue Eunomii, me sapere diffamantes, sicut in
 Epheso conscripserunt. ego per gratiam saluatoris semper fui et orthodoxus, nutritus 25
 uero sum et inter manus orthodoxi patris, et neque illa quæ sunt Apollinarii, sapui
 unquam, absit, nec ea quæ Arrii uel Eunomii, neque uero ea quæ alterius cuiuslibet
 hæretici, immo uero anathematizo illos. neque enim inanimatum dico Christi corpus,
 confiteor uero quod animatum sit anima rationali, et neque confusionem uel confermen-
 tationem uel refusionem factam confirmo, sicut aliqui dicunt, inconuertibilem uero et 30
 immutabilem subsistere secundum naturam dei sermonem noui et omnis passionis in-
 susceptiblem secundum propriam naturam. impassibile est enim quod diuinum
 lac. 1, 17 est, et conuersionis obumbrationem minime suffert, quin potius requiescit in propriis
 bonis, habet uero inconcussibilem, in quibus est, persistentiam. unum uero eundem
 Lp 133 Christum et dominum unigenitum dei filium ipsum dico passum pro nobis carne secundum 35
 i Petr. 4, 1 8 scripturas siue secundum beati Petri uocem. capitulorum uero uirtus contra sola
 Nestorii dogmata scripta est. quæ enim ille non recte dixit ac sapuit, ipsa eicit.
 qui uero anathematizant atque negant eius uesaniam, cessabunt his quæ a nobis scripta
 sunt, increpare; uidebunt enim capitulorum sensus solis illius contraire blasphemias.
 reddita uero communione factaque inter ecclesias pace, quando et scribere absque sus- 40
 pectione licuerit uel eis qui illic sunt, ad nos uel nobis rursus ad eos, tunc et satis facillime

30—34. 34—36 adfert *Alexandes Hierapolitanus* in ep. 224, 2

1 abiecto <i>M</i>	6 exposito <i>M</i>	9 docebit <i>Γ</i> docet <i>M</i>	11 mysteriis <i>Lupus</i> ministeriis <i>M</i>
15 placet <i>addidi secundum Γ</i>	17 dignos <i>M</i>	19 inperatorii <i>M</i>	depositione <i>M</i> 21 recipient <i>M</i>
25 orthodoxius <i>M</i>	26 orthodoxii <i>M</i>	26/27 sapiū quam	30 aliquid <i>M</i> 34 habet] het bet <i>M</i>
inconcussibilem <i>scripsi cf. p. 117, 64 ἀκρδδαντον Γ</i>	inconcussibilem <i>M</i>	persistentiam <i>scripsi</i> existentia <i>M</i>	
διανοήν <i>Γ cf. p. 117, 65</i>	36 capitulo sum <i>M</i>	38 qui <i>Lupus</i> quod <i>M</i>	41 licuerit <i>Lupus</i> licuit <i>M</i>

quodcumque omnino eorum quæ a nobis scripta sunt, recte non intellegitur a quibusdam, et hoc excandidabitur. satisfaciemus enim, deo fauente, non sicut iam repugnantibus, sed sicut fratribus, quod omnia recte habeant et eorum quæ scripsimus nos Nestorii dogmata impugnantes, nihil est omnino quod dissonet uel sanctis scripturis uel certe fidei definitioni quæ exposita est a sanctis patribus, dico autem illis qui in Nicæam suo tempore congregati sunt. nostra igitur intentio ad pacem se habet ** imperatore sunt definita, ita uidelicet si Nestorii depositioni consentire uoluerint et anathematizant contaminata dogmata eius, et communicare et ad concordiam uenire, Christo iuuante 9 ad idem, qui est pax nostra secundum scripturas. eis uero qui dicunt quia oportet Eph. 2, 14 eici ea quæ contra polluta Nestorii dogmata scripsimus, nullus acquiescet; apertissime 10 enim elingues nos esse uolunt, illius blasfemiis cunctorum nundinantes taciturnitatem. aut forsitan magis et nos persuasuros reputant ut ea quæ sunt illius, sapiamus, si quæ nostra sunt, abnegemus recte se atque immaculate habentia et contra illius uocum M 835 nouitates stantia? si uero illorum qui illic sunt, quidam secundum quod eis uidetur, detrahunt aliquibus, ad ea quæ nec conuenit, transuertentes sensus eorum, sed sciant 15 quia præter omnes <religiosissimos episcopos> qui in toto orbe sunt, soli hoc perpetrantes capiuntur. consenserunt enim his quæ a nobis facta sunt, atque consentiunt uniuersi ut recte se habentibus et dictis, qui certe subtiles perscrutatores sunt dogmatum diui- 10 norum. et illud autem super hæc tua religiositas cogitet quia oportet ita componi Lp 134 pacem, <ut nulli> deo amicissimorum episcoporum displiceat eorum qui per omnem 20 Romanorum sunt [dicionem] principatum, et uniuersalis fiat, ne unam scissuram iungentes plures alias faciamus. omnino enim non consentient, si tale aliquid fuerit factum quod non <con>sequens uideatur, et maxime hoc cogitari oportet. cunctis namque instantibus in Epheso et non acquiescentibus communicare his qui ex Oriente sunt, proponentibus uero quia non erit prius hoc, nisi susceperint depositionem Nestorii 25 et anathematizauerint nobiscum dogmata eius, quomodo, nisi hoc fuerit factum, ea quæ ad communionem pertinent, stabunt? quis autem non clamabit contra nos, dum prodiderimus animas nostras et negauerimus rectam fidem et quæ recte dicta omnibus placuerunt, nos eiecerimus tamquam non recte sint dicta? an non oportet [ut] facta pace nos epistulas mittere his qui ubique super alios religiosissimos episcopos 30 eminent, ut etiam ipsi concordēs effecti reddant eis communionem? deinde quis sit qui eis suadat, si quid factum fuerit præter quod omnibus placet et in quo omnes institerant, ut oporteret depositum haberi Nestorium et anathematizare insanissimam eius doctrinam, quin potius uerbositatem contra omnium nostrum saluatorem Christum? 11 contristatos uero nimis et intolerabiliter dolentes propter illa quæ contra me gesta sunt 35 ab Orientalibus, tam ex clero Alexandriae quam cunctos Ægyptiacæ diocesis episcopos religiosissimos sic mitigauit dominus meus ammirandissimus tribunus Aristolaus, ut mihi etiam lenissimam pacis faciendæ redderet uiam et omnes uenirent in huiusmodi uoluntatem. et plurimæ cuiusdam me fateor eius ammirabilitati gratiæ debitorem, eo quod mihi sit cooperatus ad omnia et competentibus rationibus quæ contristabant, aboluerit. 40

2 iam sicut iam M 6 lacunam statui, cf. Γ εἰς εἰρήνην ἔχομεν τὸν σκοπὸν ἡν τρεπίσμεθα τε κατακολουθεῖν τοῖς ὁρισθεῖσι παρὰ τοῦ εὐσεβεστάτου καὶ θεοφιλεστάτου βασιλέως 7 anathematizant M
cf. Γ anathematizare Lupus 13 habentia Lupus habenda M 16 religiosissimos episcopos addidi
secundum Γ 17 capiuntur Γ capiunt M 18 ut Γ et M 20 ut nulli addidi secundum Γ 21 dicionem
del. Lupus ἀρχὴν Γ 22 faciamus Γ faciant M 23 consequens scripsi sequens M 27 clamauit M
29 eierimus M ut del. Lupus 34 qui M nostrum saluatorem nostrum M 35 tollera-
biliter M 39 amirabilitati M 39 debitorem eo scripsi debitore mō M 40 cooperatus scripsi
secundum Γ cooperans M contristabat M

Saluta fraternitatem quæ apud te est. te quæ nobiscum est fraternitas in domino salutatur.

Lp 135 Epistula Alexandri Hierapolitani ad Acacium Berœensem episcopum

CXLVI[57] 1
Mt 10, 16

Arbitror dominum Christum præcipientem discipulis suis ut essent prudentes sicut serpentes et simplices sicut columbæ, principaliter instruere ut caput omnium 5 bonorum quæ in nobis sunt, rectam fidem sincerissimam conseruarent. sicut enim nulla salus est reptilibus, si capite conterantur, sic neque Christiano qui sanam fidem

M 836 corruerit. propter hanc crucifixus est Petrus, Paulus capite cæsus est, diuersis mortibus euangelistæ atque apostoli conpleuerunt proprium cursum, obsecuti sunt martyres. irridebantur uero et subsannabantur omnes passionum temporibus ab 10

2 his qui multiformes eis mortes crudeliter ingerebant. scit sanctitas tua quia circa uitam quidem peccator ego sum, unde etiam quadragesimum iam annum ago quod mea plango peccata; fidem uero rectam a prima die, sicut testatur sanctitas tua, usque ad mortem dilexi. unde nec umquam cessauit his qui uicini sunt, de hac abominabili hæresi inferre certamen; quam Cyrillus ipsam quidem uirtute renouat, Apollinarium 15 uero anathematizat, simile aliquid faciens tamquam si et aliquis ex non existentibus dei filium dicens anathematizat Arrium et, ut sub una dicam, omnes hæreticos, ea quæ 3 ipsorum sunt, sapiens ac prædicans. ubi enim dei interest, nullum reuereor. Cyrillus hæreticus est, unam naturam prædicans Christi et ipsi uniuersas passiones adiungens et ipsam mortem, et licitum est cuilibet legenti cum ueritatis amore capitula eius et epistolæ 20 ad Ebræos interpretationem et diuersas epistulas uel festiuas uel alias et uniuersa eius conscripta, inuenire quod unam naturam dei et hominis dicat, et quod definiat <ut> uer-

Lp 136 bum circa hunc sensum caro sit factus et mortuus fuerit carne et primogenitus factus Col. 1, 18 fuerit deus uerbum ex mortuis carne, spargat uero carnis nomen post unius naturæ confessionem. quod si non ita est, minime opus est multiloquio: confiteatur quod Christus 25 qui e sancta uirgine genitus est (deus itaque <et> homo, unus filius, unus Christus, unus dominus), passus secundum humanitatem, crucifixus secundum humanitatem, resuscitatus Ioh. 2, 19 fuerit a mortuis per uerbi diuinitatem, quæ dixit: soluite templum hoc, et in 4 tribus diebus resuscitabo illud. si uero permanet in capitulis suis hæreticis

2 Cor. 5, 10 atque conscriptis, nulla nobis pars est cum eo. certamur enim circa tribunal Christi 30

2 Tim. 1, 14 et apostolum <sequimur> gentium præcipientem bonum depositum custodire per spiritum sanctum, qui inhabitat in nobis. licitum uero considerare uolenti uerba eius ** ad seductionem, quia uerbo quidem seducens impassibilem dicit deum

p. 96, 32-34 uerbum, inconuertibilem, inmutabilem, inconcussibilem habentem, ut eius dicto utar, in quibus est, persistentiam, in unam uero naturam concludens duas, omnia prædicta 35 diuinitati unigeniti circumponit. propter quod non recusauit <in> interpretatione epistolæ ad Ebræos dicere quia et reuixit deus uerbum, passus carne. et hoc uero

ep. 145 ex aliis eius conscriptis et maxime ex epistula eius quam tuæ nuper sanctitati transmisit, possibile est his [possibilititer] qui diligunt discere, subtiliter peruidere quia dicens dei

p. 96, 32-36 sermonem inmutabilem subsistere et omnis insusceptibilem passionis secundum propriam 40

3 berœensem M	10 subsannabantur M	11 circa scripsi cyricam M	15 inferri M
17 sub una uidentur corrupta	hæreticas M	18 hac predicas M	21 uniuersam M
scriptam M	definiat ut scripsi sinit M	26 et addidi	31 sequimur addidi
statui e. g. supplendo agnoscere composita ea esse		33 lacunam	
36 in interpretatione Baluze interpretationem M		35 persistentiam scripsi cf. p. 96, 34 per substantiam M	
38 eplis M	39 possibilititer deleui	37 uerbum passus Lupus passus uerbum M	

naturam, passionem fraudulenter cointroduct, dicens deum uerbum carnem factum fuisse et non carnem assumpsisse. hoc enim in totis fere ponit capitulis suis carnem deum uerbum ubique factum dicens, tamquam sit ante dispensationem quidem impassibilis, post dispensationem uero passibilis; »per se ipsum«, namque inquit, »im- M 837 passibilis, caro autem factus uel homo sustinuit passionem«. si uero confessus fuerit 5 euidētissime duas naturas, liberabit semet ipsum ab hæretico sensu. scit enim sanctitas tua, sicut olim mihi per epistolam scripsit, quia et in Romam coram sanctæ memoriæ episcopo Damaso, præsentē tua sanctitate, motum est de hæresi Apollinariī, et nobis duas naturas confitentibus, ut non diuinitati passionem tribuamus, dicebant Lp 137 hi qui erant Apollinariī, duos nos dicere filios, quod et isti sursum ac deorsum diffamant 10 contra nos. dicat igitur quia Christus mortuus est, filius passus est, unigenitus passus est. cur addit quod uerbum carne sit passus? homine moriente, anima carne patitur mortem? si uero blasphemum est ut hoc anima passa dicatur carne, ultra impietatem omnem est dicere filium dei uel dei uerbum uel unigenitum circa intellectus hæreticorum passum carne. in diuinis enim scripturis repperimus quia Christus 13 mortuus est, filius mortuus est, unigenitus mortuus est, sanctus mortuus est, iustus mortuus <est>. hæ namque appellationes uniuersæ utrasque naturas ostendunt, uox autem dei uerbi unam naturam significat, secundum quem sensum nunc et filium 6 dixit in epistula carne passum, ut significaret unigeniti passionem diuinitate. scio p. 96, 35 autem me ab Epheso scribentem direxisse tuæ sanctitati allegationem Melitinensis 20 Acacii, ubi sequens Cyrilli capitula et eius intellectum, sic in scripto deposuit: »Mentitus nr. 24, 53 est«, inquit »diuinam scripturam Nestorius, tamquam natiuitatem mortemque non diuinitatis, sed humanitatis edoceat. calumniatus est et sanctissimum episcopum Cyrillum, tamquam deum passibilem dicentem.« et habemus totum tomum apud nos ad satisfactionem pro salubri fide bonæ huius instantiæ. nos igitur nullam com- 25 munionem habemus cum his qui talia docent. si uero potuerit ostendere aliquis sanctissimum episcopum Nestorium contraria prophetis et apostolis et euangelistis aut sapuisse aut sapere, et doctrinam eius anathematizamus et ipsum; donec uero orthodoxiam prædicat, quam multis in codicibus eius et habemus et legimus, nulla necessitas a Christi potentia per ipsius gratiam uiolentior fiet, sed parati sumus omnia sustinere, 30 ut neque impii neque iniqui simus.

Epistula eiusdem Alexandri ad Andreā episcopum Samosatēnorum Lp 138

Credat mihi religiositas tua quia relegens ea quæ scripta sunt a domino meo 147 [58] sanctissimo episcopo Acacio, et ea quæ ab Ægyptio illi per epistolam scripta sunt, quæ ep. 144 et tu omnino credo quod legeris, ammiratus sum propter uelocem eius nutum ad muta- 35 bilitatem et orauī ut mihi terra dehisceret, et nisi timor dei retinuisset me, forsan continuo eremum petens, extremum spatium requisissem. meminit enim sanctitas tua quales epistulas olim sanctissimis episcopis destinauimus ab Antiocheno persuasi, quando, adueniente mirandissimo Aristolao, eius litteris conuocati conuenimus et euntes ad cf. ep. 139

4--5 ipsa uerba in anathematismis non extant

1 factum scripsi peractum M	4 uero Lupus quidem M	4/5 impassibilis Lupus passi-
bilis M	6 liberat M	ad M
17 est addidi	hee M	19 diuinitatem M
tomam M		20 melletinensis M
		24 dl M
		totam
35 amiratus M	eius] Acacii Beræensis	

Antiochiam consilium fecimus et multa milia pertractantes deliberauimus, ut propter ecclesiarum perturbationem mollem quandam propositionem et habentem uel modicum pietatis uestigium proponeremus Ægyptio. sed et perquisiuius, scrutati sumus, inuenimus uix qualem uoluimus lenem et rursus ab ipsa molliorem et denuo ab hac marcidiorum. sex breuiter dedimus clarissimo tribuno propositiones; conplacuit 5
 ep. 142 uero ei quasi iam quæ mollior esset, una, quæ uolebat Nicæna fide nos esse contentos, expulsis his quæ quod commune est, turbauerunt siue per epistulas seu per capitula; ep. 145 ad quam etiam ipsam contradixit, sicut scripsit, Ægyptius. certatur enim, sicut uides, pro capitulis suis et reliquis hæreticis suis superbisque conscriptis, confirmans ubique quod impossibile sit hæc umquam expelli quæ ab eo secundum scripturas sint 10 dicta diuinas et contra Nestorii, ut dicit, hæresim. sed nos temptamus, ut uideo, Lp 139 sic manifestam illius ac fiduciatam et crudam pro hæresi instantiam <contra> orthodoxiam diffamare, etiamsi non possumus propellere impietatis torrentem et ui nostra deflectere. ego uero in dominum Christum credo quia oculus meus dexter et dextera manus mea si proponatur Cyrillo neque eicienti hæretica dogmata neque aperte con- 15 fitenti Christum et deum esse et hominem et passum secundum humanitatem et resuscitatum per dei uerbi uirtutem secundum sententiam domini dicentis: solu ite templum hoc, et in tribus diebus suscitabo illud, abscidam potius membra mea per uirtutem domini quam cum istis in pie agam. quando ergo uolunt, ueniant, ordinent; paratus sum ego, coram deo dico, discedere cum omni lætitia. sicut enim in ueritate 20 credo quia deus est, sic et satisfactum habeo quod pium sit manifestaturus ecclesiæ dogma, quando nouit ipse, et ueritatem non permittet absorberi. uerumtamen eorum quæ scripta sunt omnium exemplaria tuæ religiositati direxi.

Lp 140 M839 Epistula Andreæ episcopi, per quam respondit ad epistulam hanc Alexandri

148 [59] Relegens ea quæ Cyrillus per epistulam scripsit, et quæ de his a tua sanctitate ad 25
 cp. 145 sanctissimum episcopum Acacium sunt rescripta, sine falsitate dico, non sine spiritu sancto arbitratus sum ea quæ in tua epistula rescripsisti **. nam et quod uerum est et quod subtilitas dogmatis habet, in eis inueni et obumbratum occultumque inimici dolum bene ac manifeste nudatum ac fiduciam multam, quæ decet Christi seruum qui pro sana fide certatur. consors igitur et ego tuæ sanctitati uniusque sententiæ et 30 numquam præter hæc alia sapiam, confortante me deo. quomodo enim non turpe sit ut ille qui notha et reprobata dogmata subinducit, tamen pro eis certetur, nos autem pacis obtentu prodamus fidem? ammiratus uero sum et propositionem quam in ipsis litteris posuit sanctitas tua. si enim uere sani dogmatis est et rectam fidem seruat et non intellectum suum fraudulenter occultat, sed et duas naturas confitetur 35 et impassibilem Christi diuinitatem, quid prohibet ut et hominem et deum confitens Christum dicat quia passus est secundum humanitatem? et de his quidem superfluum est multiloquio uti ad tuam sanctitatem; ex litteris uero sanctissimi episcopi ep. 144 Acacii uidentur quodam modo hi qui sunt in Antiochiam, cecidisse atque his quæ scripta sunt, concessisse. et bene quidem facit sanctitas tua præcipiens nobis ut minime 40 perturbemur; ego uero trepido ne per eos circa ipsas res illud confirmetur somnium

1 concilium M 6 esse unam M 8 certantur M 12 hac M 12/13 contra orthodoxiam scripsi orthodoxam M
 25 CXLVII M ac M 26 fallitate M 27 lacunam statui e. g. supplendo esse composita
 29 decet Lupus de te M 30 certantur M 32 ut Lupus ait M 33 amiratus M
 34 finem M

quod non ante multum quidem tempus uidi, nimis autem coartat animam meam. uidebam namque me esse cum tua religiositate, præsentibus aliis quibusdam non paucis episcopis, loquens uero ad me dicebas Apollinarium hæreticum uiuere. me uero sæpius cum ammiratione interrogante si uere uiueret, confirmabas eundem uirum **Lp 141** superesse. deinde quodam modo, inprouise utique, in domum quandam facti sumus, **5** in qua Apollinarius senex ualde iacebat in lecto; oportebat autem nos ad uiri ipsius uenire colloquium. quod dum esset futurum, ipse ad aurem mihi dixisti quia ille impius numquam persuaderetur acquiescere his quæ dicebantur a nobis. ego uero alterum quendam præter ipsum sedentem uidens dicebam quod ipse esset causa ut Apollinarius nostris uerbis minime flecteretur. dum uero iremus ad colloquendum **10** ego et sanctitas tua, sedes autem ego portabam tam mihi quam tuæ sanctitati, iuxta illius lectum subito uideo Apollinarium quidem stantem et eulogias dispertientem, sanctissimum uero Iohannem iacentem in lecto et susipientem ab eo, deinde etiam tuam religiositatem supponentem ei manum propter condescensionem, inquit, coactam. ego autem stans ad me ipsum dicebam: »Qualis est condescensio ista? <in> sanctum **15 M 840** spiritum peccat, in ipsam domini inhumanationem inpius est. et qualis est ista condescensio?« et hæc dicens euigilauit. et oro ut fantasia sit somnium hoc et nihil ueri significans.

Epistula Theodoretī episcopi scripta ad Acacium Berœæ episcopum de litteris quæ ab **Lp 142 ep. 145** Ægypto uenerunt ad eundem Acacium **20**

Ego quidem non solum uocatus, sed etiam non uocatus uellem semper uenire iuxta **149 [60]** tuam sanctitatem; tantum autem ab hac intentione delinquo, ut nec tuæ possim sanctitatis litteris obaudire. rursus enim languor mihi ualide superuenit et pessimum tertianum post regressum de montuosis partibus incidi. super hæc et magnificentissimus atque gloriosissimus magister militum hic est. propter quod et ueniam peto **25** et innotesco tuæ sanctitati quia <in> litteris quæ ab Alexandria directæ sunt, inueni ea quidem quæ ab eo dogmatice dicta sunt, contraria quidem his quæ olim sunt ab eo exposita, consona uero magis doctrinæ patrum, et ualde affectus sum et laudaui dominum Christum super mutatione quæ facta est per tuæ sanctitatis ammonitiones; aliquas uero partes epistolæ multis uideri uolutionibus et multiloquiis falsis plenas. nam dum **30** oporteret a nobis expositam propositionem, cum breuis esset, approbari ab eo, nescio cuius rei causa multis uerbis usus effugit breuem pacis uiam. sic enim propositionem temperauimus, ut nullis fuerat fugienda. proposuimus enim, sicut tua sanctitas **ep. 142** nouit, permanere nos in fide quæ in Nicæam exposita est a sanctis et beatis patribus <et> in epistula sanctissimi ac beatissimi Athanasii, tamquam quæ hanc subtiliter interpretata **35** fuerit; quæ uero nuper exsurrexerunt dogmata seu per epistulas siue per capitula, eici, tamquam id quod commune est, perturbantia. hæc relinquens, quæ discissionem præcipue fecerunt, subscriptionem nos exigit depositionis illius uiri, cuius iudices non sumus effecti. scit autem sanctitas tua quia ab omni carnifice nos durius trucidat **Lp 143**

2 tua *Lupus* tota *M* 4 amiratione *M* confirmabat *M* 5 quandam] quadam *M* 12 uologias *M*
 14 manu *M* condescensionem *Lupus* quod descensionem *M* coactum *M* 15 in *add. Lupus*
 17 fantasius *M* 18 uero *M*
 19 berie *M* 21 CXLVIII *M* 26 in litteris *Lupus* litteras *M* 27 ea *M* 28 affectus sum *Lupus* affecturum *M* 29 facte sunt *M* aliquis *M* 30 uidere *M* 31 expositam
scripsi cf. p. 100, 5.6 sex positam *M* 34 sanctis ex beatis *M* et *add. Lupus* 37 discensionem *M*

conscientia nostra, si illa fecerimus quæ arbitramur non debere committi. unde et beatus Paulus dicit **. tuæ igitur sapientiæ sit sic dispensare causam, ut facienda pax conplaceat uniuersis et ante omnia ipsi omnium deo super hac obœdiatur.

Lp 144 Epistula eiusdem Theodoretæ ad Andreæ episcopum de hac ipsa re

150 [61] Mirandissimus Aristolaus direxit ab Ægypto magistrianum cum litteris Cyrilli, ⁵
 ep. 145 in quibus anathematizauit et Arrium et Eunomium et Apollinarium et eos qui dicunt
 diuinitatem Christi esse passibilem et eos qui confusionem et remixtionem duarum
 M 841 naturarum dicunt. et in his quidem <gaudio> sumus affecti, licet fugerit nostram
 propositionem; exigit uero subscriptionem depositionis quæ ab eis facta est, et anathema-
 tismum dogmatis sanctissimi et deo amicissimi episcopi Nestorii. scit autem sanctitas ¹⁰
 tua quia indeterminate anathematizare præfati deo amicissimi et sanctissimi episcopi
 doctrinam idem est <et> anathematizare pietatem. si uero <compulerit> aliquid nos,
 conuenit ut anathematizemus hos qui dicunt purum hominem Christum, aut qui in duos
 filios incidunt unum dominum nostrum Iesum Christum, et qui eius diuinitatem negant.
 hæc enim cum omni satisfactione unusquisque piorum anathematizat. si uero uolunt ¹⁵
 ut indeterminate et uirum cuius iudices non sumus facti, anathematizemus et dogma
 ipsius, quod nouimus rectum, impie faciemus, ut arbitror, si ei obœdiemus. arbitror
 uero hæc etiam tuæ sanctitati complacere, qui egregius pietatis propugnator existis et
 uerus atque accommodus orthodoxiæ magister.

Omnem quæ tecum est fraternitatem ego et qui mecum sunt, salutamus

20

Lp 145 Epistula Andreæ episcopi quam Theodoretæ episcopo ad suam rescripsit

151 [62] Alexandrini litteras legi et a sua quidem putredine non recessit ullo modo, sicut
 ep. 145 et tua utique sapientia repperit easdem litteras legens; quia uero condescensione opus
 est, ut saluetur orbis terrarum schisma et non amplius discissam despiciamus ecclesiam
 (forsan enim ad maius procedunt mala, si compositio nulla proueniat), bene tua ²⁵
 sanctitas <con>lacuit illius quidem propositionem sicut impiam fugere, uti uero his
 quæ scripsisti, et anathematizare eos qui purum hominem dicunt Christum et qui in
 duos filios unum deum secant. arbitror uero quod et subscriptionem modis omnibus
 exigit depositionis. hoc autem nobis non eligendum est; aliqui uero et hoc forsitan
 facient, et arbitror etiam Cyrillum, etsi omnes minime subscribamus, illorum fore sub- ³⁰
 scriptione contentum. scit tua sanctitas quia hæc et ante in locutionem uenerint,
 quando in Antiochiam conuenimus pariter. ora igitur, quæso, ut nullum fiat in-
 pedimentum paci et ordinationi sanctarum ecclesiarum.

Lp 146 Epistula eiusdem Andreæ episcopi ad Alexandrum episcopum Hierapolitanum

152 [63] Eorum quæ ad me dominus meus sanctissimus Theodoretus episcopus scripsit, ³⁵
 ep. 150

150 Prioris partis [usque ad 14] altera uersio extat in Collectione Palatina [Mar. Merc. p. 336 Bal.]

1 arbitramus M 2 lacunam statuit Baluze, excidisse ratus Rom. 2, 15, recte pulo
 5 CXLIX M 6 anathematizauit M 7 diuinitatem xpi diuinitatem M 8 gaudio addidi ex Coll. Pal.
 tugerit Baluze ex Coll. Pal. fuerit M 9 ab eis] dudum Coll. Pal. 9/10 scissimum M 12 et addidi
 12/13 compulerit — ut scripsi oportet ergo, si omnino compellimur, anathematizare Coll. Pal. conuenit ut aliquid
 nos M 13 anathematizemus Lupus anathematizamus M 17 impie nouimus facimus M 19 acco-
 modus M 20 tecum M
 21 sua M 22 CL M legit M 23 sapientiam M 24 saluetur M soluaturs Lupus 25 proueniant M
 26 conplacuit scripsi placuit M impium M 29 exigant M 31 locutione M
 34 epm dupliciter scriptum M 35 CLI M theodorus M

exempla tuæ sanctitati direxi. et quia quidem Cyrilli errorem multotiens milies anathe-
matizet manifestum est his qui peruidere subtilius uolunt; quia uero tempus non per-
mittit ut secundum acribiam ratiocinemur propter schisma generale quod factum est, et **M 842**
quia maiora sustinentur mala de persistentia nostra, puto quod bene se habeat ut aliqua
condescensione utamur pro ecclesiastica pace et illius quidem propositionem fugiamus, **5**
quæ inopia est, sicut nec ille nostram suscepit, anathematizemus uero eos qui duos filios
dicunt, quod nobis obiciunt insanissime, uel qui hominem purum dominum nostrum
Iesum Christum, et super his suscipiamus pacis compositionem. reddent autem
rationem qui impie sapiunt, iudici omnium; et nobis, uel si dispensatiue pacem sus-
cipiamus, pars nulla est cum his qui impie sapiunt. peruideo autem quia de persi- **10**
stentia nostra nihil eueniet amplius nisi ut et orthodoxi pellantur ecclesiis et dogma
ex toto absorbeatur. quæso igitur sanctitatem tuam ut quantacumque possibile
est condescensione magis utamur; scit enim spiritalis sapientia tua quia sicut zelus in
tempore suo multa milia peragit, sic et condescensio in tempore apto magna bona
operatur. et mihi quidem placent ista; si uero melius aliquid peruidet perfectio tua, **15**
quæ secundum deum est, notum nobis fac. litteras illas ad sanctissimum episcopum **ep. 151**
Theodoretum dirigere dignetur sanctitas tua.

Omnes qui cum tua religiositate sunt, ego et qui mecum sunt, salutamus.

Epistula Alexandri [eiusdem] Hierapolitani episcopi ad Andream episcopum rescripta **Lp 147**

Legens quæ nuper a tua religiositate sunt scripta, peruidi quia satanas secundum **20 153 [64]**
ueritatem petiit ut cribaret omnes nos sicut triticum. ego uero, fide pro- **Lc. 22, 31**
posita, nullo modo esse uideo condescensionem in pietate neque communionem cum
hæreticis pacem Christi appello, absit. et da ueniam, uelocitatem permutationis
aspiciens oraui ut <terra> mihi dehisceret, et uere, nisi timor dei retinisset me, continuo
eremum petens extremum spatium perquisissem. puto enim quia et tuæ sanctitati **25**
dixi, iureiurando satisfaciens ei et maledictionem contra memet ipsum suscipiens, si **p. 100, 14—**
alienationem a mysteriis conscius mihi sum aut per contentionem aut per odium aut **19**
per rebellionem aut per cuiuslibet alterius gratiam facere aliquid in causa præsentis.
sed pone deum et Iohannem ante oculos, et affectum nostrum [et] superat timor dei et
karitas Christi; unde et a cunctis ueniam postulo. **30**

Epistula eiusdem Alexandri episcopi ad Theodoretum episcopum **Lp 148 M 843**

Qua hora suscepi sanctitatis tuæ litteras, epistulam susceperam scriptam a domino **154 [65]**
meo religiosissimo episcopo Andrea, quæ contraria omnibus est prioribus, et paulo minus **ep. 152**
alienus effectus sum, uidens quod nos satanas expetierit ad cribandum. direxit **Lc. 22, 31**
autem mihi et ad se scriptam tuæ religiositatis epistulam continentem quod eos qui **35 ep. 150**
dicunt diuinitatem Christi passibilem, anathematizet Ægyptius et eos qui confusionem
<siue> remixtionem duarum perhibent naturarum. et ego quidem Cyrilli epistulam
nullatenus hæc continentem uidi, quin potius inueni eum certantem et in primis et in
mediis et in ultimis pro capitulis suis reliquisque conscriptis, [et] in quibus omnem
inpietatem suam perexemplificat; si uero uobis et recte se habere uidentur quæ scripta **10**

3 ^{tonemur} M	9 dispensatiue ^{scripsi} despensanti uel M	dispensatorie Lupus	12 absor-
beatur M	13 condescensionem M	^{spualis} M	zelo M
19 eiusdem <i>del. Lupus</i>	20 CLII M	22 inpietatem M	24 terra <i>add. Lupus</i>
25 requi-			
sissem <i>p. 99, 37</i>	29 et <i>deleui</i>		
32 CLII M	37 sine <i>addidi</i> et Lupus	38 p̄miis M	39 et <i>del. Lupus</i>

sunt, et de reliquo qui hæc per epistolam scripsit, inter orthodoxos deputatur, indifferenter uero et alia recepistis quæ ille quidem proposuit litteris, Iohannes uero traducit omnes, **it. Ap. 20, 26** ut inquiunt, dispensatiue propter pacem condescensionem amplexus, innocens ego sum a sanguine omnium. unusquisque uero sicut nouit, ea quæ ad se pertinent, dispenset; uiuit enim dominus deus meus, et Oasim et quemlibet extremum terminum præfero 3 communioni hæretici et eorum qui orthodoxiam prodiderunt.

Lp 149 Epistula Theodoretī episcopi Cyrri quam scripsit Alexandro episcopo, sicut posuit Irinæus

155 [66] Puto plus ab omnibus nosse dominum meum sanctissimum et deo amicissimum episcopum Iohannem quia depositioni domini mei sanctissimi et deo amicissimi episcopi 10 Nestorii consentire non patiar, quia memor est eorum quæ in Tarso et in Chalcedona et in Ephesum facta sunt et nuper post reditum in Antiochia a nobis sæpius dicta. non igitur quisquam sanctitatem tuam inducat quia hoc ego facere patiar aliquando, deo **ep. 145** utique cooperante mihi meque firmante. dogmatica uero ista Cyrilli quæ nunc ad **M 844** Berœam per epistolam scripsit, praua mihi esse non uisa sunt, sed et ualde contraria 15 **ep. 149** tam capitulis quam eius aliis conscriptis; unde et epistolam scribens domino meo sanctissimo et deo amicissimo episcopo Acacio hoc ipsum significauī. et uere, si possem, uenissem utique et contulissem cum tua sanctitate; uellem siquidem discere quid esset in ueritate occultatum in eo, quod ab euangelica doctrina sit alienum. et hæc dico non quasi cui ad communicandum cum eo ista sufficiant; oportet enim clare illa exponi 20 cum fide Nicæna et subscribi ab eo et ab omnibus quorumcumque suscipiemus communionem. nouerit enim sanctitas tua quod tantum longe sum suaue aliquid existimare uenturum, ut archimandritæ monasterii mei de cella mihi ædificanda mandauerim; hic namque illum in his diebus contigit inueniri.

Lp 150 Epistula Maximini episcopi Anazarbi ad Alexandrum episcopum

25

156 [67] Litteras suscepi domini mei deo amicissimi et sanctissimi episcopi Iohannis quasi Ægyptius anathematizasset Apollinarium et Eunomium et Arrium et eos qui dicunt remixtionem factam, duas autem naturas confessus fuisset domini nostri Iesu Christi; et simpliciter, ut non plura dicam, laudat eum de his quæ nuper dogmatizauit. alius **ep. 145** uero aliquis, unus ex his qui diligunt nos, direxit nobis exemplar epistolæ quæ ab Ægyptio 30 ad dominum meum deo amicissimum Acacium episcopum scripta est, confirmantem quidem priora capitula et fortiter instantem pro eis, dicentem uero non se communicaturum nobis, nisi anathematizauerimus dominum meum deo amicissimum et sanctissimum episcopum Nestorium fidemque ipsius. ego uero hæc legens et illa, nimium incurri torporem et incertus sum utrum præfatus sanctissimus Antiochenorum ciuitatis 35 episcopus illa laudauerit an alia. dignetur igitur tua sanctitas, quæso, domine mi et deo amicissime, hanc angustiam nostram soluere et per epistolam nos docere quid horum sit uerius. dum uero intrauerit uestra sanctitas Antiochiam, mox mihi dignare

155 *Inilii [usque ad 14 firmante] alia uersio extat in Coll. Palatina [Mar. Merc. p. 336. 337 Bal.]*

5 oasam <i>M</i>	6 communio <i>M</i>	orthodoxam <i>M</i>	
9 CLIIII <i>M</i>	12 redditum <i>M</i>	13 quisque <i>M</i>	inducat <i>Lupus</i> decipiat <i>Coll. Pal.</i>
reducatur <i>M</i>	15 beriam <i>M</i>	16 epistola <i>M</i>	21 nicea <i>M</i>
			22 tante <i>M</i>
			23 archiman-
26 CLIIII <i>M</i>	28 dñm nrm ihm xpm <i>M</i>	32 instante <i>M</i>	dicente <i>M</i>

tua scripta dirigere, et uniuersi continuo pariter ingrediemur. orare uero pro nobis et pro pia pace sanctarum ecclesiarum incessanter, quæso, dignare.

Epistula Helladii Tarsensis episcopi ad eundem Alexandrum episcopum

Lp 151 M 845

Per omnes litteras, per priores dico et per præsentēs, cognoscentes ad integrum, **157** [68] sanctissime amice dei, animæ tuæ pro pietate intentionem beatificantesque tuam sanctitatem de apostolico proposito, oramus ut nos tuæ sanctitatis uestigia consequamur, quo possimus et contra hostes aduersos apostolico animo fortiter sistere et eos qui ab incepta stabilitate desistunt, radicare similiter. mihi enim nec isti ab aliquo hæreticorum uidentur languore distare, qui dum necessitas nulla euenerit, confessionem rectam prodiderunt, fingentes iam Ægyptium patrum fidem fuisse complexum et priorem abnegasse errorem. de confusione uero præsentī <hortaris> ut a <curis> turbisque uilibus liberemur atque in silentio uiuamus. et nos similem habemus, o sanctissime, uoluntatem et uolebamus, sicut conscientia nostra testatur, conuersionem in monasterio assumere, nisi nos similis tuæ sanctitatis discretio detineret et non esse absque periculo crederemus gregem nostrum absque uiolentia et necessitate deserere. oramus uero ut resolutionem uitæ potius impetremus; nec enim aliam solutionem calamitatum præsentium sustinemus nisi ut liberati a præsentī uita eam quæ sustinetur recipiamus spem.

Epistula Alexandri episcopi Hierapolis quam rescripsit Helladio archiepiscopo Tarsi Lp 152

1 In præsentī confusione sanæ fidei <et> ecclesiarum dei dissensione, quorum causam **158** [69] Cyrillus impius præbuit principaliter, nullam talem, si<cut> uerum est, habemus mitigationem consolationemque qualem tuæ memoriam sanctitatis, et per sermonem et per litteras addiscentes et pro pietate instantiam tuam et duarum Ciliciarum consonantiam et pro orthodoxiæ prædicatore concordiam, id est sanctissimo episcopo Nestorio. et beati uos, sicut ueritas habet, qui huius estis propositi atque consonantiæ; præstet autem dominus ut etiam firmamentum totius efficiamini Orientis et eorum qui per diuersas prouincias pro fide certantur orthodoxa. peruenerunt enim quæ ad uos 2 pertinent, in uniuersam terram. quia uero cognouit sanctitas uestra ex his quæ nobis innotuistis, quia hæreticam Cyrilli epistulam ad sanctissimum et sacratissimum ep. 145 Acacium, in qua pro uniuersis decertatur hæreticis conscriptis suis, quidam sic iustificauerunt ac si esset orthodoxa, rogo sanctitatem uestram ut quicquid ab eo sine scripto de hoc ad uos fuerit demandatum, non hoc absque inquisitione ac discussione suscipiatis, sed cum omni pia inquisitione perscrutemini, et primum quidem, ut quæ de ipso dicant, ab ipsis quæ ab eis diriguntur litteris cognoscatis; deinde non excusetis quatenus et duo et tres ex uobis ad Ægyptium pergant et si orthodoxa sunt quæ ab eo dicuntur, renuntient, ut ab eis certissime de his quæ nuntiata sunt, agnoscamus; et si quidem consenserit 33 M 846 sua esse quæ nuntiata sunt seu præter scriptum siue scripto, cum sint orthodoxa et hæreticorum capitulorum negationem habentia et præcedentium dolorum tenebrosorumque dogmatum eius, et communicemus ei et amplectamur eum et eius genua teneamus Lp 153

1 uniuerso M

3 tarsensi M

4 CLVI M

per *Lupus* pro M

5 pro pietate *Lupus* proprietate M

6 propositu M

8 radicare *scripsi* dirudicare M

10 prouiderunt M

11 obnegasse M

hortaris — turbisque *scripsi* utatur bis q̄ M

12 euuiamus M

16 imperemus M

18 archiep̄i M

19 CLVII M

et add. *Lupus*

causa M

20 sicut *scripsi* si M

22 pro pietate *Lupus* proprietatem M

duorum cilicum M

24 p̄positi M

25 efficaciamini M

30 ab eo *scripsi* habeo M

37/38 tenebrosorumque *Lupus* tenebrosorum qui M

et nihil eorum quæ ad eius honorem pertinent, omittamus; si uero contraria his significata fuerint quæ dicuntur ab eo, habeamus qualiter cum conscientia bona et firmitate securitateque usque ad sanguinem fidem rectam defendere. cognoscat enim sanctitas uestra quia si multotiens milies esse illum diffamemur orthodoxum, non tamen corrigat de præteritis, nihil proficiemur amplius nisi ut proditores rectæ fidei iudicemur. non enim patietur de cetero nisi ut cum maiore audacia, cooperante sibi tempore, ipse quidem fiducialiter agat pro hæresi, nos autem ita dediticios suos in toto mundo nobis detrahens asserat, quippe quasi qui hæresim negauerimus, acquieuerimus uero eius orthodoxiæ secundum ipsum. olim namque, olim monstrum est natum quia et his qui Romæ sunt, et ubique nostram correctionem annuntient. quæso igitur sanctitatem uestram non transitorie neque indiscusse acquiescere his quæ nuntiantur ab Ægypto, sed, ut prædixi, omnia facere nihilque relinquere eorum quæ ad laborem est opus uel pertinent ad itineris fatigationem atque studium, ut dinoscentes ueritatem, aut re uera pænitentem suscipiamus aut persistentem refutemus Ægyptium. sic enim et reliquiæ rectæ fidei per uestrum sacerdotium radicabuntur et nullus nos, tamquam si imperatori magis quam Christo seruiamus, blasphemabit. si uero et oportuerit per hanc perseuerantiam et prouincia et ciuitate et uita carere, arbitror sanctitatem uestram prone uniuersa suscipere et pati et facere quam a sola spe nostra, dico uero rectæ glorificationis fide recedere, pro qua et patriarchæ et prophetæ et ipse saluator noster est passus et reliqui uniuersi. confidamus uero in domino quod habebimus cooperatorem et ipsum dominum Christum, qui et nostri certaminis fautor existet; qui utique præstaturus est nobis tamquam prompte pro sua fide certantibus, ut et pro prædicatore orthodoxiæ, qui iniustitiam pertulit, ad piissimum imperatorem nostrum legatione fungamur.

Lp 154 Epistula Theodoreti episcopi ad Helladium episcopum de Himerio episcopo Nicomediæ. et hanc, sicut posuit Irinæus, duximus transferendam 25

159 [70] Taciturnitatem præsentī tempore seruare deliberans, inueni hanc noxiam nimis Ps. 39, 10 ferentemque periculum. unde taciturnitatem soluens, non prohibebo labia mea cum propheta clamabo, sed ea quæ mihi recta uidentur et iusta, his qui sunt a tua sanctitate, innotesco et a uestra sanctitate omni cum uoluntate suadar quæcumque ep. 145 M 847 expediunt. igitur manifestum tuæ facio sanctitati quia ex Ægypto missam legentes 30 epistulam inuenimus et doctrinæ ecclesiasticæ congruentem et contrariam duodecim capitulis e regione illis quibus hactenus perstitimus ut hæreticis repugnantes, et deliberauimus pro ecclesiæ pace eos quidem qui super his quæ peccauerunt, correxerunt, in communionem suscipere, iniustæ uero atque iniquæ damnationi sanctissimi et deo amicissimi episcopi Nestorii neque manu neque lingua neque mente adquiescere. inicum 35 namque re uera et ultimo supplicio dignum est illi quidem qui mundum confudit et terram et mare turbis compleuit et uix nunc expositionem nostram suscepit, inpertire ueniam, illum uero qui ab ipsa pueritia ecclesiæ doctrinam docuit, iniuste homicidali huic tradere interfectioni. nam simile quoque est istud ac si omnes illos deo amicissimos prodamus episcopos qui nobiscum in Epheso et Chalcedone et Constantinopolim pro 40

1 his <i>scripsi</i> his que M	2/3 securitatisque M	7 heresim M	dediticios <i>Lupus</i> dediti hos M
9 monstrum <i>scripsi</i> urm M	10 ubi qui M	11 nuntiatur M	12 est <i>scripsi</i> et M
14 reliquæ <i>scripsi</i> relique M	15 radicabunt M	16 blasphemauit M	21 fautor <i>Lupus</i> factor M
24 himeri M	26 CLVIII M	noxium M	30 manifestam M
<i>scripsi</i> doctrine et M	36/37 et terram <i>dupliciter scripsit</i> M	38 ecclesiæ doctrinam <i>scripsi</i> hec ec	
edoctura M			

ueritate certati sunt et usque ad præsens cum feruore certantur, et despiciamus** leges-
que præ omnibus inpugnantur et foris ab ecclesiis degere compelluntur. deliberauimus
igitur non prius uel Ægyptiis uel Constantinopolitanis communicare, donec propugnatores **Lp 155**
pietatis proprias receperint ecclesias. scribat igitur sanctitas tua deo amicissimo
et sanctissimo episcopo Himerio et persuadat eius religiositati quia et pietatem non
prodidimus et curam fraterni amoris habuimus et studium uotumque habemus aut
cum eis traditos nobis populos regere aut cum illis expelli et quietem quæ absque periculo
est, recipere. et mihi autem intentionem dignare tuæ innotescere sanctitatis, deo
amicissime. nimis enim coartor eo quod nihil a uestra amabilitate de his quæ aguntur,
sumus edocti. 10

Epistula Theodoretī episcopi, sicut idem Irinæus posuit, ad Himerium Nicomediensem **Lp 156**
episcopum

- 1** Et cui decet ut superet omnibus bonis nisi ei qui possessionem bonorum omnium **160 [71]**
congregauit et hanc in semet ipso circumfert? uicisti, deo amicissime domine, sicut
in aliis omnibus, sic in festinatione allocutorias litteras dirigendi, et dum nos simus et **15**
inertes et somnolenti et circa stupentia fastidiosi et negligentes, tuo nos alloquio suscitasti
et paterni illius atque spiritualis re uera affectus ad memoriam reuocasti. uerum
ne omnes causas litterarum tarditatis occultans, memet ipsum fastidii culpæ subiciam,
modicam quandam ueramque satisfactionem pro nobismet ipsis adhibeam. habi-
tamus ciuitatem longe alicubi sitam ab illa uia qua equi transcurrunt, et ideo neque **20**
ipsos qui ad nostram prouinciam ueniunt, cernimus, nec cum illis uero esse contingit
qui hinc proficiscuntur, et propterea non obtinemus consolationem dirigendi ad uestram
litteras sanctitatem. ad hæc, cum prius assueti fuissetis sæpius ire ad Antiochiam
atque illic moras habere, unde facile erat et dirigere et suscipere litteras, a multo iam **M 848**
tempore in domo habitare atque illic elegimus quiescere. in præsentī enim hoc tam- **25**
2 quam quod amplius expediret, sumus amplexi. hæc sunt quæ nos usque ad præsens
prohibuerunt sanctum tuum caput amplecti per litteras; sed sanctitas tua et hac necessi-
tate superior facta est, quæ dominum meum honorandissimum et deo amicissimum
Stratigium comministrum direxit ad nos, quem cum omni festiuitate conspeximus ut
saluatoris nostri Christi diaconum et tuæ sanctitatis dilectione feruentem et omnia **30**
facere ac pati eligentem pro te, qui pietatis athleta es et fortis pro pietate certator. **Lp 157**
beatificamus enim, ut bene noueris, domine deo amicissime, tua clara et magna certamina
et fixum firmumque fortis tuæ animæ sensum et pro apostolica fide sudores et labores
atque pericula, per quæ tibi æternæ et a corruptione superiores et, ut complexe dicamus,
perficientur diuinitus datæ coronæ et sanctum tuum caput ornabunt. nos enim circa **35**
nihil utiles ecclesiæ dei sumus effecti a piis enim fidelibusque omnibus ac plenīs
zeli feruore et pijsanctorum patrum confessionem spirantibus circumoperti despici-
mus potius quam despiciamus, et regimur quam regamus; tua uero sanctitas in ipsa flamma **Dan. 3, 24**

160 *Vltimæ epistolæ partis* [inde a p. 108.8 *intentio*] alia uersio extat in *Coll. Palatina*; *Mar. Merc.* p. 337, 338 *Bal.*

1 creati <i>M</i>	lacunam statui c. g. supplendo si per sanctiones	2 deliberabimus <i>M</i>	3 egip-
tius <i>M</i>	constantinopolitani <i>M</i>	4 pietatis proprietatis proprias <i>M</i>	
13 CLIX <i>M</i>	cuius <i>M</i>	14 ipsum <i>M</i>	15 omnibus <i>Lupus</i> hominibus <i>M</i>
lenti <i>M</i>	suscitati <i>M</i>	17 paterni scripsi pari <i>M</i>	16 sonno-
secundum <i>M</i>	27/28 hanc necessitatem <i>M</i>	22 proficiscunt <i>M</i>	27 sanctum <i>Lupus</i>
		31 pro pietate <i>Lupus</i> proprietate <i>M</i>	36 pleni <i>M</i>
38 quamquam regamus <i>M</i>			

existens et circa tres illos adulescentes in medio camini choros exercens, unam magnam-
 Dan. 3, 49. 50 que habuit consolationem sancti spiritus auram, quæ et flammæ impetum sparsit et
 3 eius caminum permutauit in rorem. et quidem de tuæ certaminibus sanctitatis a
 nobis tanta sint dicta; superat enim non solum mensuras epistolæ, sed et maximam
 conscriptionem tuorum bona fama certaminum. quod uero de pace sit murmur, 5
 significamus tuæ sanctitati<et> quia dum certe omnino proximi sumus, nihil ad integrum
 nouimus, sed tanta scimus quanta nobis nuntiant hi qui huc ad nos reuertuntur ad
 propria, intentionem nostram manifestam tuæ facimus sanctitati. legentes litteras
 ep. 145 quæ nunc ex Ægypto directæ sunt, et crebro eas apud nosmet ipsos discutientes, eccle-
 siasticæ doctrinæ illas congruentes repperimus et contrarias duodecim capitulis quæ 10
 usque ad præsens permansimus expugnantes, et deliberauimus ut si receperit sanctitas
 tua diuinitus sibi commissas ecclesias, communicemus quidem Ægyptiis et Constantino-
 politanis et aliis qui cum eis militauerant contra nos, quia nostrum, magis uero apo-
 stolorum dogma confessi sunt, ei uero quæ dicitur damnationi sanctissimi et deo ami-
 cissimi episcopi Nestorii minime assentiamus. iniustum namque secundum ueri- 15
 tatem et clare impium perspicitur, etiamsi eisdem subiectus esset criminibus quibus
 et alter, illi quidem ueniam inpertire, huic uero claudere pænitiæ ianuam; multo
 Lp 158 magis inicum et amplius impium est illum qui est insons, interfectioni contradere. sciat
 igitur sanctitas uestra quia prius eis non communicabimus nisi uestras receperitis ecclesias.
 hæc uero non ego solus, sed omnes sanctissimi huius regionis episcopi in unum con- 20
 uenientes habito concilio deliberauimus.

160a M849 81a Iam supra ostendimus quia Nestorius sua dogmata denegabat et Orientales episcopi
 iudicium fieri cupiebant se præsentem atque Nestorio, et si re uera talia sentire conuin-
 ceretur, eum se anathematizatos cum tali eius dogmate promittebant. hoc enim
 ep. 146 ep. 150 Alexander in sua ad Acacium dixit epistula; Theodoretus uero scribit quia »hominem, 25
 cuius non sumus iudices facti, inauditum non possumus damnare«. nemo ergo catho-
 licus et deum timens potest Theodoretum de fide reprehendere, cum maxime audiat
 ep. 145 eum laudantem dogmata epistolæ quæ ante unitiuam directa est ab Ægypto, contra
 quam multi episcoporum Orientalium clare dixerunt quod apostolicæ fidei esset aduersa.
 et quod præ omnibus est notandum, ante ecclesiæ pacem legitur facta; hæc tamen diximus 30
 salua illa quæstione, si eius sunt.

Lp 159 Epistula Theodreti rescripta ad Alexandrum Hierapolitanum, <sicut> Irinæus dicit

161 [72] Sicut apparet, suspectus tuæ factus sum sanctitati tamquam prodiderim pietatem.
 ep. 155 ep. 145 non enim me scribente quomodo intellexerim epistolæ Cyrilli dogmatica, et discere
 uolente si quid sit in eis aliud latens quod hæreticis eius capitulis conferatur, ammonuerat 35
 religiositas tua nihil scribere super hoc. . ego uero testem deum inuoco in animam
 meam, neque sedis desiderium neque ciuitatis cupido neque persecutionum timor subegit
 me usque ad præsens, sed incorrupto decreto et indeclinata mente illas litteras legens
 conuenientes nostris esse duxi intellectus earum. quid enim aliud orabam audire
 ut hoc uenerarentur hæretici nisi quia inconuertibilis est dei sermo et impassibilis atque 40

3 rore M	4 superant M	6 et addidi	8 tue manifestam tue M	10 doctrinas M
contraria M	13 ūrā M	14 confessi sunt scripsi secundum Coll. Pal. confessis M		qui M
dampnatio M	18 interfectionis M	19 communicauimus M	21 consilio M	
22 super M	24 talia M	26 inauditum M		
32 sicut addidi	33 CLX M	39 eorum M	40 inconuertibilis M	

inmutabilis et neque fermentatio neque confusio neque retemperatio facta est in unitione dei uerbi ad carnem? et hæc tamen in litteris comperiens, minime tutum putauit esse ut super his solis communio fieret, sed ut euidentius fieret et clarius horum exponeretur intellectus, sicut et olim litteris quas ante has scripsi, mandaueram, uitans omnino ep. 155 damnationis subscriptionem. et hæc autem pro condescensione suscepi et putans 3 nec tuam contradicere sanctitatem; hæc uero et in Antiochia et in Berœa et in Hierapoli sumus sæpius collocuti; hæc et domino meo sanctissimo et deo amicissimo episcopo ep. 150 Andreæ per honorandissimum et reuerentissimum decurionem fortissimorum tertio Stabilisianorum, dum illic adueniret, scripsi. et quia non de quibilibet nobis certamen est, sed de ipsa spe nostra, uenissem utique, si mihi hoc corpus infelix concederet, 10 ad sanctitatem tuam, ut maiore discussione et communi colloquio comprehenderetur Lp 160 M850 sententia litterarum.

Vbique notandum est quantum distet Theodoreti intentio ab his qui postea usque 161a ad finem cum Nestorio permanserunt, id est Alexandro et Eutherio uel aliis similibus et quantum consonet his qui pacem ecclesiasticam asserunt, id est Iohanni et Acacio 15 et Andreæ et similibus.

Epistula Eutherii episcopi metropolitani secundæ Cappadociæ Tyanensis ciuitatis ad Lp 161 Iohannem Antiochiæ archiepiscopum de eisdem litteris ep. 145

- 1 Magnos patres atque doctores uos dedit nobis dominus Christus ad defendendum, 162 [73] ad docendum, ad omnem animæ ducatum. necesse est igitur nos quidem et im- 20 portunos esse et discere quæ oportet, uestram uero sanctitatem et non grauiter ferre deprecationes et monita paterna præstare. quod autem nunc me <tacere> uetuit, ep. 145 hoc est. legi Alexandrini epistolam multa quidem et alia incongrua continentem et contra dogma pertinaciam malam et aliquas propositiones non pias. de his iustum iudicaui ut indicarem quæ meæ humilitati placuerunt, ut aut confirmentur quæ bene 25 se habent, tuæ sanctitatis nutu aut corrigantur quæ forsitan per ignorantiam fuerint uisa contraria.
- 2 Et prius quidem de capitulis hoc suspicor ut non prius uniamur expositori eorum, nisi omnino ea uoce propria et subscriptione reppulerit quæ habent præcipue blasphemiam. an ad hæc manebunt sicut ille præcepit? sed nos, qui ei concedimus id et insuper 30 cum tot laudibus atque præconiis quæ fecit, excusamus, ab omni excusatione nos ipsos efficiemus extraneos. si enim tunc quidem sic ea iudicauerimus mala, ut eorum scriptorem unanimiter deiceremus et excommunicatos illos qui ea susceperant, faceremus, nunc autem sic tolerabilia, ut uniamur scriptori eorum, non corrigenti hæc quæ tunc nobis damnatione uisa sunt digna, quis nos a iusta increpatione liberabit, qui cum tunc 35 quidem deposueramus uelut constitutum merito sub reatu, nunc autem rursus excipiamus Lp 162 eum uelut insontem? inpugnant enim se inuicem iudicia hæc et faciunt nos illi reatui subici quem pronuntiat apostolus dicens: si enim quæ destruxi, hæc iterum Gal. 2, 18

2 totum M 5 aut M 6 Berœa *Lupus* hebria M 8 decurionem *scripsi* diaconum M
10 uenisse M
15 pace ecclesiasticæ M
18 hisdem M 19 CLXI M 22 tacere uetuit *scripsi* notuit M 24 et *scripsi* ut M
aliquas *scripsi* alias M 31 fecit excusamus *scripsi* fecistis causam M 33 scriptorum M ea
susceperant *Lupus* eas susceperemus M 35 liberauit M 36 quidem qui M deposueramus M
38 reatu M

3 reædifico, præuaricatorem memet ipsum constituo. sed et capitulorum
 anath. I incongruitas cui bene susceptibilis apparebit? quis carnaliter dei particem sanctam
 anath. III uirginem suscipiat? quis unitatem naturalem et per hoc coactiuam, quæ super
 anath. IIII omnem naturam mentemque? quis unam naturam dei <et serui> formam? quis
 anathematizare præsumat eos qui pie adscribunt excelsa quidem diuinitati, humilia 5
 M 851 uero humanitati, non scissa unitione ullo modo, quæ apostoli et euangelistæ facientes
 anath. V ab hac legislatione anathematizati sunt? quis consentiat terribili contra episcopum
 de spir. s. 12 sanctum gloriosumque Basilium sententiæ, qui deiferam dixit domini carnem, qui etiam
 cum his qui præsumunt deiferum nominare, anathematizatus est? quis autem
 Act. 9, 15 communicet ei qui Paulum, uas electionis, anathematizauit per illa quæ inquit 10
 anath. VII ait: »Si quis quasi [per] hominem inoperatum <a> deo uerbo Iesum dicit, anathema sit? «
 Eph. 1, 19. 20 dum sanctus Paulus clare dicat: secundum operationem potentiæ uirtutis
 eius quam operatus est in Christo, suscitans eum a mortuis. quis
 uero incidat a uerbo carnem et sic offerat adorationem debitam, sicut iussit iste qui
 anath. VIII ait: »Si quis præsumat dicere assumptum hominem coadorari oportere deo uerbo et 15
 Mt 12, 28 conglorificari, anathema sit.« quis uero ab ipso domino audiens quod in spiritu dei
 1 Tim. 3, 16 eiciat ipse dæmonia, et discens a Paulo id quod est qui manifestatus est in carne,
 anath. VIII iustificatus est in spiritu, glorificari ab spiritu dominum nostrum Christum Iesum
 confiteri recuset? immo quis eos qui hoc confitentur, et anathematizare præsumat?
 quis uero pronuntiare audeat circa huius ineffabilem uocum nouitatem deum uerbum 20
 anath. X apostolum factum ac principem sacerdotum, ut per hoc eum facturam quoque pronun-
 Hebr. 3, 1. 2 tiet, ter beato Paulo clamante: considerate apostolum et pontificem con-
 fessionis nostræ Iesum Christum, qui fidelis est ei qui fecit eum? aut
 anath. XI quis est qui domini carnem non ex nostra natura sumptam, sed ipsius uerbi propriam,
 Lp 163 tamquam si aliunde substerit, dicere eligat uel audire? quis uero cunctos simul 25
 anath. XII sanctos anathematismo supponat qui non dixerunt deum uerbum passum carne et
 Col. 1, 18 crucifixum carne et primogenitum ex mortuis eum qui semper uiuit et est immortalis?
 4 de quibus conuincere quidem latius facile est, sicut factum est in contradictionibus quæ
 a multis et quæ a nobis ipsis factæ sunt; nunc uero, quippe ut in epistula, breuiter necesse
 est subsignare. dum certe etiam sine <conuictione> omnino impietate manifesta 30
 essent, oportebat tamen ea ut nouella refutari et non suscipere ad iniuriam præcedentium,
 quæ perfecta existunt horumque ad correctionem non egent. sed dicēs: bonum est
 quæ nunc ab eo facta est expositio dogmatis et ad sic currentem pestilentiam mundi **
 languorem minime sistes, nisi materiam languoris euacuaueris effectricem. in uanum
 mederis extrinsecus, qui intus plantasti et radicasti perniciem. si enim deterioribus 35
 excussis, meliora fuerint introducta, meliora obtinebunt locum; manentibus autem
 blasphemiiis quæ superinducuntur, egregia iniuriam sustinebunt et reprobabilia fient.
 2 Cor. 6, 15 quæ est enim communio lucis ad tenebras aut quæ pars fideli cum in-
 Hebr. 10, 9 fideli? statio enim secundi interemptio est prioris; unde dicit apostolus: interimit

28/29 in contradictionibus . . . quæ a nobis ipsis factæ sunt] *Eutherii Antilogiam* [PG 28, 1340]
Athanasio attributam et ita seruatam esse coniecit Lupus, probauit G. Ficker in libello qui Lipsiæ 1908 editus
est sub titulo Eutherius von Tyana

2 particem M	4 et serui addidi et hominis Lupus	6 humanitatem M	11 per del. Lupus
a addidi	14 incidet M	sic offerat scripsi sicut fert M	15 coadunari opor-
teret M	24 sumpta M	28 facile Lupus facere M	29 facta M
32 reccionem M	dicēs scripsi dicis M	33 ab eo scripsi habeo M	30 conuictione addidi
e. g. monstrandam aptum. at	uanum Lupus unum M	38 est] et M	lacunam statui supplens
			lucis} lucida M

prius, ut statuatur secundum. quod uero se dicit anathematizare Apollinarium et uesaniam eius, dum non cuertantur illi consonantia dogmata, inductio est et risus, tamquam si quis accusans ** ea gignit multa uenena, offerat tamen ipse uenena atque per totum <mundum> multos extinguens, idcirco se arbitretur demonstrare quam illos **M 852** qui crudeliter perempti sunt, ipse non læserit, quod accuset terram. 5

5 Super hæc subscriptiones tamquam uictor exigere gloriatur ad illius impudentem damnationem qui neque iudicatus <est> neque conuictus neque aliquid peregrinum fidei quæ ab olim tradita est, nobis consciis dixit, quem uel unde culpemus, omnino non noui. an forte quare illis nouis dogmatibus non assensit, quæ nos adiudicauimus prius? quare non nouitates uocum quas scriptura non tradit, testimoniis sacræ **10** scripturæ præposuit? quare ea quæ sunt apostolorum et prophetarum et euangelistarum et ipsius Christi, qui est omnium dominus, absque uitiatione prædicauit? sed contra illos sententiam proferemus, si adiudicamus hunc ea quæ illorum sunt, prædicantem; **Lp 164** quæcumque autem in mirabilibus illorum gestis siue commentis ex huius adscripta nomine a ueritate dissonantia inueniuntur, nisi ostensa fuerint audacia falsariorum **15** fuisse conficta, modis omnibus suscipiet additionis sententiam is quem nocentem deprehendi contigerit, et nullus sic odit animam suam, ut non mox anathematizet ea quæ manifeste fuerint praua, cum ipso qui ea dixit, siue ille seu ille uel angelus de cælo fuerit, qui dicere præsumpsit incongrua. quis autem poterit obliuisci illa uerba congrua tua, quæ memoria digna sunt, quæ nos instruxerunt in Epheso, quia dum duo mortifera **20** præcipitia proponuntur, hinc quidem quod dicitur dogma fuisse corruptum, illinc uero quod contra parem inicus exstiterit, nihil hic interest utrum ex illo præcipitio quod minus uidetur, <an ex eo quod maius uidetur>, aliquis ruat, quia æque periclitabitur; nihil <enim> prohibet <ut> et ex illo quod minus uidetur, aliquis ruens similiter periclitetur. **25**

6 Et <haec> quidem quæ mihi placent, breuiter indicaui, sciens melius esse, quicquid illud est, pati quam propter temporalem peccati perfruitionem æternum sentire tormentum; tuæ uero est sanctitatis et manifestare quæ certa sunt, et tam litteris quam orationibus confirmare, et quæ meditata sunt, nuntiare, ut præueniatis aduersariorum nequitiam, et quietem bene placitam magis eligere, si nihil pium <præter> pacem facien- **30** dum est atque concordiam. didicimus enim quia sit et falsi nominis pax, ab eo qui clare dixit quia zelatus sum in peccatoribus, pacem peccatorum uidens. **Ps. 72, 3**

Epistula eiusdem Eutherii Tyanensis archiepiscopi quam scripsit Helladio Tarsensi **Lp 165**
archiepiscopo, lectis litteris ab Alexandria et Iohannis archiepiscopi ad Alexandrum **ep. 145 ep. 165**
episcopum et Alexandri ad Ioannem **35**

Quantum nos uulnerauerunt litteræ aliorum, quorum quidam rectam fidem in- **163 [74]**
pudenter expugnant, alii uero dogma ex parte maxima prodiderunt, tantum me tuæ

1 apollinarius *M* 2 dogmatum *M* 3 lacunam statui supplendo Aegyptum quod gignit
scripsi gignit *M* genuit *Lupus* ipsa *M* atque *scripsi* et qui *M* 4 mundum *addidi* quam *M*
quoniam *Lupus* 6 hæc *Lupus* hanc *M* 7 est *addidi* 9 adiudicauimus *Lupus* ad iudicium *M*
13 sunt prædicantem *Lupus* predicantem sunt *M* 14 quicumque *M* 15 uarietate *M* 16 is quem
scripsi hisque *M* 18 manifesta *M* 22 nihil *Lupus* nisi *M* 23 an - uidetur *addidi* æque
Lupus aque *M* 24 enim *addidi* ut *addidi* 26 hæc *addidi* 27 paci quapropter *M*
perfruitionem *scripsi*, cf. quæ in *Antilogia* [PG 28, 1341^c] contra *Cyrrilianos* dicit πλῆθος . . . τὸ προτιμῆσαν
πρόσκαιρον ἁμαρτίας ἀπόλαυσιν τῆς αἰωνίου ζωῆς, perfruitionem *M* tu *M* 30 pium præter
scripsi pium *M* præter *Lupus* 30/31 fa]endum *M*
33 Tyanensis] transcensis *M* heludio *M* 34 archiēpi *M* 36 Cl.XII *M*

sanctitatis lætificauit epistula et nisi hanc pro omni medicamine habuissem quæ operaretur contra uniuersam passionem, subito tanta me tristitia uelut transitorie inruens
 M 853 peremisset. lætificauerunt autem me aliorum orthodoxorum litteræ ostendentium dignum zelum de contradictione et resistentia pro pietate. hæc uero dico ostendens quam habeam deo cooperante intentionem, sequi festinans in his quæ proposita sunt, non errantia tuæ uestigia sanctitatis, cuius ad bona nutibus oro seruire et omnia quæ pie ab ea deliberantur atque iudicantur, rata habere atque seruare et ad effectum pro quanta mihi est uirtus, adducere et per ipsa æternum lucrum mihimet ipsi acquirere.
 Omnem fraternitatem quæ cum tua est fraternitate, plurimum salutamus.

Lp 166 Post hanc epistulam sua uerba posuit Irinæus dicens ita

10

164 [75] Hæc quidem de litteris ex Ægypto tam <ad> Antiochenorum præsulcm quam ad alios sacerdotum is qui Tyanensem regebat ecclesiam, scripsit; Iohannes uero omne quicquid poterat, agens persistebat et scribens, ut ad sententiam propriam transduceret uniuersos. propter quod et ad seruum dei Alexandrinum mox de his ipsis similia scripsit, et hæc dum de prioribus litteris hæsitaret.

15

164a Hic prius notandum de epistula Eutherii quia Orientis episcopi non credebant Nestorii illas esse epistulas uel sententias quas ex eius nomine synodus Ephesena damnauerat. quod si eius esse probarentur, parati erant et ipsi et huiusmodi eius scriptis anathema dicere, sicut et Theodoretum attestantur epistolæ. deinde qui cum Nestorio perstiterunt, Iohannem et Theodoretum inter fidei proditores et ante pacem notare
 ep. 145 nitebantur ecclesiæ, quia Theodoretus fidem Cyrilli epistolæ ad Acacium ualde laudabat, quam cuncti isti et Irinæus apertissime hæreticam scribunt. constat igitur quæ sit Theodoretum fides, qui aliis in melioribus consonans, a deterioribus ualde dissentit.

Lp 167 Epistula Iohannis archiepiscopi Antiocheni ad Alexandrum episcopum Hierapolis quam
 ep. 145 ep. 148 rescripsit de litteris ex Ægypto, propterea ab Andrea Samosateno episcopo præculpat

25

165 [76] 1 Litteras tuæ religiositatis accepi et hoc ipso quod susceperim, lætificatus sum; solent enim litteræ propriorum, qualescumque sint, gaudium suscipientibus exhibere.
 ep. 146 legi uero et illas quas ad dominum meum perque omnia sanctissimum communem patrem Acacium episcopum direxisti, et uidi subtilitatem, magis autem minutiarum dialecticæ
 minutissimas quæ in epistula ferebantur; non tamen hanc subtilitatem uidco præsentit
 iud. 14, 14 tempori utilem. dum enim nos oporteat delectari eo quod de comedenti exierit
 M 854 cibus et ex amaro dulcedo et ab eo qui non sapit ea quæ nostra sunt, illa quæ sapimus nos, patimur illud quod in prouerbiorum libro dictum est: is qui uicit, negauit se esse uictorem. homo dei, recommemora tmet ipsum quoniam totietas hæresis
 Apollinarii in naturarum mixtione et confusione omnem consistentiam habet; ipse uero id latius reppulit, anathematizans mixtionem quæ apud eum iacet in multis eius, sicut et ipse nosti, conscriptis, et confusionem naturarum et alterum dicens esse diuinitatem.

1 hac M 3 peremisset *Lupus* peruenisset M 4 pro pietate *Lupus* proprietate M 7 eo M
 8 acquirere *Lupus* acquiescere M

11 CLXIII M ad add. *Lupus* 12 his M omne *Lupus* omis M
 22 hereticum M

27 CLXIII M 32 uos M 33 quæ -- illa *dupliciter scripsit M* 34 in prouerbiorum libro
male transtulit ἐν παροιμίαις *quasi de libro s. scripturæ dictum sit* 36 apollinarii M

alterum corpus. sic enim supersignans adiecit quia impassibilis est diuinitas, quia p. 96, 32
 duæ naturæ, quod nullus hactenus eorum qui nunc sunt in Ponto habitantes, aut dixit
 aut sapuit. et sunt hæc manifestissima conuictio contra eos. et utinam contingat
 eum qui est ex uicinis tuis, occurrere in hanc confessionem et alios qui ultra Taurum
 sunt, et omnia ipsis quoque soluta sint. uides enim quia omnino his quæ illi dicunt, 5
 2 et his quæ ipse in capitulis posuit, sunt ista contraria. uerum ne sermonem producam, Lp 168
 ad aliud eorum quæ nobis uisa sunt, uenio. fui in Berœam, et dum multa nobis hic
 exercitatio facta fuisset et communis pater dominus meus Acacius sanctissimus episcopus
 omne bonum moueret ut ecclesiarum status in semet ipsum redeat, placuit ut rogatus a
 nobis dominus meus religiosissimus et communis frater episcopus Paulus ad Ægyptum 10
 iter assumat pro pace uniuersali, ut ibi conflictu habito ac per uiuam uocem, quæ dicuntur,
 ad maiorem manifestationem clarioremque perueniant, ut illud fiat quod ab his qui
 foris sunt sapientibus dicitur: ea quæ de deo dicuntur et sæpius audiuntur, uix tandem
 sicut aurum purgantur. noli ergo esse pusillanimis, quæso. sufficiens est enim
 deus inchoatam suauitatem et clariorem reddere et firmiorem, dum facta fuerit ista 15
 profectio ad bonum, sicut arbitror, [et] ecclesiæ dei. et uere magnum est ut adsumat
 animum dominus meus Paulus despicere et infirmitatem corporis et senectam et multa
 milia fluctuationes, quas dinumerare facile non est, ac semet ipsum committat et pro-
 uinciæ peregrinæ et uiro qui non parum est exasperatus a nobis, licet non ex nobis.
 si uero dicis quod crucifixus sis mundo et mundus crucifixus sit tibi, ad te quidem bene 20 Gal. 6, 14
 se habet, ad mundum uero id nihil est. nec enim philosophiæ nunc nec martyrii tempus
 est, sed corruptionis totius orbis terrarum et perturbationis ecclesiasticæ.
 3 Significo deoamabilitati <tuæ> quod piscator dimissus sit, magis uero sublatus
 et quieuerit turpiter; affert uero id non modicam consolationem. ualde enim eum
 et ipsa Ægyptus execratur, sicut cognouimus a magistriano qui uenit, ipsi plus pertur- 25
 bationis adscribens.
 Hæc per epistulam scripsimus studiose, ut unde luctus nostros mitigemus, habeamus.
 hæc quidem sic se habent; deo amicissimus uero episcopus Archelaus etsi pro dogmate
 nihil est passus per orationes tuas, uerumtamen multatus est ad octo milia solidorum M 855
 ab augustali Seleuciæ, et placuit ut describerentur uniuersi. para igitur quantum 30
 deuotio tua suggererit; quod si non alia, uel legitima ei prospice. peremptorie enim
 addictus est.

Epistula Iohannis archiepiscopi ad Alexandrum episcopum de Paulo episcopo Lp 169

Arbitratus sum me aliquid utile scripsisse; quia uero religiositas tua necessaria CLXVI [77]
 quidem meæ epistolæ reprehendit ut praua, reliqua uero uelut insana proiecit, melius 35
 <duxi> me acquiescere tuis quam te illa quæ mea sunt, dure suscipere. tamen uel

23—26 *sermo esse uidetur de Iohanne comite sacrarum largitionum et magistro officiorum quem a Cyrillo cor-
 ruptum fuisse paulo ante eius mortem apparuit; cf. Nestor. Libr. Heraclid. p. 384. 388. 478 sq.*

2 actenus M	3 manifestissime M	5 sunt M	7 beriam M	9 omne bonum moueret]
male transtulit πᾶντα κἀλων ἐκίνει		10 frater dñs ms acacius, delete acacius M		15 inchoata
suauitate M	16 et del. Lupus	16/17 adsumaum animus M	18 fructuationes M	dei
numerare M	19 exasperat M	22 correptionis M	23 significa M	tuæ add. Lupus
demissus M	25 egyptius M	cognouimus M	27 inde M	29 uerumtamen per ora-
tiones tuas M	multatus Lupus	mundatus M	30 Augustali Baluze	augustino M . descri-
berentur M	31 alias M	peremptorio M		
36 duxi addidi est add. Lupus				

hoc unum tibi ut placeat, quæso, quia iter domini mei religiosissimi et communis nostri fratris Pauli episcopi non sit superfluum, sed utile ac necessarium. uerisimile est enim eundem ipsum optinere aliquid quod non discrepet a nostra sententia; propositiones enim meas illas decem, quas communiter composuimus, portans recessit. et uerisimile est quod uir ille uelit maiorem quandam satisfactionem perficere super eas quas iam dedit; amat quippe colloquium multas difficultates adimere. si igitur aliquid uotium per gratiam dei optinens remeauerit, bene se habet; alias communiter nobis deliberandum est quid agi oporteat.

Lp 170 Epistula Dorothei metropolitani Mysiæ et eiusdem prouinciæ episcoporum ad Iohannem Antiochenum patriarcham de ipsa legatione Pauli ad Alexandriam pergentis 10

CLXVII [78] Benedictus deus, qui et olim sub apostolorum temporibus nouum et benedictum nomen quasi a throno quodam, id est a uestra metropoli in omnem orbem terrarum diffudit, ut Christiani uocemur, et nunc autem festinante aduersario euertere orthodoxiæ confessionem, mox uos armauit zelo diuino et opposuit contra omnia machinamenta nequissimi, ut nostra quæ a patribus ad nos transmissa est hereditas fidei inconcussa seruetur, pro qua et multum studium exercentes minime fatigamini, omnia propter dominum sustinentes, ita ut debili corpore ad deo amicissimum iter assumeretis Acacium et per eum deo amicissimum comministrum nostrum Emesenorum ciuitatis episcopum Paulum dirigeretis et eum sic transmitteretis Ægyptio sicut medicum ad languentem, quin potius, ut arbitror, putridum, ut in ipso prouidentiam facientes ecclesiasticæ totius orbis tranquillitatis. hæc namque uniuersa per litteras uestre prospici agnouimus sanctitatis, et ualde nobis quæ a uobis prouisa sunt, placuerunt, præcipue uero circa M 856 hanc partem quia cum pia cautela et recta nostra confessione curam agere festinatis, ut duæ naturæ domini Christi <in>confusæ per confessionem dicantur, rationabiles occasiones ab ipsis qui reciderant a pietate, sumentes. dignetur uero amatrix Christi sanctitas uestra, sicut et cœpit, ante omnia <curam agere> ut illa pars piæ confessionis nostræ muniatur, ut neque aliqui duas inconfusas Christi naturas negent neque hi qui Lp 171 eas orthodoxe prædicant, abiurentur ab eis neque manus aliter his qui lubricati sunt, porrigatur, nisi scandala in scripto peremerint, anathematizantes capitula quæ impie ab eis exposita sunt, et omnia quæcumque orthodoxæ et piæ nostræ religioni et ipsi subintroducere absque probatione temptarunt et quæ introducta ab aliis receperunt, subscriptionibus ea roborantes quæ aliena sunt ab orthodoxa fide. hæc non tamquam præcipientes scribimus, deo amicissime, sed sicut filii patribus damus consilium suggerentes.

Lp 172 Ad manifestandam diuisionem eorum qui cum Iohanne Antiochenorum archiepiscopo sentiebant, et eorum qui Nestorium cum eius dogmatibus, quæ et ipse negauerat, postea uindicabant, **ut post istam epistolam proœmium Irinæi, de quo sæpe diximus, transcribamus. quod ita se habet

CLXVIII [79] Tertia, inquit, pars huius codicis continet illa quæ acta sunt in Alexandria, quando

4 recessit] *conexu postulatur abscessit; sed nescio an translator pro ἀπεχώρησε legerit ἀνεχώρησε*
 4/5 uerisimile M 5 uelit scripsi uelut M 6 dedit scripsi rerit M
 9 nisiue M 10 alexandrum M 12 throno scripsi rone M 14 diuina M 15 a patribus
Lupus per auribus M nos transmissa scripsi nras missa M 19 languentem M 23 cura
 augere M 24 inconfusa *Lupus* confuse M 26 curam agere addidi 27 aliquid M
 29 perhimerint M 30 exposite M ipsis M 33 amicissimi M
 37 lacunam statui e. g. supplendo bonum esse iudicamus p̄m̄ium M

inter se de pace consensi sunt, et Cyrilli circa eam malas artes, insuper et Pauli ad eum impias pactiones et, ut in summa dicatur, ea quæ ante sunt gesta quam Paulus et Aristolaus ad Antiochiam remearent; post quam codicis partem ea quæ de ipsa Antiochenorum <ciuitate Iohannes archiepiscopus Antiochenorum> primum per litteras ubique scripsit, nihil eorum quæ cum Ægyptio ei composita sunt, faciens manifestum sacerdotibus 5 Orientis.

Epistula prima post ecclesiæ scissionem quam Iohannes Antiochenus episcopus <per> Lp 173 Paulum Emesenum episcopum Cyrillo Alexandrino episcopo pro pace facienda direxit

- 1 Ipse saluator et dominus noster Iesus Christus et alia quidem multa milia salu- 10 **169 [80]**
tarium præceptorum tradidit discipulis suis et duo ista, quæ quidem uidentur esse ad
inuicem quasi e regione contraria, omnem uero inter sese consonantiam seruant, dico uero
pacem et bellum, bellum quidem pro semet ipso et pro pia quæ de ipso est confessione,
pacem uero quæ ab eo est ad eosdem, secundum quam cunctorum constat coniunctio
ubique fidelium, <dum> una intellegatur ecclesia eorum qui inter gentes ac barbaros 15
ubique per totum mundum intellectum pium conseruant. ipsis uero potius eius uocibus
est utendum per omnia sanctis in quibus et bellum mittit et suam nobis tribuit pacem:
non ueni mittere pacem in terram, sed gladium et pacem meam do uobis. Mt. 10, 34 M 857
Ioh. 14, 27
nam tunc quidem quando discerpitur pia in Christo confessio, hic melius bellum est et
eos qui eo utuntur, saluos facere nouit, dum non defendunt illa quæ sua sunt, sed 20
illa quæ domini; quando uero pia in ipsum <fides> incolumis est, tunc idem sapien-
2 tium pax totius ecclesiastici corporis salus est. non a me hæc simpliciter dicta sunt
neque honoris amore (longe enim hoc a consuetudine mea est), sed ut ostendam quia
discissio quidem quæ contra te, deo amicissime frater, in tempore facta est pro ueritate
magis, non pro re aliqua corporali nec inimicitis uel pusillanimitate aliqua procurrente. 25
erat enim quædam nobis ad inuicem amplius quam aliis circa nos dilectio et affectus,
quem licet secundum faciei aspectum non plantauerat collocutio, sed unio rerum Lp 174
ualde optime atque firmissime sufficienterque coegerat; sed accepit discordiæ causam
illorum capitulorum transmissionem, quæ utinam numquam fuisset effecta. credere
enim mihi tua deoamabilitas debet quia in tantum nos obstuporem miserunt, ut nec 30
putaremus tua hæc esse inter ipsa principia (et utique forsitan cognouit id sanctitas
tua ex epistulis nostris, quæ ad aliquos scriptæ sunt), sed alicuius eorum qui non illa ep. 79, 3
quæ nostra sunt, id est ecclesiæ sapiunt. et hoc mox suspicati sumus, super eis ualde
3 turbati. quorum capitulorum non modica saluatio facta est, et spem uero adhuc
nobis præstant perfectæ sanationis ea quæ nuper a te, deocolentissime, scripta sunt, 35 ep. 145

169 Græce extat in A 108 [Abhdlg. d. Bayer. Akad. XXX 8 p. 65, 66]. cf. quæ ad ep. CXLII notauit ex Theodoret, ep. 112

1 eam scripsi eas M	2 summam M	sint M	3 patrem M	antiochiorum M	4 ciui-
tate — Antiochenorum addidi	5 eis M				
7 per om. M	12 contrarium M	13 confessione Lupus consione M	15 dum addidi		
intellatur M	16 ipsis Lupus ipsi M	eius scripsi secundum Γ equi M	17 est utendum Lupus		
estuendum M	20 quis M	21 fides Γ om. M confessio add. Lupus	incolumis scripsi secundum		
Γ incola missa M	24 discissio scripsi διδασκαλίας Γ dissio M	25 percurrente M	26 aliis — nos]		
τῶν πρὸ ἡμῶν Γ	circa] scitca M	27 rerum] πραγμάτων legit pro γραμμάτων	28 coegerat		
scripsi συνεκρότει Γ contigerat M	29 utinam Lupus una M	effectam M	30 tua a M		
obstupore M	31 putaremur M	32 scripta essent M	qui] que M		

quæ directa quidem sunt ad dominum meum deo amicissimum communem patrem Acacium, lætificauerunt autem cunctos qui sunt pacis ecclesiasticæ amatores; super quibus et nos nimis sumus supra modum affecti, licet coniuncta essent multis, quod quidem <ad nos> attinet, et fraternis accusationibus. præstabant enim nobis satisfactionem quandam non modicam et indigent non multo additamento, quod ipse nobis 5
P. 96, 40 sq. <te> peracturum esse promisisti, illud dicens quoniam cum pax fuerit facta, adhuc amplius excandificabitur quod <ad> satisfactionem pertinet. plus autem nos illud lætificauit quod agnouimus quia et beati et communis patris Athanasii epistulam gratissime suscepisti, quæ sufficiens est omnium discordias soluere, eo quod non solum recte contineat, sed et ob hoc quod ille, dum fide sit dignus, auferat conflictus earum. sit enim nobis 10
hic interpres cui merito debeat credi, illius fidei quæ in Nicæam a patribus sanctis exposita est, eo quod sint quidam uel eorum qui intra ecclesiam sunt, uel illorum qui foris ecclesiæ, qui proferunt quidem eam tamquam quoddam magnum iuuamen ferat hominibus, diuertunt uero eorum quæ in ipsa sunt quædam ad proprium sensum et ad id quod 15
4 simpliciter unicuique placuerit; sufficit enim hoc tantummodo dicere. his igitur 15
bene inchoatis, illa per quæ inter nos ad inuicem fuerat facta diuersitas, de reliquo iam quiescant, illa uero quæ ad pacem pertinent, maneant. occurramus laborantibus
Lp 175
M 858 per uniuersum mundum populis per diuersas opiniones, quibus huc atque illuc distra-
1 Tim. 1, 7 huntur, dum multi eos distrahentium nesciant neque quid locuntur neque de quibus affirmant. exundant enim ubique anathematismorum nimbi ingenti numero et 20
contumeliæ quas fratres aduersus fratres et sacerdotes aduersus sacerdotes exquirunt et in populos populi. nam alii quidem Iudæos nominant Christianos et <est> Apollinarii ista contumelia contra uniuersalem ecclesiam, quam cum sensu eius plurimi susceperunt; ille enim impius et aduersarius dei oppugnantes errores suos, dico autem patres ecclesiæ, Iudæos nominat et minime reueretur. alii uero istos paganos gentili- 25
busque deteriores appellant qui forsân sæpius una secum communionem sumpserunt ineffabilium mysteriorum, et nihil est aliud uidere fieri per omnem terram nisi perturbationem bellumque infandum et iram irreuocabilem et crudelitatem quæ omnem
Am. 6, 6 superat inhumanitatem barbaricam, et non est qui condoleat super contritione Ioseph; **inuicem, uoluptatem præstantes hostibus pietatis. et hæc dico non 30
uelut [qui] illos quidem inculpans, hos uero a culpa excipiens, sed omnia deputans confusioni quæ facta est propter peccata communia. proficiente namque euangelio et paganis atque hæreticis minuentibus necessario contra nos pietatis inimici desæuiunt, qui præsentis perturbationis tempus amplexi, inpudenter omnia corruerunt. unde improuise Christianitatis quidem reuerentia conculcata est, inimici uero dei subito 35
Ps. 82, 3. 4 sonuerunt et leuauerunt caput et super populo dei uersute cogitauerunt
5 consilium. propter hæc omnia meum fratrem, tuæ uero deoamabilitatis dilectorem dominum meum sanctissimum episcopum Paulum ego et dominus meus sanctissimus episcopus Acacius inuitauimus, ipse uero libenter arripuit ut ad tuam perueniret sanctitatem, uir qui semper inter ecclesiasticos exstitit clarus, et sciens rebus competenter 40
et bene <uti> et habens ad deum reuerentiam, qua utens plura sæpius in commune profuit,

3 quæbus M effecti M esset M 4 ad nos addidi 5 quandam *Lupus* quanquam M
6 te add. *Lupus* peracturam M 7 ad add. *Lupus* 10 fides M 11 illius *Lupus* illa M
forsan scribendum illæ 12 illorum que M 13 que proferunt M 14 quædam Γ quarundam M
19 qui M 20 affirmant *Lupus* suffirment M 22 et est Γ et M est *Lupus* 23 quam Γ quem M
25 nomina M 28 ira M 30 lacunam statui, cf. Γ ἀλλήλους δάκνομεν καὶ κατεσθίμεν καὶ ὅπ' ἀλλήλων λοιπὸν ἀνηλώμεθα 31 qui del. *Lupus* 32 proficient M 36 uersum te M
40 uir Γ ut M 41 uti addidi secundum Γ

regente deo, magis uero et prodest propter eam <quæ> sibi inserta est deuotionem. hunc aspicere dignare suauiter <et ei te> confidenter committere tamquam mihi, et tamquam Lp 176 si ego, ita fiducialiter se tibi ipse committere, et una consideretis illa quæ mundum recorrigere ualeant. non enim tantum uel me uel te considerare <debet> deoamabilitas tua quantum quomodo ablatis scandalis in semet ipsam reuerti oporteat ecclesiam 5 Christi, ut his factis, et ea quæ placuerunt piissimo et amatori Christi imperatori de ecclesiastica pace, proueniant.

Epistula Theodoretī episcopi ad Alexandrum Euphratisiæ metropolitanum, Irinæus dixit Lp 177

Murmurando nos aliqui pulsan̄t per opiniones quæ ueniunt ex Ægypto, reuereri CLXX [81] nos arbitran̄tes si liberemur a cunctis, et nesciunt quia quies a nobis ualde diligitur et 10 M 859 dulcior est a cunctis quæ in hac uita delectant. usque adeo enim desideramus eam, ut absque alicuius impulsione ad hanc currere cupissemus, nisi terror nos illius iudicis prohiberet. quia uero id ita fieri minime tutum est, sustinet necessitatem uoluntas, ut desiderio cum uenia perfruatur. quia igitur quæ diffamat rumor, multa sunt atque distantia <a> ueritate ** animam perturbare, tuam sanctitatem quæso ut quæ uera sunt, 15 nos per litteras doceas, quatenus ad hoc ipsum nos præparantes aptemus. nam et cum pietate desideramus pacem et cum iniquitate et impietate refugimus.

Epistula Andreæ episcopi Samosatēni ad Alexandrum episcopum Hierapolis Lp 178

Præcolligit quidem sanctitas tua recte ab ipsis initiis et finem ecclesiasticæ causæ; 171 [82] ego uero ex litteris quas modo accepi, non eundem præcolligam, sed unde sciam, mani- 20 festum eum habeo. et quæ quidem sint, necessarium non est in litteris ponere; sciat autem sanctitas tua quia suaue sit nihil, sed Alexandrinus quidem, sicut apparet, neque permutare aliquid uult eorum quæ semel male conscripta sunt, neque transire <a> proprio sensu, et ideo nihil ab Ægypto in tanto tempore scripserunt per epistulam qui profecti sunt; nos uero, etsi multotiens milies persistat <in> impio dogmate, contenti sumus his 25 ep. 145 quæ olim per epistulam scripta sunt, quæ integre orthodoxiam prædicant. talia quidem præsentia sunt; qualem uero habeant finem et usque ad quid sit statura perditio, nouerit deus omnipotens. <qui> uero undique mortalem nunc prædicant deum, clare pro sua impietate fiduciam gerunt, dum qui eos pascere uidentur, studiose illos incitent et exercent non ad blasphemiam solum, sed ad omnes inpudentias atque malitias. 30 et qui non consenserit, impius et deum negans ubique prædicatur et multarum milium mortium dignus. et hi uero qui olim quidem nec ferebant huius impietatis auditum, incongruorum ** et segnes facti pæne ubique ad reprimenda hæc, quodam modo cesserunt atque ipsi quoque curuati sunt, ne forte et illa quæ aduersarii proferunt, bene se habeant, requirentes et illos maxime qui ualde primores inter nos uidebantur pro orthodoxia 35 certari, uidentes ad aliud declinatos et pacem ad illos amplexos. et super his quidem

- | | | | |
|--------------------|--|------------------------------|-------------------|
| 1 regentes M | quæ add. Lupus | 2 et ei te addidi secundum Γ | 3 committeret M |
| 4 debet add. Lupus | 5 reuerti oporteat scripsi secundum Γ reuertor parte ad M | 6 xpo M | |
| 8 euphratissime M | Irinæus dixit] sc. epistulam esse Theodoretī, de qua re insipide dubitare solet Rusticus | | |
| 12 impulsione M | illius iudicis] sc. Christi | 14 desidero M | diffumat M |
| Lupus uarietate M | lacunam cognouit Lupus supplendo et nata malim et ualentia | 15 a ueritate | 17 et] ut M |
| 19 CLXXV M | 20 que M | 20/21 manifestam eam M | 23 a add. Lupus |
| 28 qui addidi | 30 incitent et scripsi incitante M | blasphemiam M | 31 consenserint M |
| 32 auditu M | 33 lacunam statui e. g. supplendo multitudine fatigati | 34 atque Lupus et que M | |
| 35 illo M | promores M | | |

Lp 179 ecclesiæ calamitatem gemimus et nos ipsos nocte ac die, et aliis uero multis tristitiis uulneramur, eo quod præsens sit omnium temporum pessimum tempus. et frequenter desiderauimus ob hoc in solitario loco alicubi deuacanti tuæ colloqui sanctitati et quidem nihil aliud agere, flere uero ac lamentari tantummodo tam pro his quæ dicta sunt, quam pro aliis quæ [dicta sunt] pæne iam dici perdidici.

5

171a
Lp 180 M 860
ep. 70

Hæc dum geruntur in Oriente, pax in Alexandria facta est, Paulo ad Cyrillum episcopum Alexandriae dante epistolam pacis et Cyrillo per eundem episcopum ad Iohannem Antiochiæ episcopum pacificam epistolam <et> transmittente per clericos suos, quia uero culpantur aliqui Orientalium quod de hac pace quasi aliter quam debuerant, suspicati sint siue conscripserint, uideamus et Cyrilli archiepiscopi post pacem diuersis 10 directas epistulas, sic tamen etiam synodales codices diligenter et sincere cum dei timore quæramus, et uidebimus puto quia nemo possit unam partem, eorum dumtaxat qui Theodoro idem senserant, de Nestoriani dogmatis suspitione culpæ, qui non et alteram de Eutychiani dogmatis fauore, si tamen non est ex eius parte, pulsauerit.

Lp 181 Epistula Acacii episcopi Melitinensis ad Cyrillum archiepiscopum Alexandriae de pace 15 quæ inter ipsum et Orientales episcopos facta est. hanc uero pro dogmatibus suis proferunt sectatores Dioscori et Eutychis et contra catholicos, ubi et addunt aliqui nomen Theodori episcopi Mompsuestiæ

172 [83] Quoniam didici quod per gratiam dei præualueris orationibus etiam præsentiam corporalem, ut in ecclesiis statueretur quod in studio fuit, et litteræ deo amicissimi 20 et amatoris Christi imperatoris uenerint ad clarissimum per omnia habentem uirtutem mentis tribunum Aristolaum iubentes ei <ut> unumquemque episcoporum compelleret in sua ecclesia anathematizare polluta Nestorii atque Theodori dogmata impietatis, gratias agens adorabili dominatori deo et multum pro uestro studio orans, scribo præ omnibus quidem salutans reuerentiam tuam et rogo zelum tuum, qui secundum deum 25 est, ut pro cunctis quidem æqualiter ecclesiis cogites et nec quamlibet ecclesiam despicias, sed aut per uestram ipsorum præsentiam aut directis aliquibus cum ammirandissimo et clarissimo tribuno fidelibus atque zelantibus uiris ex tuis sodalibus, cogatur unusquisque publice anathematizare Nestorii et Theodori dogmata et præcipue hos qui dicunt duas naturas post unionem, proprie unamquamque operantem. eorum 30 namque qui in Germanicia sunt, aliquos experimentans inueni quidem eos <duos> filios dicere recusantes, at uero duas naturas dicere non abnuentes. unde si concedatur ut dicatur atque doceatur ab eis quia unaquæque natura per semet ipsam operatur et hæc quidem passa est, impassibilis uero illa permansit, nihil est aliud nisi duos iterum

172 Iterum uertit Rusticus, quæ uersio extat infra ep. 304. ceterum ex more suo, ut contra tria capitula pugnaret, sed falso coniecit Theodori nomen interpolatum esse, cf. Concilstud. 2, 253

1/2 tristi disuulneramur M tristitiis uulneramus Lupus 2 piissimum M 5 dicta sunt del. Lupus
dici scripsi duci M
6 CLXXI M orientem M 8 pacificum M et addidi transmittentem M
9 quam Lupus cum M 11 directus M diligenter scripsi dñt M 13 teodoro M dogmati M
et alteram Lupus ex altera M 14 ethiciani M
15 meletanensis M 17 proferunt Lupus profecerunt M 18 aliquid M 20 studium M
21 amoris M uenerunt M 22 ut add. Lupus 24 adorabili] ab honorabili M ornans M
27 directus M 31 experimentasis M duos add. Lupus 32 dicere²] diceret M
34 est aliud dupliciter scripsit M duo M

filios confiteri et partes duas induci. rogo igitur incomparabilem tuam et deuotam deo animam, peruigila in causa, a domino Christo tempus accipiens, et perfice ecclesiarum sine scandalo ac sine cicatrice uel macula unionem.

Ad hanc Cyrillus episcopus illam longam de ecclesiæ pace dicitur epistulam **172a** M 861 rescripsisse quæ nota est quamque supra inuenies loco et numero suo. 5 ep. 76

Idem testimonium ex epistula Cyrilli episcopi Alexandriæ ad Successum Diocæsariensis Lp 183 ciuitatis prouinciæ Isauriæ episcopum secunda

- 1 Etsi unus dicatur a nobis unigenitus filius dei incarnatus et inhumanatus, non **172b** [84] tamen fermentatus est ob hoc, sicut illis uidetur, neque uero in carnis naturam mutata ^{ep. 306, 3} est uerbi natura, sed nec carnis in uerbi; sed in proprietate quæ secundum naturam ¹⁰ est, utroque manente atque intellegendo, secundum modum tamen quem modo reddimus, ineffabiliter et inenarrabiliter unitus, unam nobis ostendit filii naturam, uerum- tamen, ut dixi, incarnatam.
- 2 Hic false intellegunt qui putant unam incarnatam non ita dictam quasi ex duabus unam per unionis compositionem factam. hoc enim et continue sequentia uerba ¹⁵ et adiectum de natura hominis composita monstrant exemplum. nullis enim mediis adicit et hæc
- 3 Non enim de solis simplicibus secundum naturam uere dicitur unum, sed et de ^{ibid.} illis quæ per compositionem conscripta sunt siue in idem conducta sunt, qualis quidem res est homo ex anima et corpore. aliena enim specie sunt talia et ad inuicem non ²⁰ consubstantialia, unita uero unam perfecerunt hominis naturam, licet in rationibus compositionis differentia insit secundum naturam eorum quæ ad unitatem conducta sunt.
- 4 Audiamus iam nunc quomodo dicat esse contrarium dicere duas naturas Christi post unionem et dicere unam incarnatam, et quia hæc, ut dicit, inpugnent se inuicem, unde [se] amplius constet quia unam naturam post unionem uult dici compositam ²⁵ ad negationem duarum. nam post paucissima ipsius epistolæ sic ait
- 5 Addisco autem quod super hæc et aliud sit quod in quæstionem uenit. ^{qui ep. 306, 5} enim dicit carne pati dominum nuda, inrationabilem facit et non spontaneam passionem; si uero quis dicat cum anima intellectuali pati eum, ut sit spontanea passio, nihil prohibet dicere natura humanitatis eum passum. si igitur hoc uerum est, quomodo ³⁰ Lp 184 non dabimus duas naturas subsistere post unionem indiuisibiliter? ergo quisquis dicit Christo igitur passo pro nobis carne, nihil aliud dicit nisi »Christo pro nobis ^{1 Petr. 4, 1} passo nostra natura«.

172 b *Totius epistolæ uersio extat infra ep. 306*

1 induci *Lupus* indui *M*
 5 super *M*
 6 idem *scripsi* id est *M* ex epistula *Lupus* exempla *M* 9 ab *M* 9/10 in — est *scripsi*
secundum *Γ* in carnaturam mutasset *M* 11/12 reddimus *M* 12 inerrabiliter *M* 13 incar-
 natum *M* 14 unum incarnatum *M* dicam *M* 16 adiectum *Lupus* abiectum *M*
 monstrat *M* 20 talia *scripsi* *secundum* *Γ* alii *M* 21 consubstantialium *M* 25 se *del. Lupus*

- M 862 6 Hæc uerba, quæ sunt omnino catholica, hic sacerdos sibi pro quæstione magis
 ep. 72 opponens et quasi destruens quæ fuerat per epistolam pacificam paulo ante confessus,
 mox contra hoc induit huiusmodi uerba produxit
- ibid. 7 Repugnat iterum nihilo minus hæc propositio his qui dicunt unam naturam filii
 esse incarnatam, et quasi unum id uolentes ostendere, contendunt ubique duas naturas 5
 subsistentes ostendere, sed ignorauerunt quoniam quæcumque non secundum specula-
 tionem diuidi amant, hæc omnino in alteritatem, quæ in parte semota est et seposita,
 modis omnibus abscedunt ab inuicem. sit autem nobis rursus ad exemplum secundum
 nos homo. duas etenim etiam super eo naturas intellegimus, unam quidem animæ,
 alteram uero corporis; sed puris diuidentes in mentibus et tamquam in speculationibus 10
 subtilissimis seu mentis fantasiis suscipientes differentiam, non per partes ponimus
 naturas neque uero abrupte per utramque incisionis permittimus ire uirtutem, sed
 unius uidelicet esse intellegimus, ita ut duæ iam non sint duæ, uidelicet utrumque apud
 semet ipsum, per ambas uero unum perficiatur animal.
- 8 Vbique deum hic comparans animæ et humanitatem carni, usque ad hoc uenit 15
 ut unum ex deo et homine factum diceret animal; unius uero animalis unum genus est,
 una substantia, una natura, una etiam species. nos uero non secundum solam specula-
 tionem duas naturas intellegi dicimus, ut ex utrisque dici possit et una, absit, nec rursus,
 ut ait, omnino in alteritatem, quæ in parte semota est et seposita, modis omnibus absce-
 dere ab inuicem, absit. nec uero dicimus quia in solis subtilissimis mentis phantasiis 20
 suscipimus differentiam, nec iterum quia per partes sint ponendæ naturæ, neque abrupte
 per utramque incisionis permittimus ire uirtutem; sed illa utimur ratione quam beatus
 ep. 101 Gregorius Nazianzenus episcopus scripsit, quamque ipse Cyrillus Alexandriæ patriarcha
 24, 89 = 46, 20 in Ephesia synodo inter testimonia patrum cum reliquis approbavit episcopis, id est
 quia in Christo, qui secundum deitatem suam coadimplet cum patre et sancto spiritu 25
 trinitatem, e conuerso se habeat quam in ipsa uere sanctissima trinitate. sicut enim
 Lp 185 in trinitate diuinitatis unitas non præiudicat numero personarum et sicut ibi rursus
 trium numerus subsistentium personarum diuinitatis singularitatem minime secatur,
 sic hic naturarum subsistentium numerus singularitatem subsistentis personæ incidere
 non potest, ac per hoc, sicut ibi una trium subsistentiarum non est persona, sed natura, 30
 sic hic una duarum naturarum non natura est, sed persona subsistens. subsistentem
 uero dico quæ nec accidens sit, sicut dicitur pars ciuitatis et populi, nec translaticia,
 sicut uicem suscipiens alterius alter agit utilitates et causam alterius. nam quia
 M 863 unam naturam Christi ex duabus factam fuisse per unionem usque adeo non liceat
 dicere, ut inter Apollinarii dogmata ab ecclesia Christi ante damnatum sit quam 35
 nascerentur hi de quibus nunc sermo fit, beati Ambrosii Mediolanensis episcopi euiden-
 tissima scripta testantur, uiri apud ecclesiam dei ultra et ceteros episcopos famosi et
 quem pro meritis suis non solum catholici, sed ceteri principes eius temporis ultra omnes
 24, 87. 88 = 46, sunt ueriti sacerdotes, cuius etiam testimoniis Ephesena synodus usa est. dicit ergo
 18. 19 Ambrosius in libro contra dogmata Apollinarii scripto inter multa similia et hoc 10

26—31 cf. *Rusticum c. Aceph. p. 62^e*

2 pacificum M	3 hoc <i>Lupus</i> hæc M	5 incarnatum M	7 diuidi scripsi diu M
14 animal <i>Lupus</i> anima M	17 unus substantia M	21 suscepimus M	22 qua M
23 nanciazenus M	27 personarum <i>Lupus</i> naturarum M	29 subsistentis <i>Lupus</i> subsistentium M	
30 ac <i>Lupus</i> hac M	36 nasceretur M	38 que M	40 scripta M

Et hos igitur qui in fantasmate uenisse dominum Iesum Christum prædicant, et illos condemnare debemus qui aduersa erroris linea non unum eundemque filium dicunt, sed alium esse qui ex deo patre natus sit, alium qui sit generatus ex uirgine, cum euangelista dicat quia uerbum caro factum est, ut <unum> dominum Iesum Christum, non duos crederes. nonnulli etiam aliud dei uerbum, aliud dei filium crediderunt, cum ipsum qui in principio erat uerbum apud patrem, in sua propria uenisse euangelista testetur. sunt autem qui tamquam ad unum prophetarum, ita ad Christum factum esse uerbum arbitrati sunt, non ipsum esse dei uerbum. sed de nullo prophetarum dictum est quia uerbum caro factum est; nullus prophetarum abstulit peccata mundi; de nullo alio dictum est: hic est filius meus dilectus in quo mihi conplacui; de nullo prophetarum legimus quod sit dominus maiestatis, quod de Christo apostolus dixit quia Iudæi dominum maiestatis crucifixerunt. sed dum hos redarguimus, emergunt alii, qui carnem domini dicunt et diuinitatem unius esse naturæ. quæ tantum sacrilegium inferna uomuerunt? iam tolerabiliores sunt Arriani, quorum per istos perfidiæ robur adolescit, ut maiore contentione asserant patrem et filium et spiritum sanctum unius non esse substantiæ, quia isti diuinitatem domini et carnem unius substantiæ dicere temptauerunt. deinde cum isti dicant quia uerbum in carnem, capillos, sanguinem et ossa conuersum est et <a> natura mutatum propria, datur illis locus ut infirmitatem carnis ad infirmitatem diuinitatis quadam facta diuinæ naturæ mutatione detorqueant. sunt etiam qui in tantum impietatis prodierint, ut putent quia diuinitas domini circumcisa est et imperfecta est facta de perfecta et in ligno non caro, sed illa operatrix omnium diuina substantia in carnis speciem coagulata pendebat. quis autem non horrescat qui audiat quia non ex Maria uirgine, sed ex diuina substantia passibilem sibi carnem perfecit dei uerbum? quod asserendo eo prolabantur, ut non ex tempore corpus domini esse susceptum, sed coæternum dei uerbo semper fuisse contentant. horum omnium auctores sunt qui diuinitatem et carnem domini unius naturæ fuisse dixerunt. legi enim, quod non crederem nisi legissem, legi, inquam, in cuiusdam libris sic positum, organum et eum a quo mouebatur organum, unius in Christo fuisse naturæ. quod ideo posui, ut ex scriptis nomen deprehendatur auctoris et aduertant quamuis exquisitissimis argumentis et faleratis sermonibus non posse ueritatis obduci. et hic mihi frequenter Nicæni concilii tractatum se tenere commemorat; sed in illo tractatu patres nostri non carnem, sed dei uerbum unius substantiæ cum patre esse dixerunt et uerbum quidem ex paterna processisse substantia, carnem autem ex uirgine esse confessi sunt. quomodo igitur Nicæni concilii nomen obtenditur et noua inducuntur, quæ numquam nostri sensere maiores, cum utique scripturæ dicant quia Christus secundum carnem passus est, non secundum diuinitatem scripturæ dicant quia uirgo in utero accipiet et pariet filium. accepit enim uirtutem et peperit filium, quem ex se ipsa suscepit. denique hoc et Gabriel proprio sermone declarat dicens: et quod nascetur ex te sanctum, uocabitur filius dei. ex te enim generauit Maria, ut quod generaretur ex ipsa, salua in eo incarnationis dominicæ prærogatiua corporis esset uera natura. sed et Paulus dicit prædestinatum se in

Ambros. de
inc. 47—54

Ioh. 1, 14

5

Ioh. 1, 1. 11

Ioh. 1, 29

Mt. 3, 17

1 Cor. 2, 8

Lp 186

M 864

Lietzmann,
Apollin p. 236

30

1 Petr. 4, 1

Ies. 7, 14

Lc. 1, 35

40

2 qui aduersa *Ambrosius* quia diuersa *M* 3 alium quid *M* 4 unum *add. Lupus* 5 duo *M*
7 testatur *M* 12/13 redarduimus *M* 13 et diuinitatem dicunt *Ambros. edd.* 18 conuersam *M*
a *add. Lupus* mutata *M* 24 fecerit *Ambr. edd.* asserendum *M* 25 uerbum *M*
28 et organum *Ambrosius* 29 posui ut *Ambrosius* posuit *M* 30 aduertunt *M* 31 concilium *M*
32 carne *M* 34 concilium *M* 38 quæ *M* 40 ut *add. Lupus* nasceretur *Ambr. edd.*
se] te *M* 41 enim *Ambrosius* autem *M* in eo salua *Ambros. edd.*

Rom. 1, 1—3 euangelii in dei, qui ante, inquit, promiserat per prophetas de filio suo, qui factus est <ei> ex semine Dauid secundum carnem. et ad Galatas: Gal. 4, 4 postquam uenit plenitudo temporis, misit deus filium suum factum ex muliere. et ad Timotheum: memor esto Iesum Christum resurrexisse Lp 187 ex mortuis ex semine Dauid. ergo ex nobis accepit quod proprium offerret 5 pro nobis, ut nos redimeret ex nostro, et quod nostrum non erat, ex suo nobis diuina largitate conferret. secundum igitur naturam se obtulit nostram, ut ultra nostram operaretur naturam; de nostro sacrificium, de suo præmium est multaque in eodem et secundum naturam inuenies et ultra naturam. secundum condicionem etenim corporis in utero fuit, natus est, lactatus est, in præsepe est collocatus; sed supra con- 10 ditionem uirgo concepit, uirgo generauit, ut crederes quia deus erat qui nouabat naturam, I. c. 57—61 et homo erat qui secundum naturam nascebatur ex homine. ergo si caro omnium et in Christo subiucit iniuriæ, quomodo unius illam cum diuinitate dicitis esse substantiæ? <si enim unius est substantiæ> uerbum et caro, quæ de terra habet naturam, et unius substantiæ uerbum atque anima, quam perfectam naturam suscepit humanæ? 15 unius autem substantiæ uerbum cum deo secundum paternam professionem et ipsius Ioh. 10, 30 domini assertionem, qui ait: ego et pater unum sumus. unius ergo substantiæ pater cum terreno corpore prædicatur, et adhuc indignamini Arrianis, qui dicunt filium dei creaturam esse, cum ipsi dicatis patrem cum creaturis unius esse substantiæ? quid M 865 autem aliud agitis ista dicendo, nisi ut aut limum Adæ terramque nostram diuinæ sub- 20 stantiæ comparetis aut certe diuinitatem in terrenæ corruptelæ iniuriam transferatis? dicendo enim quod uerbum caro <et ossa> factum est, in terram dicitis utique esse con- Ioh. 1, 14 uersum, quoniam caro et ossa de terra sunt. scriptum est, inquit, quia uerbum caro factum est. scriptum est, non nego, sed considera quid sequatur. sequitur enim: et habitauit in nobis, hoc est: illud uerbum quod carnem suscepit, hoc 25 Mt. 1, 23 habitauit in nobis, hoc est in carne habitauit humana, et ideo Emmanuel dictus est, hoc est nobiscum deus. hoc ergo uerbum caro factum est <est> pro eo quod Ioh. 2, 28 est homo factus est, sicut etiam in Iohel dixit: effundam de spiritu meo super omnem carnem; non enim super irrationabilem <carnem>, sed in homines futura promittitur <gratiæ> spiritalis effusio. quodsi secundum litteram uos tenetis, ut 30 putetis ex eo quod scriptum est quia uerbum caro factum est, uerbum dei in carnem esse conuersum, numquid negatis scriptum esse de domino quia non peccatum fecit, 2 Cor. 5, 21 sed peccatum factus est? ergo in peccatum conuersus est dominus? non ita; Gal. 3, 13 sed quia nostra peccata suscepit, peccatum dictus est. nam et maledictum dictus est dominus, non quia in maledictum conuersus est dominus, sed quia nostrum suscepit 35 in se maledictum: maledictus omnis qui pependit in ligno. miraris ergo Lp 188 quia scriptum est uerbum caro factum est, cum caro assumpta sit a deo uerbo, quando de peccato quod non habuit, scriptum est quia peccatum factus est, hoc est non natura operationeque peccati, <utpote in similitudinem carnis peccati> factus, sed ut peccatum nostrum in sua carne crucifigeret, susceptionem pro nobis infirmitati obnoxii 40 iam corporis peccati carnalis assumpsit. desinant ergo dicere naturam uerbi in

1 euangelio M quod Ambrosius edd. 2 ei add. Lupus 6 nostro Ambrosius xpo M
 10/11 condicione M 14 si — substantiæ Ambrosius om. M natura M 15 et M cur Ambrosius edd.
 substantiæ asseratur Ambrosius edd. qua M naturæ Ambrosius edd. 20 agitis Ambrosius dicitis M
 22 et ossa Ambrosius om. M 25 habitabit M 26 habitabit M habitabit M
 27 est addidi 29 carnem add. Lupus pro futura M 30 gratiæ Ambrosius om. M 37 dno M
 38 non est habuit M 39 utpote — peccati add. Lupus ex Ambrosio om. M 40 infirmati M
 40/41 obnoxii iam Ambrosius obnoxiam M

corporis naturam esse mutatam, ne pari interpretatione uideatur natura uerbi in contagium mutata peccati. aliud est enim quod assumpsit, aliud est quod assumptum est. uirtus uenit in uirginem, sicut et angelus ad eam dixit quia uirtus altissimi *Lc. 1, 35* obumbrabit te; sed natum est corpus ex uirgine, et ideo cælestis quidem descensio, sed humana conceptio est. non ergo eadem carnis potuit esse diuinitatisque natura. *5*

Licet hæc lectio tota sufficienter notet hæresim quæ unam ex duabus dicit in Christo factam naturam, finis tamen eius quasi e contrario est hanc tenentibus nunc usque dementiam. non minus uero et præfatas denotat lectiones, quæ non solum *ep. 306* (in) epistula ad Successum secunda, sed et in epistula ad Acacium Melitinensem et *ep. 76 ep. 75* Eulogium iacent, et in aliis uero pluribus ante pacem scriptis similia continentur. sed *10* hoc plus est hic, quia et post pacem contra uniuersæ ecclesiæ fidem illa denuo repperiuntur propter quorum suspectionem mota sunt uniuersa litigia. ergo qui Theodoretum *M 866* culpant de epistulis quas bona intentione scriptas, si tamen eius sint, per gratiam dei ostendere poterimus, aut contra Ambrosium dicant non esse hæresim dicentium unam naturam Christi post unionem tantummodo et sequacibus Eutychis atque Dioscori *15* aperte iungantur ac scernantur a ceteris aut certe non reprehendant quæ nesciunt quomodo Theodoretus dixerit, ne alterius, quem uenerantur, quæ scimus quomodo dicta sint, damnare omni rationis consequentia compellantur. si enim de utrisque (non) tacere partibus præ timore dei, sed utrasque uoluerimus humana præsumptione discutere, ad utriuslibet impietatis omni necessitate rationis præcipitatur abrupta et, *20* quod est deterius, si unam naturam ex duabus post unionem bene posse dici putemus in Christo pariterque audeamus de mortuis iudicare, quomodo non, quod horremus dicere, excludemus Ambrosium qui pietatem pro grauissima impietate damnauit, sicut et alii plurimi patres? sed iam ex ipsius Cyrilli Alexandriae archiepiscopi dictis *Lp 189* probemus quod hæc ipsa ante pacem prædicauerit quæ post pacem. *25*

- 1 Cyrillus Theognosto et Chamosyno presbyteris et Leontio diacono in domino *CLXXIII[85]* salutem. De omnibus rebus scribimus uobis, deinde tamquam nihil agnoueritis, sic scribitis, turbis nos replentes. scio igitur scripsisse me uobis quia bene senissimus et deocolentissimus Acacius Berœæ per adhortationem aliquorum de Oriente reuerentissimorum episcoporum scripsit ad me per dominum meum magnificentissimum Aristo- *30 ep. 142* laum quia oportet omnia obliterari quæ in codicibus uel epistulis scripta sunt, et soli symbolo esse contentos quod in sancta Nicæna synodo expositum est. ego uero ad hæc multorum uersuum epistolam rescripsi ad eum, quam et utique modis omnibus *ep. 145* acceperitis; hoc enim edocuit dilectissimus Eulogius presbyter. et nunc uero ueniente reuerentissimo Emesenæ ciuitatis episcopo Paulo ad Alexandriam, omnia sunt formata, *35* suauiter quidem atque pacifice, caute uero et sicut oportuit. nec enim depositos a deocolentissimo episcopo Maximiano recepimus aut communicatores habere aut absoluere a sententia quæ prolata est super eis, neque simpliciter præfato Paulo communionem dedimus pro sua persona tantummodo, nisi obtulisset prius chartam, confitens quia et dei genetrix est sancta Maria et quia anathematizat Nestorii dogmata. sumens *40*

CLXXIII Græce extat in A 117 [Cyrill. opp. t. V 2 p. 152. 153]

4 obumbravit <i>M</i>	6 una <i>M</i>	7 factam naturam <i>Lupus</i> facturam <i>M</i>	9 in <i>add. Lupus</i>
11 ecclesie sue <i>M</i>	denuo renuo <i>M</i>	15 eutichis <i>M</i>	16 iungantur <i>M</i>
19 non <i>add. Lupus</i>			
23 excludemus — qui pietatem scripsi qui excludemus — pietatem <i>M</i>			
26 carmosino <i>M</i>	29 bereoæ <i>M</i>	32 quod <i>Lupus</i> quoniam <i>M</i>	36 et <i>Γ</i> sed <i>M</i>

uero dicendi in ecclesia locum, magna uoce dixit quia dei partricem sanctam uirginem
 Lp 190 confitemur et quia anathematizamus eos qui non dicunt hoc, et quia unus filius et
 M 867 3 Christus et dominus, non duo. quia uero non uenit chartam habens quod anathema-
 tizaret Iohannes Nestorii dogmata et confiteretur quod et depositum haberet, sed erant
 ep. 169 simpliciter epistolæ quæ ab eo directæ sunt, nihil necessariorum habentes, dixi quia 5
 non ei possumus communionem reddere, antequam faciat hæc. dum uero uidissem
 fastidientes eos ob hoc et ipsum reuerentissimum episcopum Paulum nimium coartatum
 et dominum magnificentissimum tribunum et notarium Aristolaum, solutionem dans
 causæ et ne pacem refutare putaremur, dum causa per dilationes adhuc longas traheretur,
 scripsimus communicatorias litteras. dictata est uero charta cum consilio reueren- 10
 tissimi episcopi Pauli, in qua debeat subscribere et Antiochenus, et misi cum ammiran-
 dissimo Aristolao duos clericos, ita ut <si> subscriberet Iohannes deiectioni uel dam-
 nationi Nestorii et anathematizaret dogmata eius, daret ei communicatorias litteras,
 alioquin detineret eas, suscipiente cum iuramento ammirandissimo Aristolao quia charta
 ipsa minime proderetur. dixit autem quia si noluerit subscribere, recto cursu Con- 15
 stantinopolim petam, ut edoceam ipsum piissimum principem nostrum quia nihil paci
 obest Alexandrina ecclesia, sed Antiochenus est qui non diligit pacem. nullum
 igitur æstuari sinatis; non enim sic deliramus, ut anathematizemus quæ nostra sunt,
 sed in his quæ conscripsimus, permanemus et eadem sapimus. recta enim sunt et
 quæ accusari non debeant, et scripturis diuinis consona et fidei quæ a sanctis patribus 20
 nostris exposita est.

Lp 191 Epistula Iohannis episcopi Antiochiæ ad Theodoretum Cyrri episcopum de pace inter
 ecclesias facta

174 [86] Quis loquetur potentias domini, auditas faciat omnes laudes eius?
 Ps. 105, 2 peruenerunt ab Alexandria suauia et bona nuntia, quæ sperari non poterant, uno sensu 25
 coniungentia pietatis quæ ubique sunt terra marique ecclesias Christi, et per dei gratiam
 futurum est post paululum ut ipsa quæ nobis fuerint scripta, tuæ religiositati uel dei-
 colentiæ destinemus, in quibus dominus meus religiosissimus episcopus Cyrillus usque
 ad satietatem usus est dogmatis acribia, suscipiens atque approbans ea quæ a nobis
 sunt destinata, magis uero per ymnos laudans, quippe ut bona et bene composita et 30
 patrum confessioni consonantia, componens uero et ipse similia et omni satisfactione
 plenissima. unde iustum duximus esse hoc suauium rerum nuntio te ut peculiarem
 proprium prælatificare, ut ex parte etiam unusquisque suscipere gaudium queat.
 arbitror enim quod omnes qui deum diligunt, festiuitatem celebrabunt, quoniam su-
 scipimus auditum quod omnino sensus fidelium restauret et erigat. periclitantem 35
 namque et scissam in multas et uarias opiniones piam patrum confessionem ex insperato
 deus in semet ipsam reduxit, gaudium donans his qui in cælo sunt et qui in terra. ex-
 pulsus est enim clare ab epistula ille adulterinus sensus unius naturæ, immo potius
 M 868 languor, et confessa quidem est differentia naturarum; porro uero unius singularitas
 et summa coniunctio; expulsa est etiam subintroducta illa consubstantiatio, et unitio 40
 Lp 192 prædicatur, et diuidimus uoces æqualiter ut naturas non solum nos, quibus a principio
 et a patribus uocum est super saluatore amica diuisio, sed hi qui sunt in Ægypto sicut

1 patricem <i>M</i>	4 haberet] ἔχουσιν <i>Γ</i>	7 fastidientem <i>M</i>	9 refutarer putaremus <i>M</i>
11/12 ammirantissimo <i>M</i>	12 si <i>add.</i> <i>Lupus</i>	14 amirandissimo <i>M</i>	14/15 chartam ipsam <i>M</i>
16 ut <i>scripsi</i> et <i>M</i>			
31 confessionum <i>M</i>	36 scissam <i>M</i>	ex <i>Lupus</i> et <i>M</i>	

et nos qui sumus in Oriente. totum uero id dei operatum est <gratia> et per exercitationem collationis, quæ cum caritate est habita. scit enim, scit affectus sæpius maiora necessitate præualere, et sæpe quod contentio reuocare non potuit, hoc gratia sua per-suasione restituit. et ut non in prolixum sermonem ducam, ipsa in scriptis ad uos post paululum ueniet fidei rectæ confessio, cum secundæ litteræ eas fuerint subsecutæ, 5 per quas manifeste omnia scitura est deoamabilitas tua. exiuit enim ab Ægypto et in uia est, annuente deo, dominus meus sanctissimus episcopus Paulus, qui illa potuit pro generalitate peragere quæ nos quidem orabamus, deo autem complacuerunt, et huius præsentiam sustinentes, ne lateret aliquid, deicolentiæ <tuæ> hæc interim [colimus uel] scripsimu^r uoluptatem communem corpori facientia sanctæ dei ecclesiæ. 10

Omnem quæ tecum est fraternitatem salutamus.

Epistula Theodoretī episcopi Cyrri ad Iohannem Antiochiæ episcopum rescripta et supra Lp 193 appositæ respondens nuntiæ pacis

Optimi magistrorum militiæ et contra hostes in totius cunei cornu stant et pro 175 [87] his qui laborant, fortiter pugnant, et cum pacem celebrauerunt, non præsentēs tantum, 15 sed et absentes præliantium <in> pace faciēda connumerant secum. et magnus 1 Reg. 30, Daud, dum progressus aliquando ad prælium uictor existeret et ** ciuitatem rettulisset, 23—25 non solis his qui bellati fuerant, sed et his qui uasa custodire præcepti sunt, æquam distribuit portionem. et lex facta est ex illo, præcipiens ut hi qui fuerunt bellica instrumenta, cum bellantibus partem prædæ similiter sortiantur. quomodo igitur 20 non sit incongruum ut dum lex præcipiat ut illi qui longe a prælio sedentes in custodia uasorum facti fuerint utiles, absque <damno> participantur æqualia, nos prodamus eos qui nobiscum decertati sunt pariter, ac despiciamus, dum ab his qui prius communes inimici fuerant, expugnentur uiri qui in Epheso et in Chalcedona fortiter pro pietate præliati sunt et usque ad præsens steterunt una nobiscum et laudabiliter agere minime 25 quieuerunt? si igitur pax quæ diffamatur, firma subsistit et uerax, omnes ea fruuntur et nemo a nostro cuneo foris sit; si uero res pacis inanis et nudum nomen, huius fœderatores dederunt deo odibilem et omni pio indignam pacem. quæ ** talem esse arbitramur. nec enim sanctum est nec salubre ut nos quidem et depositiones siue damnationes iustas soluamus et ordinationes illicitas suscipiamus et his qui omnia sursum 30 et deorsum fecerunt, inperitiam ueniam, ab illis uero et in ipso pacis tempore quæ sunt Lp 194 hostium, perpetrentur et egregios cunei nostri ab ecclesiis pellant. scribat igitur M 869 sanctitas tua et amatori Christi imperatori et magnis iudicibus et eis faciat manifestum quia minime patiemur hanc suscipere pacem communionemque illorum amplecti, nisi prius hi qui certaminum tempore nobiscum fuerunt, receperint ecclesias suas. decet 35 enim sanctitatem tuam talem pacem ecclesiis prouidere quæ ab omni macula libera sit et quæ pios non amplius quam ipsum prælium uulneret.

1 operatum scripsi operum M gratia addidi 6 scitura Lupus scriptura M 9 deicolentiæ tuæ scripsi Baluzium secutus de dei colentia M 9/10 colimus uel deleui; latet ditlographia colentiæ tuæ 10 uoluptatem communem scripsi uoluntatem communi M facientia scripsi facientem M
12 super M 14 optimi scripsi optima M totius scripsi totum M 16 præliantium in Lupus pro se præliantium M 17 lacunam statuit Lupus supplendo spolia ad malim magnam prædam ad uniuersam 18 præcepta M 21 ut² Lupus et M sedentes scripsi sedent M 22 damno addidi 23 despiciamus Lupus despeximus M 24 pro pietate Lupus proprietate M 28 lacunam statui supplendo e. g. autem nunc fit 30 ordinationes illicitas scripsi ordines illicitos M 33 amatoris M et imperatori et M 34 communionemque M

Hæc ad præsens scribere sum coactus, litteras iterum suscipiens sanctissimi et deo amicissimi episcopi Himerii culpantis nos tamquam communis certaminis proditores. ergo et ipsum refoveat sanctitas tua et imperatoribus significet quod nos deteriore proelio arbitremur hanc pacem. nam pugna quidem illa nos et apud deum coronat et apud eos qui diuina sapiunt, ornatos efficit; pax autem talis et hic nos confusione 5 replet et apud iustum iudicem dignos efficiet supremo iudicio.

Lp 195 Epistula eiusdem ad Theosebium episcopum Cii. ambas Irinæus ponit

176 [88] Ex quo quidem mali nominis reliquimus Ephesum, neque scripsi tuæ sanctitati nec frui me contigit litteris tuis. et ut communem satisfactionem faciam, arbitror causam fuisse non itineris longitudinem, sed eo quod ab illa uia qua currunt equi, longius 10 et nos et tua religiositas habitet. ueruntamen etsi litteras non accepimus, tuis continue deliciamur in laudibus. audimus enim zelum tuum pro pietate et fortitudinem contra iniquitatem et multam miramur animi perseuerantiam. nam nos quidem longe ab hostibus existentes et extra sagittarum, sicut dici assolet, casum sedentes, nihil est arduum bonorum uirorum uirtutem sermonibus eleuare, ab ipsis operibus 15 abstinentes; tua uero deoamabilitas in medio hostium constituta et ab eis undique circumdata, cum circumfusi sint inimici, fortior extat a malis et quasi uir fortissimus aliquis armis amictus, galea quidem emi-sarum nubem repercutit sagittarum, lancea uero fugat instantes. sic sanctitas tua omnimodis spiritalibus armis amicta, scuto Eph. 6, 16 quidem fidei ignitas iniquorum sagittas extinguit, gladio autem spiritus et diuinorum 20 doctrina sermonum falsitatem quidem conuincit, fortitudinem uero ueritatis ostendit. propter quod beatificamus te, sanctissime, et dominum deprecamur, simile aliquid facientes his qui sedentes in terra pro eis qui pugnant inter pelagi fluctus, feruenter exorent, ut si placet ipsi, tempestates ecclesiasticas soluat; si uero adhuc oportet eos qui nobis sunt similes, corripere et eos qui uobis, ostendi, hoc uobis robur donet usque in 25 finem certaminum. communis namque confidentia erit et uirilitatis principalitas Lp 196 M 870 omnibus qui in hoc stadium descendere eligunt, quod quidem malignus aperuit nostræ naturæ superbiens, utile uero fecit bonorumque procuratori accomodum deus ille qui maligni machinationibus utitur ad salutem. denique et nunc illos qui contraria doctrinæ apostolicæ adstruebant, et qui unam naturam factam docebant Christi <duas> 30 naturas et temperationem et confusionem super inconfusa unitione dogmatizabant et illas passiones quæ pro nostra salute carni domini sunt illatæ, inconuertibili et incommutabili diuinitati ascribere temptauerunt, in alteram doctrinam, quæ his est e regione contraria, manifeste reduxit et euangelicam redoceri regulam compulit. unde duas confiteri naturas præsentis tempore persuasi sunt et uertibilitatem confusionemque 35 ab ecclesiasticis exilantes dogmatibus, naturarum <differentiam> clara prædicant uoce et passiones carni coaptantes impassibilem diuinam confirmant esse naturam. tantum et ipsis aduersariis hoc stadium profuit, non propter diaboli nequitiam, sed propter dei nostri misericordiam et sapientiam, <qui> credimus quod et iniquitatem conuincat, sicut impietatem nudauit, et iustitiæ prospiciat, sicut pietatem ostendit, et omnibus 40 persuadat quia nihil est quod non regatur ab eo, neque quod neglegat, sed omnia sapienter

1 iterum *Lupus* igitur iterum *M* 4 plium *M*
 10 uia quo *M* 12 deliciamur *Lupus* deiciamur *M* pro pietate *Lupus* proprietate *M*
 13 perseuerantia *M* 17 circumdati *M* 18 amictus *M* 19 amicta *M* 24 tempestate
 cliasticus *M* 27 stadicum *M* 30 duas *addidi* 35 tempore *M* 36 differentiam *add. Lupus*
 37 carnis *M* 39 qui *addidi*

gubernans permittat ad modicum contra nauem sæuire procellas, ut uirtutem propriam nauigantibus innotescat. uiriliter igitur age, domine, et confortetur cor Ps. 26, 14 tuum et sustine dominum. et me autem suffulcias tuis orationibus, quæso, qui ualde tali præsidio egeo tam propter animæ infirmitatem quam propter corporis quoque languorem.

5

Verba Irinæi quæ post Iohannis epistolam supra scriptam contra Theodoretum dixit

His credens, immo uero inductus iste amator dei et ecclesiæ quondam doctor, 177 [89] qui regebat Cyrrum, est ualde quidem oblectatus de bonis pacis nuntiis (quomodo enim ^{Lp 197} posset aliter euenire?), nondum uero sciens huius modum famosissimæ pactionis, sed neque omnino in animo pro nimicitate impietatis accipiens quæ molimina essent, non 10 ad ipsum solum, sed insuper ad alios multos similibus usus est litteris.

Epistula Andreæ Samosatēni episcopi ad Alexandrum Hierapolitanum

Lp 198

Multi et per litteras et per semet ipsos pacem nobis annuntiant. et hi uidentur 178 [90] nobis condelectari de hoc bono nuntio, ego uero ea quæ sunt in medio, cernens, sicut et tua sanctitas nouit, uideor quidem cum fastidio suscipere nuntios, ingemisco uero 15 apud memet ipsum cogitans quia si non aliquid nouius nunc nobis ab Alexandria deferatur, M 871 pax corruptione fiet fidei. nam litteras quidem quæ ab Alexandria directæ sunt, legens, quas et olim tuæ sanctitati transmisi, clariorem uidi impietatem diuulgari; uideo autem multos eorum qui uidebantur pro fide certari, particulatim semet ipsos subdeponentes et satisfaciētes pro his qui nos ad iurgia concitauerunt, tamquam pro- 20 ducti sint ut sapiant recte. et quem exitum causa suscipiat, uidere non possum; uereor autem ne circa illud somnium meum inueniamur eulogias ab Apollinario acci- ep. 148 pientes. tua uero sanctitas, domine, sufficienter pro pietate decertans et nos confirmat atque corroborat et de cunctis refouet tribulationibus, columna uere et firma- 1 Tim. 3, 15 mentum ueræ fidei existens.

21

Epistula Iohannis Antiocheni episcopi ad imperatorem Theodosium de pace ecclesiæ Lp 199

1 Deo amicissimis et piissimis imperatoribus nostris, qui digne sunt honorati a deo 179 [91] uel ordinati, Theodosio et Valentiniano Augustis Iohannes episcopus Antiochiæ uestre deuexæ Syriæ in domino gaudium. Oportunum nunc illo eloquio prophetæ dicere quia erunt praua in directa. quando enim deus aliquid facit, consequitur in 30 Ies. 40, 4 his quæ fiunt, facilitas omnis et nullus diuinæ resistit uoluntati. uoluit nunc et complacuit ei [ut] per intentionem uestram piam et has beatas curas quas pro ecclesia Christi uestrum suscepit imperium, ad pacem coniungere orbem terrarum et dare unitiōem, in qua non alius aliud quid sapit de ecclesiasticis dogmatibus, sed unus sensus saluatur

179 Græce extat in A 120 [Abhdlg. d. Bayer. Ak. d. Wiss. XXX 8 p. 70. 71]

1 seruire M	3 suffulceas M		
6 theodoreti M	8 est Lupus et M	oblectatus scripsi obductus M	9 pactionis scripsi
passionis M	11 ad] ab M		
12 andre M	15 fastigio M	16 quia si scripsi quasi M	aliqui M
21 ut scripsi et M	22 illud somnium scripsi autumniū M	inueniamur scripsi	inueniam ut M
23 pro pietate Lupus proprietate M	24 tribulationibus scripsi tribus M		
26 iohi M	27 que M	31 omnis f nominis M	restitit M
		32 ut deleui	intentione M

et idem de humanatione domini nostri Iesu Christi. idem sapimus igitur universi et communis nobis est facta confessio, conuenientia complectens his quæ olim et a principio exposuerunt patres, satisfaciunt nobis ad inuicem de quibus nos ambigebamus, decertando contra dominum meum deocolentissimum episcopum Cyrillum. ipse
 ep. 110 uero nunc ea quæ a nobis sunt directa, suscipiens et quæ componentes pietati tuæ in Chalcedonensi ciuitate tradidimus, his acquiescens et approbans ea, similibus intellectibus
 Lp 200 ep. 71 contexuit nobis idem confitentem fidei apostolicæ traditionem. expulsa est igitur
 ep. 72 uniuersa hæresis atque contentio, pietate uestra incolumi orbi terrarum, cuius sceptrum
 M 872 cum pia confessione nutrita sunt et certe et optinuerunt et optinebunt in perpetuum, diuina
 2 diuina dextera continente. et ut uestrum nosse possit imperium uel ea quæ a nobis
 ad cum scripta sunt uel ab eo ad nos, in quibus unum cundemque sensum paternum
 in ministrando seruamus, ipsas ad inuicem nostras epistulas his litteris nostris subdentes
 2 direximus, tradentes epistulam clarissimo tribuno et notario uestro Aristolao, qui omni
 3 studio est usus in causa, ut uoluntas uestra proueniret, cum pia et sancta sit. his
 igitur ita se habentibus et fide indubitabilitatem suscipiente, secuti sumus omnia quæ
 15 præcepistis, piissimi imperatores, per deocolentissimum siue religiosissimum episcopum Paulum,
 uirum quem nostis et uos, ut arbitror, pace gaudentem et scientiam non modicam possidentem
 in ecclesiasticis rebus. suscipimus igitur et ordinationem sanctissimi et religiosissimi
 siue deocolentissimi episcopi Maximiani, uiri cuius uirtutem conuersionemque ab olim
 nouimus, et depositum siue damnatum habemus Nestorium, qui
 20 olim fuit magni nominis Constantinopolim episcopus, anathematismo subicientes quæcumque
 ab eo aliene ac peregrine dicta sunt contra apostolicam doctrinam. supplicamus autem
 pietati uestræ ut perfectam festiuitatem mundo præstetis, quatenus nulla ciuitas
 ab hac celebritate communis festiuitatis extorris sit, et iubeatis ut deo amicissimi
 episcopi, qui inter præcedentes turbas a suis expelli ecclesiis uisi sunt, ad priorem habitum
 25 reducantur et ab omni importunitate sint liberi, ut nullæ pusillanimitatis reliquæ ecclesiis
 Christi resideant. facile uero est ut id a uestro imperio fiat, eo quod huiusmodi
 correctionum uetera quoque habeatis exempla, quæ antiquos quidem deo amicissimos
 episcopos propriis sedibus reddiderunt, eos uero qui inter turbationem fuerant
 3 ordinati, uacare fecerunt et sustinere illorum de uita præsentis recessum. his enim,
 sicut diximus, deo fauente, bene ac recte prouenientibus, orationes ac deprecationes
 pro imperio uestro fient a cunctis hominibus. per uos enim et per uestram pietatem
 ecclesiis quidem prior est restituta tranquillitas, Christianæ uero saluatæ sunt res, in
 pace de reliquo degunt ciuitates et populi atque prouinciæ. superdecet etenim uestro
 Lp 201 imperio ut sine turba sit, et quales uos estis, tranquilli et mansueti, talem conuenit esse
 etiam rerum statum, dum debeant et in commune omnes et proprie unusquisque amplecti
 hanc unionem, quæ præter omnem facta est spes. laudabilis enim et apud deum
 quisque beatus est, qui etiam per singulas partes quæ fuerant confusa, restituit, et
 Mt. 5, 9 secundum domini uocem, quæ inquit: beati pacifici, quoniam dei filii uocabuntur,
 cuius inexpugnabilem uirtutem nouimus nunc etiam cooperaturam huic uestræ
 deoamabilitatis intentioni. fons namque omnis boni uos estis et diffunduntur uestris
 regnis in omnem mundum beneficiorum riui et fruuntur de reliquo dei sacerdotes anteriore
 quiete, qua ad hoc præcipue indigent, ut sinceras et studiosas pro uestro faciant orationes
 imperio.

3 de scripsi hi M in his de Lupus	6 calcedonensis M	7 traditionem M	15 induabi-
litate M	16 pcepisti M	17 pacem M	19 religiosissimi M
37 præter Lupus propter M	40 cooperaturum M	41 difunduntur	23 festiuitate M
			13 quam M

Epistula Meletii episcopi rescripta ad Alexandrum episcopum Hierapolis contra Paulum Lp 202 M 873
episcopum Emesenum

Non delectabamur quidem nec antea, domine, huic <ad ea> quæ uituperantur CLXXX [92]
condescensionem, dum certe obumbrantes eam plurimi essent; nunc autem post incontradici-
bilem claramque demonstrationem modis omnibus per gratiam dei firmauimus quam 5
prius quoque de ipsis sententiam tenebamus. melius est enim ut quis<quis> ille
stabilitus in fide apostolicorum dogmatum et nullo modo in quocumque remissus ab
illa acribia quam circa ea quæ diuina sunt, oportet ostendere, ipse doctor sit ueritatis
ex ipsis operibus his qui pie uiuere uolunt, quam condescensionis occasione ab optima
pietatis altitudine decidat lubricando. illud namque omni modo consequetur, ut 10
ipse saltem periclitetur in nullo, etiamsi nullus fuerit cui prosit. licet uolentibus,
licet absque terrore in adamantinam turrem ueritatis ascendere. et uia enim iacta
est, et nemo qui uetet, e contra uero et plures omnino sunt qui hortentur, si tantum
aliquis sanctorum qui dormierunt multitudinem computet aut etiam turmas angelicorum
exercituum, qui gratanter utique complectentur atque ad adscensum perducent quos- 15
cumque desiderare aspexerint ueritatem, ut præteream quia et multi sunt quibus bona
persistencia prodest. unde et melius puto ad hanc condescensionem non esse debere
festinos nec alteros tali salute præponere ex hoc unde ne alio quidem erit quicumque
prouectus, utrumque uero similiter perditionis retiis capi necesse est. nostræ quidem
humilitati per gratiam dei iste propositus est <ascensus>, direximus uero et Ægyptii 20 ep. 173
epistolæ rescriptum, quod nobis nuper allatum est, quam fecit ad aliquos Constantino-
polim clericos suos, qui eum culpauerunt quasi anathematizasset quidem propria dog- Lp 203
mata, præparasset uero uniuersos ab eis absistere eaque conspuere. unde clare con-
spicere poteris et qualis pax ecclesiastica facta sit, et quæ sint a diuinissimis legatis
nostris acta, et qui a quo potius sit receptus, deo amicissime domine mihi. dignare 25
autem, quæso, consue te pro mea humilitate intercedere.

Et ex istis satis ostenditur scriptis, quod ubique notandum est, quia omnes illi 180a
Orientales qui nolebant damnare Nestorium, non Cyrillum, sed Iohannem cessisse dice-
bant et quia habebant contrariam uoluntatem, contraria de utroque opinione tenebantur.

Item epistula Alexandri episcopi ad Andream episcopum hoc ipsum probans 30 Lp 204
M 874

Venit finis et communio re uera facta est ad impium Cyrillum, non Cyrillo hæresim CLXXXI [93]
relinquente, sed nobis ipsis per unum uerbum quod est in epistula positum, inferentibus ep. 105
hæresim. uerum qualem de illa epistula sententiam teneam, tua religiositas non
ignorat; quoniam uero nulla mihi pars neque sors est cum eis, sed siue exilium siue mors
mihi siue præcipitium siue ignis siue bestię proponantur, deo me roborante uniuersa 35
sustineam potius quam communicem talibus, firme teneat sanctitas tua. scripsit
autem mihi et Antiochenus epistolam; orthodoxum diffamauit, uniuersos temptans ep. 164

- | | | | | |
|------------------------------|------------------------|--|------------------|---------|
| 1 alexandro episcopo M | 2 mesetene M | 3 ad ea addidi | 5 firmabimus M | 6 quis- |
| quis scripsi quis M | 7 apostolorum M | 10 illud Lupus illum M | 12 adamantinum M | |
| 13 qui uetet Lupus qui uet M | tantum scripsi tamen M | 14 multitudine M | 15/16 perducerit | |
| coscūque M | 16 aspeserint M | 18 alteros — salute corrupta, coniecerim alteros <iubere persistentiæ> | | |
| tali salutem | 20 humilitatis M | ascensus addidi | 23 uero uto M | 24 ad M |
| 28 nolebat M | 29 contraria M | | | |
| 31 communio Lupus communis M | 36 sustineam M | tua scripsi sua M | | |

consuete decipere. sic et nunc, quasi nullus neque aures neque oculos neque cor habeat, correctionem fidei mutationemque Ægyptii diffamauit, non erubescens nec
 ep. 72 illa quæ in ipsa ipsius Ægyptii leguntur epistula, et continuo dictaui ypomnisticum; nec enim eum episcopum scribo, de reliquo incidens memet ipsum a communione Cyrilli et eorum qui eis additi <sunt>. et ipsum ypomnisticum interim retineo, non quod 5 aliud quid cogitem, sed ut et tuæ sanctitati mandarem et deo amicissimo episcopo Theodoreto. hæc ipsa igitur necessarium duxi tuæ nota facere sanctitati, ne circa nos contristaretur quasi nihil super hoc indicassem.

Lp 205 Eiusdem Alexandri episcopi ad Theodoretum episcopum similis epistula

CLXXXII 1 Vix tandem quæ parturiebant et sculpiebant mox post deiectionem Ægyptii, 10
 [94] qui circa honorandissimum Paulum cum domno Iohanne, parere nunc et ad lucem deducere ualuerunt; memor est autem sanctitas tua quia nec in illo pertuli eis com-
 ep. 105 municare consilio de epistula illa quæ apud Ephesum facta est. in superficie quidem quasi ex occasione Iohannis comitis scripta est, tamquam dixisset imperator ut ei aliquid indicarem de uoce qua dicitur theotocos, id est enixa deum; in ueritate autem uox 15 hæc, ut querebatur a nobis, ad prodicionem et calumniam illius qui rectam fidem docebat, inserta est. ut igitur nihil eorum quæ sentio, tuam lateat sanctitatem, indico quia chartas quæ factæ sunt Ephesi, per quas et orthodoxorum instantiam et hæreticorum recessionem scriptas teneo, et Cyrilli hæreticos codices ad præsentiam unanimi cuidam commendauit; uolo enim ad animæ meæ satisfactionem [in] his præcipue a curis remotus 20 iterando meditari. nec enim satis ad me attinet de chartis et uilibus libris, siue dentur 2 mihi, dum exiero a loco meo, siue non dentur. hæc ut in breui a me ad tuam reli-
 M 875 giositatem scripta sunt, non uolente quidem contra quemlibet quodcumque mouere de his quæ aguntur, sustinente uero communionem eorum qui eis adiciuntur, ut si qui remanserint consoni nobis et placuerit eis permanere in parœciis nostris, hoc fiat. alio- 25 quin continuo de medio nos tollamus et segregari animam meam saluet. his enim quæ a Paulo oblata et ab Ægyptio recepta sunt, consentire non patiar, confirmante
 Lp 206 me deo, neque si mihi præcipiantur multa milia mortium, sed nec si orbis consenserit
 Apoc. 12, 11 uniuersus. quod quidem <non> condicionaliter dico, quod et metuo eum qui ait usque ad mortem pro ueritate certari, et insuper noui quod a multo meditata sit tempore 30 et nunc uenerit ad effectum proditio catholicæ uocis. et quidem ut in festiuitatibus siue præconiis atque doctrinis incircumspecte dei genetrix siue deum enixa ab orthodoxis tantummodo sine adiectione diceretur uel deicidæ Iudæi uel quia uerbum incrassatum est et quæcumque sunt talia, quæ magis insuspecte dicta ab orthodoxis inuenimus, sane nulla accusatione sunt digna, eo quod nec dogmatice sint posita ista et, ut dixi, 35 non maligne sint dicta, quippe non a sordida uoluntate, sed nec tali tunc quæstione proposita. at uero post corruptionem totius orbis et ex quo prædicari nunc cœpit passibilis deus ab impiis Cyrilli capitulis, dogmatice poni solam uocem, quæ enixam pronuntiat deum, id est theotocon, absque illa quæ pronuntiat hominis genetricem, id est anthropotocon, nihil est aliud nisi ea quæ Cyrilli sunt, prædicari. uniuersas 40 siquidem passiones ac mortem hoc unum dictum secum pariter introducit, licet multotiens

2 correctione M 5 sunt add. Baluze 7 circa Lupus erica M
 14 hoccasionem M 15 theocos M uox] uos M 19 hæreticos scripsi heretici M
 apsentiam M 20 in deleui 23 uolentem M 23/24 de his] deis M 24 sustinenti M
 25 placueris M nostris Baluze nos M 29 non addidi 30 certare M sit scripsi sunt M
 37 orbi M

milies altera uox per quoslibet circuitus apponatur, et subtiliter legenti epistolam totam perspicere licet ab eius hæresi nullo modo liberam. uerum si sana conscientia et hi qui offerebant, obtulerunt et ille qui suscepit, suscepit, quid uetuit ut sanctam uirginem dicerent Christotocon, id est Christum enixam hi qui clare deum hominemque perfectum consubstantialem nobis prædicabant dominum Christum? si uero nec uoce hac com-⁵posita delectantur, cur respuerunt ad uocem quæ est theotocos, et anthropotocos adiungere? absit enim ut umquam quemlibet piorum dei genetricis nomen pigeat confiteri, si una ponatur et hominis genetricem. nam sicut est impium refutare anthropotocos uocem cum theotocos, ita et theotocos cum anthropotocos; quando uero utræque uoces ponuntur, et eorum qui deum passum prædicant, hæresim et illorum qui¹⁰ purum dicunt hominem Christum, simul abiurant. manifestati autem sunt patres hæreseos utriusque, sicut et magni doctores ecclesiæ, qui pro sana fide certati sunt contra hæresim Apollinarii dogmatum resistentes, utrisque usi sunt uocibus, per quas et omnes Lp 207 hæreses perspicue notauerunt et orthodoxiam inreprehensibiliter prædicarunt.

Et hæ epistolæ et quæ secuntur Theodoreti Cyrrensis episcopi, ab Irinæo sunt in¹⁵ 182a ea quæ eius dicitur Tragœdia, per ordinem positæ; declarant autem sufficienter differe- M 876 rentias utrorumque, et qui catholica <et> qui autem uideatur altera uoluntate moueri, si ueræ tamen sunt.

Incipit epistula, ut aiunt, Theodoreti episcopi ad Iohannem Antiochiæ Lp 208

1 Deus, qui sapienter omnia indagatur et nostræ unanimitati prospiciens et saluti²⁰ 183 [95] populorum parcens, præparauit ut conueniremus in unum, et consonas ad inuicem cunctorum uoluntates ostendit. in communi enim legentes Ægyptias litteras et ep. 72 earum mentem discutientes subtiliter, consona nostris ea quæ inde sunt per epistolam scripta, cognouimus et XII capitulis quasi <e> regione contraria, contra quæ usque ad præsens perstitimus dimicantes. illa namque habent carnaliter carnem factum ex deo²⁵ uerbum et unionem secundum substantiam et conuentum circa unionem naturalem et deum uerbum primogenitum factum ex mortuis, interdicunt uero et uocum quæ de Christo sunt, diuisionem, et alia autem præter hæc habebant ab apostolicis quidem dogmatibus aliena, ex hæreticis uero zizaniis germinantia; quæ autem nunc in epistula³⁰ continentur, clare nobilitate euangelica decorantur. prædicatur namque in eis deus et homo perfectus dominus noster Iesus Christus et duæ naturæ earumque differentia et unio inconfusa, non quasi per liquidorum in inuicem mixtionem coagulamentumue fermenti, sed ineffabiliter et deodecenter effecta et quæ naturarum proprietates integras conseruauit, et impassibilis quidem deus uerbum atque inconuertibilis, templum uero passibile ac morti ad modicum traditum et resuscitatum rursus uniti dei uirtute, spiritus³⁵ quoque sanctus non ex filio aut per filium habens subsistentiam, sed prodiens quidem

183 Græce extat usque ad p. 132, 4 transduxit in A 128 [Leo Allatius in Vindiciis synodi Ephesinæ p. 137 = I. A. Cotelier, Mon. eccl. gr. 1, 48 = Garnier, Auct. Theodoreti p. 93]. alia uersio Latina prioris partis usque ad 30 decorantur habetur in Actis Concilii quinti L V 507 = M VIII 294

1 cos libet M	lengenti M	2 perspicere M	4 enixa M	5 nec scripsi et M
9 uoce M	13 usi sunt scripsi usis M			
15 hec M	cyrrenensis M	irieno M	16 declarat M	17 et addidi
20 indagantur M	21 consonasis M	23 eorum mentes M	24 cogouimus M	24 e add.
Lupus	29 dogmatibus] σπερματικῶν Γ	hereticis uero dupliciter scripta	36 prodicens M	

a patre, proprius uero <filii>, quod et ei consubstantialis sit nominatus. hanc rectitudinem conspicientes in litteris ipsis et quasi e regione contrariam repperientes eis quæ
Lp 209
Ies. 32, 4 ante conscripta sunt, conlaudauimus deum, qui blæsorū linguas saluare dignatus est
et incertum sonum in articulatam uocem suauemque transduxit.

3 De his igitur hanc habuimus sententiam; altera uero diffamata sunt quædam, 5
quæ nos nimium turbauerunt. dicunt enim quod is qui hac pænitudine usus sit,
non solum deiectionis siue damnationis suscriptionem a uestra sanctitate nitatur exigere,
sed anathematismum quoque doctrinæ sanctissimi et deo amicissimi episcopi Nestorii.
quodsi id uerum est, qui hæc uelut ex arce præcipit ciuitatis, simile aliquid facit tam-
quam si quis uix tandem perductus ad consubstantialem deo et patri filium confitendum, 10
mox iterum anathemate feriat eos qui hoc a principio sapuerunt atque docuerunt. et
iste siquidem postquam uix tandem nostris dogmatibus est adiunctus, mox eorum
anathematismum conatur exigere, quasi pro ipsa rerum rectitudine pænitens. quia
M 877 igitur hoc animas nostras ualde perturbat, quæso sanctitatem tuam et iterum quæso
ut doceas nos utrum uera sit quæ omnes nos perturbauit opinio. nam de subscriptione 15
tuæ scribere sanctitatis arbitror esse superfluum, quæ sæpe promisit nullum se contra
uoluntatem ad ista compellere. hæc in commune scribere cuncti noluimus, sed deli-
berauimus potius ego et sanctissimus et deo amicissimus Andreas episcopus non synodicis
litteris, sed amicabilibus hæc tuæ innotescere sanctitati et sapientibus medicaminibus
tuis sedata ea quæ ex opinione nata est perturbatione restituere sanitatem. de meo 20
autem domino sanctissimo et deo amicissimo episcopo Alexandro rogamus tuum sanctum
caput ut tua utens consuete sapientia sustineas patienter; credimus enim quia et ipse
una nobiscum uoluntate consentiet, etsi nunc ambigit, subtilitatem nominum quærens
ac minime intellectæ confessioni <non> contentus.

183a Hanc quoque scripturam ex nomine Theodoretī episcopi interserit Irinæus, quæ 25
Lp 210 utrum sit uera, nescimus, quippe quam uiuenti ei nullus legitur obiecis-
se uel docuisse
quod eius sit; nec tamen mihi, si eius est, inexcusabilis, fateor, uidetur epistula. nam
præ omnibus, quod rectæ potuerit fidei intentione conscribi, illud ostendit quod uniti-
uæ beati Cyrilli fidem laudat epistolæ, quam non solus, ut probauimus, execratur Alexander,
sed nec ullus alius approbavit eorum qui cum Nestorio separati ab ecclesia remansere. 30
quod autem deiectioni Nestorii non assensit ad præsens, hoc ei commune cum ceteris
coepiscopis et prius fuit et post non parua in parte tunc usque permanserat concilio
Orientis, quorum nullus quasi ab hæreticis tunc reuersus est pænitens, quia sufficebat
ecclesiæ dei eos mutare sententiam. aliud porro est de persona, aliud de fide non
recta sentire, sicut aliud est ipsum malum furti laudare et aliud nondum tibi compertum 35
furem quasi insontem, eo quod insontem putaueris, uindicare. similis et <de> dogmate
ratio est. nam non solum de Theodosio tunc principe, sed et de aliis pluribus legitur,
immo et de sanctis Cælestino papa et Cyrillo Alexandrino, quod approbauerint eius
initia, quippe quem tantæ ciuitati, sicut et scripta eorum locuntur, assenserant præsidere,

1 filii addidi ex Γ	2 conspiciente M	6 is] his M	penitudinem M	7 deiectionis M
8 et — amicissimi dupliciter scr. M	12 nri M	adhunctus M	15 subscriptionem M	
16 sanctitatis scripsi sanctitati M	17 uoluntate M	noluimus Baluze noluimus M uoluimus		
Lupus	18 isynodicis M	20 sedata scripsi sed M	22 uten M	24 confessioni non
scripsi confessionem M				
25 theodoretī M	25 hircus M	26 oblecisse M	29 fide M	31 deiectionem M
assendit M	32/33 conciliorientī M	33 hereticis M	sufficiebant M	36 de add. Lupus
39 assenserant M				

dum presbyter Antiochiæ fuerit, quod canones nisi pro magnis doctrinæ ac morum Lp 211
meritis minime permisissent. talis uero ut adhuc apud Orientales tunc usque puta-
retur, idcirco contigit, quia negabat se in Constantinopolim talia prædicasse qualia uulga-
bantur, et insuper Iohanni Antiocheno episcopo rescribens, et dei genetricem clarissime ep. 78
dixerat et alia quæ illum scribere potuisse mirantur qui ipsa legerunt. et quod est 5
amplius, ipsi fidei apud Ephesum se assensisse conscripsit quæ communiter in unitiuis M 878
Cyrilli et Iohannis mediante Paulo episcopo litteris continetur. in qua tamen ep. 71. 72
fictè consensisse Nestorius postea deprehensus est, quippe cuius complices, quorum
unus est iste Irinæus, hanc fidei confessionem clarissime arguunt quam tantopere Theo-
doretus laudat. nam reprehendens hic ipse Irinæus supra scriptam Theodoreti 10 ep. 183
epistolam et contra hanc laudans Alexandri, sic ait: ep. 182

Diuino ardens zelo magnus ille Alexander et quodam modo futura prophetizans,
proditionem uocis accusat. et hoc clare conspiciamus ex ipsis Cyrilli litteris; omnes
namque deceptionis materias hinc accepit.

Et hoc primum atque ultimum, quin potius solum deducens ad medium, ortho- 15
doxam quidem doctrinam exprobat ut pollutam, proprium uero hac occasione exaltat
errorem, et interserens mox aliqua ex nomine beati Cyrilli, adiecit ista: Lp 212

Hæc præuidens magnus Alexander ab olim, prodictionem uocis exhorruit, tamquam
quæ sufficiens extat, si theotocos solum, non adiecto anthropotocos nomine, proferatur,
hæreseos inferre languorem et ecclesiastica corrumpere dogmata. 20

Idem uero Irinæus paucis mediis subiunxit et hæc

Epistula Alexandri ad Theodoretum, per quam uocis quidem prodictionem accusat,
declarat autem quomodo epistolam falsantes qui circa Paulum Emesenum, Cyrillo
Ægyptio optulerunt

Memor sum quia quando sumus ad inuicem collocuti in loco qui dicitur Arbathimi- CLXXXIII
las, tunc tuæ dixerim sanctitati, dum certe nihil ante præintexerim quasi uerum neque 26 [96]
aliquid alicunde audierim, ne forte pacis huius legatus solam uocem quæ est theotocos,
Ægyptiis detulisset. et puto non absque dei prouidentia fuisse id dictum. ad ep. 71
nos namque peruenit epistula domini Iohannis quæ nuper facta est ad Cyrillum, et a ep. 72
Cyrillo ad eum, quæ circumferebatur in orbe, in qua nomen enixæ deum tantummodo 30
Ægyptius optinens tamquam cunctis erroribus propriis nimis accommodam, multis
eam laudibus prædicauit, dicens numquam se aliter nec sapuisse nec sapere præter hoc.
et uere dixit, quia hoc est quasi arx totius eius hæreseos. et memor est utique sanctitas
tua qualiter Ephesi positus communionem talis epistolæ tota uirtute refugerim, dum ep. 110
certe illa ualde accusaret eas quæ inerant Cyrilli capitulis blasphemias. in nouella 35 ep. 71
namque epistula, dum transcucurrissem totam partem quæ etiam Cyrilli iacet in litteris, ep. 72
et contulissem ad eam quæ tunc a uestra religiositate conscripta est, repperi quia neque ep. 110 Lp 213
initia neque fines illius ipsius epistolæ posuerunt hi qui ad Ægyptum directi sunt. hoc M 879
autem claret non ex illis solum uocibus quas idem transcripsit Ægyptius, sed et ex illis
per quas multis iurgiis et accusationibus et ipsum et eius capitula perfuderunt et ipsius 40

5 dixerant M	9 birienus M	fidem M	10 hirienus M	thodoreti M	13 cyllis M
16 exprobat M	hanc M	17 ista scripsi ita M	18 prodictione M	19 theocos M	
20 langorem M	21 hirienus M				
23 emesenum M	24 egipto M	25 CLXXXIII p. 132, 25 adscribit M	26 direxerim M		
28 et] e M	fuisset M	30 orbe scripsi urbe M	33 arcis M	34 totam M	
35 inherant M	37 religiositatem M	38 finis M	ab M	40 perfuderur M	

tremur nos noui aliquid instituere præter illa quæ apud ueteres gesta sunt, etiamsi id ab
 4 omnibus incusetur. sed ne nos putes hæc nunc uane percurrere et ut scias ipsa ne-
 cessitate et deo deuincta conscientia <nos> ad imitationem cogi priscorum, et ipsam
 causam breuiter audi, pro qua non inconsequenter nos ab Antiocheni separandos com-
 munionem putauimus. dogmata Cyrillus exposuit omni impietate repleta. propter
 ipsa cum cum Ephesi deposuit Antiochenus ut impium, participes asciscens ad hoc alios
 e diuersis prouinciis plurimos et omnes Orientalis regionis episcopos, abiurauit eius
 ubique doctrinam, ut errori Apollinarii per omnia consonantem. imperatore præsentem
 ep. 120 iurauit, sicut ipse a Chalcedone scripsit Ephesi constitutis, quorum rescripta salua sunt
 apud nos, quod nec si pænituisset Cyrillus et sua capitula reiecisset, cum ad communionem
 recipere acquiesceret quod princeps extaret hæreseos. deposuit eum rursus in
 Tarso et cum eo septem qui pro eo ascenderunt Constantinopolim, factis synodalibus
 5 litteris, quas et cuncti subscripsimus. super hæc permansit Cyrillus non solum
 suorum scriptorum nihil abiurans, sed et prædicans ea cum maiore fiducia, et ille qui
 coram imperatore iurauerat nec pænitentem Cyrillum se ad communionem recepturum, 15
 ep. 169 misit in Ægypto ad eum supplicem Paulum, sicut et illud quod apud nos est exemplar
 ep. 173 ostendit. et ipse ubique Cyrillus affirmat tam per ea quæ scripsit Constantinopolim
 ep. 76 degentibus clericis suis, quam per illa quoque quæ ad Acacium Melitinensem, qui expro-
 brauerat ei quasi a suis recesserit et ad communionem fuerit ab Antiocheno receptus.
 ep. 145 taceo de eiusdem Cyrilli litteris ad Acacium Berœensem scriptis, inconuincibilem habentibus
 instantiam tam pro eisdem capitulis quam pro omnibus quæ prius et postea impie
 exposuit. post quæ Antiochenus Paulum in Ægyptum direxit, tam dogmata Cyrilli
 suscipiens, pro quibus eum secundo damnauerat, quam rectitudinem fidei anathematizans
 Lp 354 in scripto et omnia faciens sicut placuit ei. et horum testis est ipse Cyrillus, qui
 ep. 76 eius satisfactionem suscepit, qui in suis ad Acacium Melitinensem litteris hanc eandem 25
 M 954 commemorans epistolam ad Acacium Berœensem quam fecit, mox intulit inquires
 quia »nisi Antiocheno ea quæ a me ad Acacium scripta sunt, placuissent, non utique
 a principio Paulum direxisset ad me«. interpretatur uero Cyrillus idem in eisdem
 ep. 71 litteris suis epistolam quam detulit Paulus, quæ sursum ac deorsum nobis ab Antiocheno
 profertur, ut nihil omnino a capitulis differentem, sed eadem intentione conscriptam et 30
 male ob inuidiam intellectam ab eis qui eam orthodoxam quidem dicunt, sed his quæ ab eo
 6 prius sunt exposita, esse contrariam nec non et doctrinæ Nestorii consonantem. uerum
 nos et hæc omnia omittentes, huiusmodi condicionem dedimus Antiocheno, ut aut
 suaderet Cyrillum anathematizare omnia sua et sola apostolica doctrina esse contentum
 circa eorum quæ scripta sunt, intentionem et sic coniungeretur ecclesiæ aut ipse Antio- 35
 chenus anathematizaret in scripto Cyrillum cum impiis dogmatibus eius, contra quæ
 prius sæpe decreuit, et nomen deo amicissimi episcopi Nestorii, qui pro sola pietate tanta
 perpetitur, sanctis inscriberet diptychis. ** horum facere uoluit. propter hæc
 nos dissentimus ab eo atque ab eius communione disiungimur. si enim pro incongruis

27—28 hæc ipsæ uerbis in ep. 76 non inueniuntur quamuis propter ea quæ secuntur, dubitari nequeat quin
 Meletius de hac ipsa epistula loquatur

2 scias <i>Lupus</i> suas <i>M</i>	3 nos <i>add. Lupus</i>	7 prouinciis <i>Lupus</i> probandis <i>M</i>	8 apolinari <i>M</i>
11 et quod principes exitaret <i>M</i>	13 cunctis <i>M</i>	15 a communione <i>M</i>	18 quam <i>Lupus</i>
quia <i>M</i>	18/19 exprobrauerant <i>M</i>	20 berœensem <i>M</i>	21 quam <i>M</i>
26 berœensem <i>M</i>	qua <i>M</i>	29 qua <i>M</i>	30 eandem <i>M</i>
35 coniungerentur <i>M</i>	38 inscribere <i>M</i>	lacunam agnouit <i>Lupus</i> sed nihil supplendo, malim	

sanctissimo uero episcopo Nestorio quod deliberatione ulla non egeam (nec enim quicquam contra eum uel dicendum habeo uel agendum, sicut nec aduersus sanctitatem tuam), et per alias litteras significauimus iam sæpius. conueniamus igitur, sicut placuit. aut enim et in commune aliquid utile ex nostra deliberatione proueniet aut saltem nos ipsi mutua consolatione leuabimur, inuicem beniuolentia nostra fruantes. dignare uero, domine, et omnium domino consuetas orationes offerre pro nobis.

Item uerba Irinæi: Epistula, inquit, Theodoretum ad Alexandrum, per quam promittitur, si anathematizauerint qui circa Iohannem, personæ doctrinam, nec ipse eorum pariter communicator existere.

Has ad hoc præcipue posui, ut notum sit quæ sint unde impetitur uel beatus Theodoretus 10 186a uel quisquis ista conscripsit.

Scit sanctitas tua, etiamsi minime dixero, quia propterea et in Arbathilimas prius 187 [99] et in Hierapolim tunc adueni et nullius alterius rei causa nisi ut communiter tractaremus quid agere deberemus et quod conuenisset, manciparetur effectui. quia igitur tuæ sanctitati complacuit ut conueniremus in Zeugmate, quæso sanctitatem tuam ut minime 15 differas. omnia enim quæ desiderat religiositas tua, ut spero, facienda sunt, et nullus in ullo tuæ sanctitati resistet; omnes enim et ut patrem et ut dominum et reueremur et uenerauimus et reuerbimur. quæso igitur iterum atque iterum sanctitatem tuam ** sed fatigari dignare. in ueritate etenim credo quia bonorum auctor deus quæ ad nos attinent, dispensare dignatus est nec nos relinquet, ut aut offendamus in 20 M 88: cum aut confundamur apud homines, illuminans mentem nostram et quod placitum sit, ostendens. nam et olim iam tuæ sanctitati dixi quia <si> anathematizauerint dogma domini mei sanctissimi et deo amicissimi episcopi Nestorii, neque ego his qui hæc fecerunt, communicabo, et si tuæ complacuerit sanctitati et hoc inseri litteris quæ a nobis <Antiochiam> sunt dirigendæ, fiet hoc. noli igitur immorari, quæso per 25 uestigia tua, sed deo tuo rem cede, et ipse gubernabit, uti nouit, et sanctitatem tuam et humilitatulam nostram.

Eiusdem Irinæi: Epistula, inquit, Alexandri ad Theodoretum, per quam suum tali Lp 218 condicione promisit aduentum, si ei per litteras satisfaceret de his propter quæ satisfactionem nitebatur exigere 30

Et tua religiositas nouit quod propter eius uocem solam etiam nunc <con>uenirem CLXXXVIII uobiscum de his quæ aguntur, ut p<romisi>; quoniam uero cognoui de reliquo quod [100]

187, 22—26 nam et — uestigia tua] altera uersio Latina habetur in Collectione Palatina 46 [Mar. Merc. ed. Baluze p. 338]

1 ullam M 1/2 quicqua M 2 abeo M auersus M 5 mutua Baluze multa M
lenauimus M
7/8 promittit si anathematizauerint scripsi promittizauerin M 8 personæ] i. e. Nestorii
10 quæ — impetitur uel Lupus uel que — impeditur M 12 propter eam M arbathimas M
14 conuenisse M 15 zeumate M 17 sanetitatis M domini M 18 uenerabimus et
uenabimur M 19 lacunam statui e. g. supplendo noli morari 22 si anathematizauerint scripsi se-
cundum Coll. Pal. anathematizauerunt M 25 Antiochiam addidi secundum Coll. Pal.
29 ei Lupus eis M 30 nitebatur dupliciter scriptum 31 uocem] propter scripturam ualde
oblitteratam non agnoui nisi cum dubitatione conuenirem scripsi uenire M 32 de his] deis M
promisi conieci, præter p in M propter scripturam oblitteratam magnamque atramenti maculam nihil agnoscitur

iam data sit ab eis forma damnationis eius personæ, nimis mihi ridiculum uidetur anathematismum capitulorum petere a uiro qui orthodoxum cum suo dogmate condemnauit, et maxime quia tuæ quidem religiositati uidetur inmutatum fuisse Cyrillum et nihil distat an quis te condemnare compellat, si communicaueris ei qui damnauit orthodoxa prædicantem. uerumtamen quæ tunc in Antiochia inter nos collocuti sumus, dicentes 5 quod si Cyrillus illam condicionem susceperit abieceritque capitula, pacem fieri conuenit, scientes uidelicet illud hæc diximus, quod hæreticorum capitulorum eiectio et rectæ fidei robur sit et eorum quæ contra illam personam sunt gesta, subuersio et scandali ep. 72 generalis solutio. quia igitur certum habeo quod impius Cyrillus magis impius apparuerit ex his quæ modo sunt scripta, et non ipse mutatus sit, sed eos qui ei adiecti 10 M 882 sunt, ut suos receperit, quomodo est possibile ut ego ab eo anathematismum capitulorum petam, qui per ipsam communionem cum Cyrillo initam et personam deposuit ac damnat, sicut integerrime credimus? continuo namque ueraciter > quia et opprobrio et Lp 219 ridiculo erimus, si postquam prodiderimus orthodoxam fidem, omnino derisoriā satisfactionem uoluerimus exigere. hæc necessario arbitratus sum innotescere tuæ reli- 15 giositati, ut mihi des ueniam quod nusquam fatiger. si autem quæ dictauit religiositas tua, uolueritis dirigere, ut addatur etiam de ipsa persona, ut Antiochenus per sua nobis scripta satisfaciat de anathemate illorum capitulorum et quia orthodoxiæ prædicatorem nec ipse damnat et nobiscum resistit usque ad mortem eis qui expetunt eius condemnationem, non propter personam, sed propter orthodoxiam quam prædicat 20 illa persona, et dictaueris hæc mihi que direxeris, ut et scriptum eorundem exemplar accipiam cum subscriptione omnium uestrum qui estis eiusdem diocesis deo amicissimi episcopi, insuper autem et illud authenticum quod ad ipsum transmittitur, si tamen uoluerit satisfacere nobis, non abnuam fatigari. domnus enim Nestorius non propter prauitatem uitæ circa eos est condemnatus, sed propter hæreticam ab eis damnatus 25 est fidem. qui igitur eum damnat, et eius fidem pariter damnat. ego igitur dupliciter scandalizor in domno Iohanne, tamquam et fidem prodiderit et damnauerit eum quem nouit orthodoxum, cum propria fide. si autem uos nullo modo hæc offendunt, superflue ego ** de cetero uobiscum conuenire.

Lp 220 Epistula, inquit, Andreæ ad deo amicissimum <episcopum> Alexandrum, quam scripsit 30 inuitans eum ut mox consentiret ad factam pacis compositionem

CLXXXIX Ab hac tuæ sanctitati scribo prouincia; exii enim multis aduersus nos perturbatis 101] ex calumniis Gemellini et Rabbulæ satisfacere uolens. unde modo præcipue insistens M 883 quæso sanctum caput tuum ut uel nunc considerans oportunæ condensationis utilitatem, cogites de communione ac pace cum ceteris sacerdotibus ineunda. nec enim uel 35 ipsi a ueritate recedentes neque prodita pietate amplectimur pacem, sed et duarum naturarum confessionem repperientes in scriptis et impassibilitatem diuinitatis, quod maxime prius erat oppositum seu resistens. si uero non sunt anathematizata capitula ab illo qui dixerat ea, maxime quidem et illa respuit ea quæ post facta est recta confessio;

2 uiro] Iohanne Antiocheno sicut agnouit Baluse 4 an Lupus ac M tecum dampnare M
 5 p̄dicante M 8 rebur M 9 cortum M magis Lupus maius M 13 lacunam statui e. g.
 supplendo dicet 16 nusque M 17 uolueritis scripsi uoluerit M 20 orthodoxam M
 21 illam M iscriptum M 22 scriptione M 23 illum M 23 ad ipsum scripsi ab ipso M
 24 fatigra M 29 superfrue M lacunam statui e. g. supplendo mihi uideor conuenire
 scripsi conuenit M
 30 adeo M episcopum add. Lupus 33 rappule M 37 impassibilitate M

cogitet uero tua perfecta in Christo sapientia quod nec erat possibile illum sic accusatorem suum fieri euidenter qui suspectus erat periculi sui. et idcirco pax et coniunctio ecclesiarum prouenire non poterat, sed in suo statu schismata permanebant et contra inuicem cuiusque nostrum contumaciæ et aduersus ecclesiam a paganis et Iudæis et hæreticis risus; nunc uero intendat diuinitas tua quia ex quo in hoc condescensio 5 facta est, quiescent quidem scandala uniuersa, sopitur uero et quæ nunc ubique diffusa est aduersus deum blasphemia mortalem diuinitatem dicens, ut in ecclesia astruunt sacerdotes. quantum igitur bonum est ut per ipsas Alexandrini litteras suadatur uniuersis quod impassibilem et immortalem diuinam naturam oporteat confiteri? hæc ex multo affectu quem circa tuam habeo sanctitatem, scribere audeo. licet enim et 10 Lp 221 instar capitis in omnibus nos præcellas, sed integre nosti quod et a minimis membris sæpe solacium afferatur, et si uolueris, domine, suasus a nobis aliquid paululum cedere, non longo temporis interuallo uidebis quanta utilitas ex hac causa proueniet.

Omnes tuæ proprios sanctitatis ego et qui mecum sunt, ualde plurimum salutamus.

Epistula, inquit, deo amicissimi episcopi Alexandri, quam rescripsit rogans ne de hoc 15 Lp 222 ei ulterius instaretur ab eis

De hoc ecclesiastico negotio nihil tibi <amplius> habeo quod scribere ualeam, CXC [102] ab his quæ tuæ sanctitati olim per epistolam intimaui. biennii enim tempus est ep. 181 ex quo uniuersa assecutus quæ scripto et absque scripto a contrariis uel a nobis prolata sunt, comprehendi, ut arbitror, et propositum Cyrilli hæreticum et rectæ fidei quæ 20 uindicatur a nobis; si uero cuicumque aliter uidetur de directis siue responsis, suæ quisque uoluntatis est dominus. hoc uero dedi responsum et dominis per omnia deo ami- ep. 188 cissimis episcopis et domno Theodoreto, qui scripsit ut hæc ipsa sentirem quæ et tua sanctitas scribit. de cetero igitur est superuacuum ut aut ego scribam aut tua super hoc indicet aliquid sanctitas; uolo enim nosse tuam religiositatem quod nulla sit mihi 25 pars cum communicantibus eis. relinquere uero ecclesiam præter uiolentiam sæcularem ob hoc differo tantum, sub testimonio ueritatis, ne uidear ueluti desertoris et proditoris ouium Christi incurrere adiudicationem.

Epistula, inquit, Andreae, quam super his rescripsit deo amicissimo episcopo Alexandro, M884 Lp 223 iterum rogans eum ut ceteris adsentiret 30

Multum contristor de sanctitate tua, domine, cogitans quantam festinationem CXCI [103] machinationemque instruat dæmon ad perturbandam dei ecclesiam quæ tuo est commissi regimini, inuidens ei quod sub te ualde profecerit. pro qua re ego uinctus in lecto ad has litteras prosiliui, et rogo sanctitatem tuam et tango uestigia ut accom- modum siue aptum tuæ uitæ præteritæ etiam nunc facias cogitatum, committens deo 35 exitum rerum. non enim ita uixisti nec talia sunt quæ per omnem uitam peregisti, ut despiciaris a bono deo, nec sic eum coluisti, <ut> de te omnino non cogitet; sed ualde confido quod exitum quendam mirabilem inopinatumque præstabit his huius temporis tristibus, quem nos interim cogitare non possumus, quippe, sicut solet, post augmentum

3 status <i>M</i>	permanebunt <i>M</i>	4 nostrum <i>scripsi</i> <i>nra</i> <i>M</i>	6 sopitur <i>Lupus</i> sepitur <i>M</i>
ubique <i>scripsi</i> ubusque <i>M</i>	7 aduersum <i>M</i>	dicens <i>Lupus</i> dicent <i>M</i>	
17 amplius <i>addidi</i>	19 contraris <i>M</i>	20 arbri <i>M</i>	23 sentirer <i>M</i>
27 ob <i>Lupus</i> ab <i>M</i>			23/24 tue <i>scitas</i> qui <i>M</i>
32 tua <i>M</i>	33 proficerit <i>M</i>	37 ut <i>add. Lupus</i>	cogite <i>M</i>
39 cegitare <i>M</i>		38 mirabile <i>M</i>	pstauit <i>M</i>

10h. 10, 13 pessimorum solacium suum erga proprios cultores ostendere. quæso igitur ut neque
turberis neque ab ecclesia exire disponas. hoc enim nimis est impium et mercenarii
potius quam pastoris est opus, nec inultum tot prodere animas, sed euerisionem cunctorum
quæ prius mirabiliter operatus es, habens. cogita uero, ut dixi, potentiam dei et
quia ille qui et ea quæ in cælo et quæ in terra sunt, reconciliauit ad pacem, et membra
ecclesiæ diuisa coniunget et dabit tuæ satisfieri sanctitati, ut aliis sacerdotibus com-
munices atque consentias, quia et nos non simpliciter nec uelut si quis dicat impie ad
hanc intentionem respeximus, sed cogitantes quid expediret ecclesiis.

Lp 224 Idem Irinæus ait: Epistula Alexandri episcopi, quam rescripsit Andreæ, culpans eum
quod dum rectam fidem prædicent, communicent tamen Cyrillo nullo modo ab
hæresi recedenti

CXCII [104] Gratias quidem tuæ ammonitioni ago ex beniuolentiæ uenienti affectu; ut autem
non multam chartam [non] propter nos expendas, quiesce quæso a monitis. nam
ep. 72 quia et impius Cyrillus hæreticus est et qui ei, sicut scripsit, illam chartulam optulerunt,
cooperatores facti sunt magisque principes proditiōis contra orthodoxam fidem, scit
amans deum anima tua. nam et ea quæ pertinent ad sanctissimum episcopum Nesto-
rium qualiter disposuerint, suis animabus nequaquam parcentes, omittatur dei iudicio
reseruandum. forsā uero et ille iniustitiam committit qui religiositatem uestram
uelut nutantem accusat? nam et orthodoxi estis et rectam fidem prædicatis et estis
operati confusionem et dispensatiue orthodoxiæ hæresim miscuistis. unde quiesce
M 885 quæso monere nos. deo enim me confortante, nec Cyrillo communico, non præ-
anathematizanti euidenter hanc hæresim, neque communicantibus ei. uos autem
quod ad uos attinet, peregistis festinastis cucurristis ouem perditam requisistis. non
uult ipsa inueniri. de reliquo quiescite; coram terribili enim illo tribunali utique
uidebimus inuicem.

25

Lp 225 Epistula, inquit, eiusdem, quam scripsit ad Iohannem Germaniciæ, qui similiter eum
pro pace rogauerat

CXCIII [105] Et olim uestro congregato conuentu in Zeugmate, id est deo amicissimorum epi-
scoporum atque pastorum ad quærendam saluandamque ouem quæ perierat, et omnem
pastoralis disciplinæ speciem ostendentibus in nobis, dum ego non possem ad altitudinem
præstitæ uobis scientiæ peruenire et inspicere penetralia pænitentiae abominationis
.Egyptiacæ, multis aliis inter hæc motis, ut propositiones uestras minime repetam et
pænitudines, cognouistis quod adiaceat mihi, cooperante deo, qui et lumen scientiæ
nobis rectæ fidei donat, omnem piam condescensionem recipere et impiam dispensationem
refugere, quæ fit sub pacis optentu. et nunc autem nihilo minus eandem tenemus
sententiam. intentio enim mihi est ut ubique inconcussam conscientiam seruem
et ab omni hæretica mixtione discretam terribilem mysteriorum diuinorum et cælestium
communione. si autem mihi, quod absit (præceptum namque habemus dominicum
Mt. 26, 41 ut oremus ne intremus in temptationem), ex imperiali necessitate iubeatur ut aut impii

4 cota M	7 consenties M	9 hirienus M	10 recta M	12 ueniuolentie M
13 non <i>del. Lupus</i>	ammonitis M	15 fide M	17 ommittantur M	dee M
tatem <i>ura M</i>	19 nutantem <i>scripsi</i>	iritantem M	21 uos M	21/22 pænathematizati M
23 peregisti festinasti cucurristi M				
26 quem M	27 rogauerant M	28 conuentum M	zeumate M	29 querendum
saluandumque M	31 abominationes M	35 optentum M	38 pceptum M	

illius communionem amplectar (modo enim uobis ut exercitatis in aliis causis, facilia uidentur uniuersa), aut decem milia mortes excipiam, deo me et tunc denuo roborante, noscetis quod uos ad persuadendum nobis sitis infirmi, sed nos procliues non sumus ad prodendum quod accepimus a domino Christo depositum, cuius procul dubio et restitutionem deposcemur ab eo.

5

Epistula, inquit, Andreae ad oeconomos deo amicissimi episcopi Alexandri quod communicaauerit Antiocheno et reliquis omnibus Lp 226

Audio quod ualde irascatur sanctissimus episcopus et per multa loca contra nos CXCIII epistulas dirigat, quasi uiderimus religiosissimum episcopum Rabbulam. quod [106] quidem nondum contigit; quodsi et euenisset, nescio si quid commune commissum sit 10 unde indignari debuerit. quia enim semel communicauit sanctissimo episcopo Iohanni pacemque amplexus sum, ab eius communionem et colloquio aspectuque repulsus sum M 886 et hac ultione maiorem nec, si impie, quod absit, egissem, mihi imponere ualuisset, quippe qui et iudicatis colloquitur et paganis, in praesentiam nostram uenire non pertulit, quia sanctissimo episcopo Iohanni communicauimus. quem dixit orthodoxum? forsitan 15 uero et per singulos episcopos expetendus sum singulas ultiones? igitur ne semper nouiter perturbetur, ecce aperte dico, sicut et olim scripsi, quia et postquam allata est ep. 189 ultima epistula ex Aegypto clare continens orthodoxae fidei dogmata, ego et amplector ep. 72 pacem et omnibus ubique sanctissimis episcopis communico et sanctissimo episcopo Xysto et Cyrillo et Maximiano et Rabbulae et Melitinensi et omnibus Ponticis et a nullo 20 discissus sum, dum apud eos omnes obtineant dogmata ueritatis et unitio atque pax ecclesiae ad gloriam dei pertineat, et confiteor dominum Christum deum esse atque hominem, duas naturas, unam personam, humilia et sublimia de eo diuinis scripturis inserta, haec quidem ut de homine, illa uero ut de deo, inconfusa unitate optinente et uno existente, ut dixi, domino et Christo. si ergo uult de cetero ipse ut catholicus 25 cum catholicis amplecti pacem et liberare ab scandalis naufragantes per discordias et Lp 227 contentiones nostras, faciet bene; si autem non uult, ego quidem contristabor quod ita dispositus sit, iudex uero deus est omnium. nullus ergo mihi de cetero quaestiones importet. clare enim sententiam meam a principio aperui et nunc nihil noui deliberaui, sed quae ab initio tenui, mox ut allatae sunt litterae. atque utinam possibile 30 ep. 72 mihi esset ut omnes qui non consentiunt, coniungerem adunaremque ecclesiae essetque mihi a deo donata efficacia haec, quam me arbitrarer maximum ad aeterna repperisse remedium siue solacium.

Epistula Pauli Emeseni episcopi ostendens eius intentionem

Lp 228

Domino meo et propter omnia magnificentissimo magistro militiae Anatolio Paulus. CXCV [107] Clare sciens quod ualde magnificentia uestra desideret cognoscere de ecclesiarum de pace et ordinatione, notum facio quod per dei gratiam Berœae una cum uiro deuoto Maximo magistriano cognoui ex eis quae scripsit deo amicissimus Cyrillus episcopus, ep. 145

20 Xystus papa ordinatus est d. 31. m. Jul. 433

7 antiochenus M	9 rabbulam M	11 quia scripsi qui M	13 hanc M	15 que M
10 epo M	17 nouiter Lupus nouit M	aperte Lupus apte M	allata Lupus illata M	
18 docmata M	20 rappule M	25 uult Lupus ut M	27 uolunt M	qui quidem M
28 cetero M	31 coniungere M	33 eternam M		
35 propter] malim per	36 decelarum M	37 pacem M	a	M

quia per dei gratiam propositionibus nostris assensit et omnia suscepit atque approbavit ex plurimis quæ a nobis <proposita> sunt. quomodo enim non ita faceret, cum recta essent dogmata et patrum sensibus consona? pro qua re, domine magnificentissime et gloriosissime, in omni uoluptate esto, cognoscens quod per gratiam dei uelociter in
M 887 Oriente nostræ dei ecclesiæ ordinem suscipient competentem et pace consueta fruuntur, 5
uestra magnificentia <magis> magisque magni æstimante ut cœpta pax perfecta perdu-
catur ad terminum. festinat uero ad Berœam dominus meus sanctissimus et deo
amicissimus Iohannes archiepiscopus, ut manifestissime de omnibus et colloquatur
et statuatur. dato enim per gratiam dei principio, uniuersa de reliquo ad correctionem
perfectam prona erunt. uobis namque incolumibus, Orienti nihil deerit ad integram 10
dogmatum emendationem et omnimodam ecclesiarum tranquillitatem. hæc scripsi
sciens quod ea quæ nuntiata sunt, magnitudinem uestram ualde lætificent propter
amorem qui in uobis est dei, et ualidum atque feruentem circa orthodoxiam zelum.
prædictus uero sanctissimus archiepiscopus iussit ut per nos hæc bona nuntia uestra
magnanimitas disceret.

15

Lp 229 Epistula, inquit, Cyrilli ad Rabbulam Edessenum, nuntians quod omnino non reciperet
propositiones quæ a Iohanne sunt destinatæ

CXCVI [108] Piissimo et amatore Christi imperatore dirigente dominum meum mirandissimum
tribunum notariumque Aristolaum, Christianum uirum et ualde pro recta fide certatum,
ep. 69 ut ad pacem copularet ecclesias, et scribente clare quod Antiochenus deberet prius 20
suscribere quidem Nestorii damnationem, anathematizare uero scelesti eius dogmata
et tunc iam communionem nostram quærere, scripsit ad me dominus meus religiosissimus
ep. 142 et optimus senex episcopus Acacius incongruam quandam propositionem quasi ab
Orientis episcopis, magis autem, si oportet dicere ueritatem, ab eis qui ea quæ sunt
Nestorii, saperent. nam dum eos oporteret sequi quod congruit, et <secundum> 25
intentionem piissimi principis omniumque orthodoxorum anathematizare scelesti
Nestorii dogmata, e contrario petunt uacare uniuersa quæ a nobis scripta sunt siue in
tomis siue in conscriptionibus, et sic, inquit, ecclesiæ communicabunt ad inuicem.
hoc autem clare dicere est quod oporteat nos rectam fidem denegare et Nestorii con-
sentire blasfemiis. si enim nostra exterminamus, quæ se bene habent et inexplor- 30
abiliter et asserunt ueritatem et rectæ fidei militant, approbabimus ea quæ sunt
Nestorii, et omnes erimus eius ammirantes insaniam. sed illorum quidem proposi-
tionem intelleximus; contristati enim sunt quod blasphemante Nestorio, ab orthodoxis
ep. 145 contra eum sermones scripti sunt et epistolæ. qualia uero et nos scripserimus, sciet
tua perfectio, dum legeris paria eorum; ob hoc enim tuæ illa religiositati direxi. 35

Lp 230 M888 Epistula, inquit, Maximini ad Alexandrum, quam scripsit, dum cognouisset de Andrea
et de Germaniciæ

197 [109] Valde confusus sum cognoscens ex litteris tuæ sanctitatis illum qui est Germaniciæ,

2 proposita <i>addidi</i>	5 nostræ <i>scripsi</i> ūra et <i>M</i>	suscipient <i>scripsi</i> suscipiens <i>M</i>	et a <i>M</i>
fruerentur <i>M</i> fruetur <i>Lupus</i>	6 magis magisque <i>scripsi</i> magisque <i>M</i>	magis quam <i>Lupus</i>	per-
fectam <i>M</i>	7 berœam <i>M</i>	8 iohis <i>M</i>	10 incoluminibus <i>M</i> oriendi <i>M</i>
16 edesenum <i>M</i>	recipe <i>M</i>	19 tristolaum <i>M</i>	20 scribentem <i>M</i>
<i>addidi</i> iuxta <i>Lupus</i>	26 anathemareizare <i>M</i>	27 e <i>Lupus</i> et <i>M</i>	28 sic <i>Lupus</i> sicut <i>M</i>
29 oportereat <i>M</i>	30 blasfemias <i>M</i>	32 et omnes <i>scripsi</i> os et <i>M</i>	
36 inquit <i>scripsi</i> hic <i>M</i>	38 CXCVI <i>M</i>	cognescens <i>M</i>	germani etie <i>M</i>

et eum qui est Samosatēnorum, semet ipsos a sancto uestro dirupisse <concilio>. non crederem, si id nuntiaretur ab altero; uerumtamen et nos hęc ipsa pertulimus ab Alexandrino et Roseo. reliqui enim cuncti per bonum deum et sanctas orationes tuas firmi persistunt. qui uero sunt in nostro confinio, pręcipue qui montana habitant, quibus et in Cappadocia et Armenia negotiandi necessitas, multa milia malorum sustinent, eo quod mihi Cæsariensis scripserit et a me nec rescriptum potuerit impetrare nec ut ipse suscipere litteras eius. de reliquo igitur aduersus nostros inplacabile pręlium assumpserat; sed rogo sanctitatem tuam ut assiduas pro nobis preces digneris effundere, ut et illius in semet ipsum nequitia conuertatur et nostri perfectissime roborentur.

Epistula, inquit, Theodoreti ad Helladium, indicans quod non abscesserit ab illis quę 10 Lp 231 inter eos semel in negotio conuenerunt, neque iniustitię quę in illam personam commissa est, acquiescere patiat

Quando pręcipue litterarum consolatione nos oportuit frui (uehementior quippe 198 [110] nunc est erecta tempestas), tunc et ipsa fraudamur et damnificamur ea quę nobis sola supererat. ego quidem semel secundoque scripsi de his quę uertuntur, et poscens 15 commune consilium et manifestans sententiam meam et claram mihi tuę sanctitatis intentionem fieri rogans, et nec semel impetraui rescripta; unam uero solum per totum tempus æstatis commendaticiam suscepi epistulam. et ualde me obstupuisse confiteor. uereor quippe ne qua aduersus nos accusatio ueniens (opus namque tale multorum est, licet semper, pręcipue tamen hoc tempore) tuę caritatis turbidauerit 20 puritatem, suadens quod relicta acie dediticii fuerimus effecti et quasi quidam multipedes aut chamæleontes colorem secundum petras et folia uerterimus. unde ad has rursus litteras uenio ac rogo ut sanctitas tua eadem sit circa nos. adiuuante siquidem gratia dei, non imitamur uarios reumatismorum cursus qui interdum quidem huc, non numquam uero illuc recurrere solent, sed festinamus in eis quę a principio deliberauimus, 25 quę recta sunt, permanere et tristitia quęquę uenerint, sustinere et nutum de super expectare. unde eam quidem quę ex Ægypto est directa epistulam quippe orthodoxam recepimus; mercedes uero quas pro eadem sua recta fide poposcit, qui eam uix Lp 232 tandem discere ualuit, ut odiosam deo et abominandam sumus auersati. nam quis M 889 umquam eorum qui sub pietate nutriti sunt, mercedem rectę fidei homicidium postulauit uel quis tribuit postulanti? aut quis ueracem appellet eum qui sine mercede honorare noluerit ueritatem? demus enim non esse malum quę est petita mercedem, ** docuerit. mihi enim uidetur nec illum nominare perfectum qui propter regnum cęlorum uirtute animi pollet, sed quem boni detinet amor et bonum propter id ipsum complectitur. et testatur hoc dominus dicens ita: qui diligit me, implebit 35 Ioh. 14, 21 mandata mea. et non ait »qui desiderat regnum cęlorum«, sed qui diligit me. si uero et meminit ubique mercedum, aliquando quidem dicens quoniam ipsorum Mt. 5, 3. 5 est regnum cęlorum, aliquando uero quia ipsi hereditate possidebunt terram et quęcumque sunt talia, hoc facit ostendens propriam largitatem et animas

1 uestro *Lupus* uero *M* concilio *add. Baluze* 2 nuntiarentur *M* 2/3 Alexandrino et Roseo] *i. e. episcopis Alexandria et Rosi ciuitatum Cilicię secundę* 3 firmis *M* 7 suscipere *M*
8 assumpserut *M* 9 roboretur *M*
12 patiat *Lupus* patiuntur *M* 13 CXVIII *M* 18 obstupuisse *M* 21 dediticii *M*
quasi *Lupus* quas *M* 22 came leontes *M* 23 adiuuantem *M* 24 imitamur *Lupus* intimamur *M*
32 noluerit *Lupus* ucluerit *M* 33 lacunam statui *e. g. supplendo* quo modo omnino postulari posse
mercedem 34 animus *M* 35 impleuit *M* 39 propria *M*

Phil. 1, 21 fastidiosorum ad bona sustollens; perfectorum uero est proprium proclamare: mihi
 Act. Ap. 21, 13 uiuere Christus est et mori lucrum, et: ego enim non tantum ligari,
 sed et mori paratus sum pro nomine domini nostri Iesu Christi, et:
 2 Cor. 12, 10 complaceo mihi in infirmitatibus, in persecutionibus, in seditionibus
 pro Christo. quando infirmor, tunc potens sum. sed iste orthodoxæ 5
 assertor seu præceptor egregius mercedem orthodoxæ fidei expoposcit et mercedem
 scelestam et bestiis sanguinem potantibus condecentem. uerum clamemus ei quia
 Dan. 3, 18 diis tuis culturam non exhibemus et imaginem quam statuisti auream
 non adorabimus. hanc tenemus sententiam, deo amicissime domine. nullus
 igitur nos apud uos impetat uelut alia sapiamus. sed orate ac deprecamini deum 10
 et animam nostram, quæ infirma est, roborare, et corpus, quod grauiter est dispositum.
 dexter enim pes meus torpore detentus lecto nos rursus affixit; sed noui quod et hoc
 utiliter atque salubriter dispensauerit uniuersitatis inspector.

Lp 233 Epistula, inquit, Helladii ad Alexandrum, indicans quod propter eam quæ facta est
 causæ prodicionem Cilices conuenire placuerit 15

199 [111] In omnibus gratias agimus communi domino et saluatori Christo, qui dignos nos
 fecit propter desiderium sui et piæ fidei confessionem in medio ebriorum plurimorum
 spiritales amplecti uigilias; magis autem gaudemus quia instar capitis tuam inscribimur
 sanctitatem in certaminibus quæ is qui temptationes exercitari permisit propter nostro-
 rum multitudinem delictorum, hoc quo uoluerit modo ipse compescet, maxime si pro 20
 pietate certantes firmo statu aduersariis resistamus. quia uero consequens erat ut
 postquam cognouimus execrandas impiorum pactiones, colligeremus deo amicissimos
 huius regionis episcopos, ut deliberarent una nobiscum quid sit agendum, hoc facere
 deo propitio habemus paratum; ea uero quæ tali episcoporum synodo formari contigerit,
 M 890 nota utique faciemus tuæ sanctitati. ora pro nobis, domine per omnia deo amicissime. 25

Lp 234 Epistula, inquit, Maximini secundæ Ciliciæ ad Alexandrum, qua indicauit quoniam
 conuenientes certa quædam definiuerunt de causa quæ agebatur

200 [112] Quoniam nihil eorum quæ hic fiunt, tuam latere conuenit sanctitatem, necessario
 et nunc quæ statuta sunt a nobis, tuæ sanctitati innotescere festinaui, quorum direxi
 et paria. dignetur ergo his inspectis religiositas tua, quæso, huic causæ auxilium 30
 ferre tam per sanctas orationes tuas quam per eam quæ tibi inest boni constantiam.
 Vniuersam tecum constitutam fraternitatem ego et qui mecum sunt, salutamus.

Lp 235

SYNODVS ANAZARBENSIS

201 [113] Sancta synodus secundæ Ciliciæ quæ per gratiam dei in Anazarbo metropoli conuenit,
 interlocuta est quæ subiecta sunt: 35

Mota immodica perturbatione contra piam fidem et infamibus uocibus aures
 ep. 23 hominum circumsonantibus, ex litteris piissimorum et amicorum Christi imperatorum,

1 substollens <i>M</i>	4 seditionibus] <i>c/.</i> p. 82, 25	10 orata <i>M</i>	12 detentur	lectones <i>M</i>
16 CXXIII <i>M</i>	18 spiritalem <i>M</i>	inscribimur non sine dubitatione scripsi	inscribimur <i>M</i>	
19 quæ <i>Lupus</i> quod <i>M</i>	20 hoc quo <i>Lupus</i> hos quos <i>M</i>	21 aduersarii <i>M</i>	23 religionis <i>M</i>	
24 propitio <i>Lupus</i> proprio <i>M</i>	25 pro omnia <i>M</i>			
26 secunda <i>M</i>	28 CXIX <i>M</i>	30 inspecti <i>M</i>	31 bona <i>M</i>	constituta <i>M</i>
33 anazarbensis <i>M</i>	34 CXCVIII <i>M</i>	anazarbome <i>M</i>		

quæ omnes deo amicissimos episcopos pariter conuenire iusserunt, ad Ephesenorum metropolim uenimus. sed Cyrillus Alexandrinorum quondam ciuitatis episcopus in antiqua patrum fide non permanens, eam duodecim capitulis commouere temptauit et anathematismos adiecit, [et] per omnem terram propriam putredinem monstrans. hic priusquam cuncti deo amicissimi episcopi conuenirent circa quod amicis Christi nostris imperatoribus placuit, præsidens ex auctoritate concilio usurpauit sibimet ipsi iudicium et calumnia circumuento deo amicissimo episcopo Nestorio, qui et absens erat nec a fidei pietate recesserat, ut putauit, etiam damnationi supposuit. nos igitur, qui undique conueneramus orthodoxi episcopi ex Orientali regione diuersisque prouinciis, deposuimus eum alienumque a sacerdotio fecimus una cum Memnone Ephesio, 10 ep. 87. 88 qui et in omnibus ei cooperatus est et impiam uoluit hæresim roborare; reliquos uero qui eis assenserunt, communionem priuauimus, donec suum cognoscentes errorem, impia quidem dogmata Cyrilli anathematizauerint, sanæ uero patrum confessioni acquieuerint. hæc dum cognouissent amatores Christi imperatores atque approbassent confirmassentque ep. 40 damnationem quæ super eos a nobis est facta, iusserunt unumquemque sanctorum 15 episcoporum ad propriam reuerti prouinciam. uerum quoniam nunc conuenientes in Anazarbo metropoli propter ecclesiasticas curas, agnouimus quod nonnulli præter Lp 236 illa quæ tunc in commune placuerunt, non eiectis Cyrilli capitulis ab eo qui ea exposuit, in communionem receperunt eundem Cyrillum, placuit conuenientibus nobis M 891 ut Cyrillum quidem sic habeamus ut habuimus et ante, damnatum, eos uero qui 20 eum receperunt in communionem non respicientem per propriam suscriptionem hæretica quæ exposuit capitula, esse nobis a communionem alienos, donec ea quæ pridem communiter placuerunt, effectui mancipentur et anathematizet Cyrillus impia capitula sua, permaneat uero in fide trecentorum decem et octo qui Nicææ conuenerunt, neque adiciens ei neque auferens aliquid. non patiemur autem, cooperante nobis domino 25 Christo, aut Cyrillum quasi orthodoxum in communionem recipere aut eos qui ei adiuncti sunt, nisi hæretica capitula illa omnibus fuerint modis expulsa, etsi ad ignem et ferrum ferarumque dentes nos oporteat congredi.

Maximinus episcopus Anazarbi consentio supra scriptis et subscripsi.

Secundum hanc suscriptionem uniuersi subscripserunt.

30

Epistula, inquit, deo amicissimi Helladii ad deo amicissimum episcopum Alexandrum, Lp 237 per quam indicauit quod conuenientes episcopi secundæ Ciliciæ certam formulam dederint de causa quæ uertitur, quam primæ quoque Ciliciæ episcopi approbarunt

Quoniam quidem synodus deo amicissimorum secundæ Ciliciæ episcoporum colli- 202 [114] genda erat, agnouisti utique omnino, deo amicissime; quia uero et congregata sit et 15 formatum sit ab eis, sicut et mandauerunt nobis per deo amicissimum presbyterum Mompsuestiæ olippum, ut in illa damnatione habeatur Ægyptius cui olim suppositus est, donec anathematizet impia illa capitula, et hi uero qui ei communicant, excommuni- cati habeantur, necessarie et nos amplectentes hunc pro pietate zelum apostolicisque

3 permans M	4 anathematismos <i>Lupus</i> anathemas mox M	et del. <i>Lupus</i>	6 conicio ex
propria auctoritate	consilio M	8 etiam <i>scripsi</i> et in M	12 assenderunt M
17 præter <i>dupliciter scripsit</i> M	18 electis M	ea <i>scripsi</i> eaque M	19 communionem M
20 cyrillus M	24 uero M	27 fuerit M	29 supra scriptis <i>Baluze</i> scis M
scripserunt M			30 sub-
31/32 ad — indicauit <i>Lupus</i> per quam indicauit ad — alexandrum M		34 CXCVIII M	
37 olippum] <i>nomen corruptum</i> ; Olympum?	damnationem M	39 amplectenti M	pro pietate
<i>Lupus</i> proprietatem M	apostolicisque M		

dogmatibus sanctorum uere episcoporum, sequentes quoque apostolicum eorum propositum et acquiescentes his quæ ab eis synodaliter exposita sunt, tuæ mandauimus sanctitati ut si quidem possibile est, huc usque fatigeris subscripturus ipsi synodico. quod et facere debes; si uero ab hoc aliqua forte uiolentia prohiberis, quamquam nihil sit hoc uiolentius, sicut et tu, amicissime deo, utique dicis, nisi forte corporalis infirmitas, 5 innotescere [pro] nobis dignare per litteras quod placet. impossibile est quippe, sicut nos æstimamus, etsi hoc multotiens milies simulent hi qui susceperunt Ægyptium, nihil obesse pietati, subsistere apostolicum dogma, nisi fuerint abiurata illa scelestia capitula.

Lp 238 M 892 Epistula, inquit, deo amicissimi episcopi Dorothei metropolitani Mysiæ ad Antiochenum 10 Iohannem, quam scripsit ex opinione aduertens quæ Alexandriæ inter Paulum et Cyrillum conuenerunt

203 [115] Qui naufragauerunt a pia fide nostra, quin immo torporis proprii **falsitatem, multas hic opiniones disseminant, dicentes quod religiositas tua et qui cum ea sunt sancti episcopi acquieuerint ad Ægyptii communionem non damnantis in scriptione duodecim 15 capitum blasphemiam, eo quod demonstratum sit quod ipsa capitula perfectis quidem sint probabilia, his uero qui capere nequeunt, aliena. unde, inquit, rogati Ægyptii in communionem Orientis sanctam synodum receperunt. his ita disseminatis ab ipsis, alteram fraudem machinati sunt contra pios. in regia siquidem ciuitate simpliciores uolentes decipere, proprios seruos atque domesticos et alios quosdam colligentes ante 20 auroram in forum quod dicitur Constantini, sub prætextu litanie conuenire fecerunt, præparantes ut unus occurreret populo cum crucibus et cereis ille deceptor qui ab illis desertoribus est illicite ordinatus. sed non diu fraudem suam tegere ualuerunt, sed deprehensi nolendo fortiores operati sunt populos persistentes in sua pietate, qui discentes hunc dolum declinauerunt errorem. dum uero eis nec ista sufficiunt, finxerunt ab 25 ammirandissimo Aristolao litteras ad Maximianum fuisse transmissas, quas et in publicum in ambone legi fecerunt, narrantes sic pacem factam fuisse inter sanctitatem uestram

Lp 239 et Ægyptios, ut uestræ calculo sanctitatis et Maximiani ordinatio firmaretur et sanctissimus ac deo amicissimus episcopus Nestorius cum damnatis reputaretur. de his igitur uniuersis subtiliter discere uolens, coactus sum reuerentissimum presbyterum Eustochium 30 destinare cumque ipso Thomam monachum, rogans ut nos per uestras litteras digneris instruere ueritatem.

Omnem quæ tecum est fraternitatem ego et qui mecum sunt, salutamus.

Lp 240 Idem hanc posuit epistulam

204 [116] Deo amicissimis et sanctissimis dominis meis et cum omni reuerentia nominandis 35 sanctis comministratoribus Alexandro et Theodoreto Eutherus gaudere. Diuinum

2 habetis M	3 hac M	fatigari. M	ipsis M	4 quos M	aliqua Lupus ali-
quid M	prohiberis Lupus	prohibetis M	5 tua a M	6 pro del. Lupus	7 milites M
8 pietate M	adiurata M	scelestia M			
10 dorothei M	13 quin immo torporis scripsi	qui imit zarparis M	lacunam statui supplendo		
e. g. piis infligunt	falsitatem scripsi	fulsita rem M	15 communionem M	damnantis in scriptione	
scripsi dampnati inscriptionis M	16 capitum scripsi	cognitum M	blasfemia M	quod demon-	
stratum sit scripsi	quid ora supersit M	17 sit M	malim a fide aliena	19 regiam M	21 præ-
textu scripsi	pre tu M	prætextu Lupus	23 diu fraude sua M	26 impulicium M	27 ammone M
fecerunt Lupus ferunt M	sic Lupus	sicut M	29 de his] deis M	31 ura M	
35 CXCVIII M					

sanctitatis uestræ zelum, qui ubique peruenit, nocte dieque fulgentem clamat iam uni-
 uersa terra et mare, a quo et nos ualde segnes stimulati sumus ad bonorum desiderium
 piæque confessionis instantiam, ita ut audeamus et per litteras deprecari et de his quæ
 agenda sunt, commonere. perclaruit igitur hoc esse iustum præsentī in tempore 5 M 893
 ut adiciat sanctitas uestra ceteris rectitudinibus suis et hoc studium quod nunc exigit tem-
 pus, ut dirigatis aliquos cum communi hac formula et litteris accommodis ad Occidentis
 partes et excitetis ad hoc pro fide certamen eos qui illic sunt habentes insitum fidei zelum.
 timor est enim ne præuenientibus litteris aliorum quasi unitio facta sit et, rebus in-
 congruis consentientibus uniuersis, segniores appareant ad ea quæ male acta sunt, corri-
 gendum. et nos quidem quasi in libro quæ sunt placita, componentes, id est ego et 10
 dominus meus per omnia sanctissimus episcopus Helladius, horum rescripta uestræ quæ
 secundum deum est caritati direximus; uestræ autem religiositatis est et probare et
 proferre et ad finem perducere quæ cunctis expediunt.

Omnem quæ cum sanctitate uestra est fraternitatem ego et qui mecum sunt,
 salutamus. 15

Epistula, inquit, deo amicissimi Eutherii Tyanensis episcopi et Helladii Tarsensis scripta Lp 241
 ad magni nominis Romæ episcopum Xystum

- 1 Multam prouidentiam humani generis per singula tempora faciens dominus Christus 205 [117]
 alio tempore alia luminaria præparauit ad eorum ducatum qui bonæ sunt uoluntatis,
 conuictionemque contrariorum et mendacii quidem destructionem, ueritatis autem 20
 confirmationem. sicut etiam sub illo antiquiore Pharaone beatum Moysen et in
 lamne et Mambre euntem et super Simonem magum Petrum bene uincentem, sic et 2 Tim. 3, 8
 contra eos qui nunc insurrexerunt inimicos tuam protulit sanctitatem, per quam bonæ
 spei sumus et nos quod orbis terrarum ab Ægyptio liberetur errore, qui Moyses nouus
 existens omnem quidem Ægyptium hæreticum percuties, saluabis uero omnem Israhelitam 25
 orthodoxum. igitur contra ueritatem multis milibus gestis et orthodoxiæ mundissima
 margarita multas excipiente inimicitias et quantas nulla umquam tradit historia, ab
 his qui hanc uocum nouitatem contra paternam fidem apostolicam reppererunt, nostrum
 quidem est, qui triplices multiplicesque patimur tempestates et pæne in piratas incidimus,
 ad eum clamare qui a deo productus est gubernator, eumque pro amore ueritatis quanta 30
 possibile est, edocere; tuæ autem gratiæ sapientiæque est non despicere neque otiose
 transcurrere huiusmodi quæstionem tantamque causam, sed et perscrutari <cum> dilec-
 tione boni laboris et imponere emendationem cum tota constantia et deo dilecta fiducia.
 2 et olim siquidem sæpius iam ex Alexandria huiusmodi hæreticis zizaniis insurgentibus,
 suffecit uestra apostolica sedes per uniuersum tempus illud ad mendacium conuincendum Lp 242 M 894
 impietatemque reprimendam et corrigenda quæ necessarium fuit, municendumque orbem 36
 terrarum ad gloriam Christi tam sub illo ter beato et inter sanctos habendo episcopo
 Damaso quam sub pluribus aliis gloriosis atque ammirabilibus. cuius rei gratia et
 nos præsumimus has supplicationes offerre ut adiuuetis orbem terrarum et in illa parte
 quæ errat, et in illa quæ tyrannidem sustinet quæque ad hoc inpugnatur, ut ad ea quæ 10
 non conuenit, assensum præbeat, eo quod nec uelit nec expedire iudicet ut Ægyptiorum

1 fulgente M	3 de his] deis M	5 adicias M	6 hac <i>Lupus</i> ac M	hocidentis M
7 perfide M	8 quasi <i>Lupus</i> quas M	9 regniores M		
18 CC M	20 conuinctionemque M	ueritas M	21 antiquiore <i>scripsi</i> amore M	
22 euntem <i>scripsi</i> eundem M	23 bene M	24 egipto M	28 han M	29 tempestatis M
piratus M	32 cum <i>add. Lupus</i>	33 totam M	35 sufficit M	sedes sed M
birabilibus M				38 am.

ep. 8 8 capitulorum uarias uocum nouitates excipiat. scribens enim Cyrillus Alexandrinus blasphemam uocum nouitatem per bis sena capitula uniuersæ diuinitus inspiratæ scripturæ contrariam et anathematizantem legitimas et antiquas sanctorum patrum traditiones et maxime illorum qui excelsa quidem Christi diuinitati ascribant, humilia uero humanitati eiusdem, nusquam unitione eius incidenda, proposuit ei qui tunc sanctam 5 sedem regebat magni nominis urbis, qui fuit a principio probatus et notus circa fidem, circa uitam, circa doctrinam uerbi et circa uniuersa, Nestorio, <ut> aut consentiret capitulis eius atque suscriberet ea et permaneret episcopus aut certe periclitaretur in gradu et a sancta ecclesia pelleretur. ille autem propositioni nequam dei timore prælato, elegit potius multis milibus periculis sibi inferendis iniuste tradere semet ipsum 10 quam dolis hæreticis præbere consensum et confirmare totius orbis errorem. ad hanc ** synodus conuenit in Epheso, et in nullo correptus neque rationem reddere expetitus, antequam conuenirent qui sustinebantur uniuersi, exactus est ultionem, cum illorum capitulorum blasphemiarum obuiauerit, et cum omni crudelitate ei quæ dicitur damnationi et aliis aliquibus subiectus est, dum certe Cyrillus auctoritatem iudicis non 15 haberet, sed eius qui iudicandus est, ordinem, eo quod contra inuicem mouerint quæstionem. et erat præsidens reus, et sententiæ princeps, qui sustinebatur multis 4 sententiis supponendus. his gestis, aliis quidem cuncta quæ acta sunt, lacrimis Lp 243 digna, aliis uero ridicula uidebantur, ita ut et ille qui Antiochenam tenebat ecclesiam ep. 87. 88 dei, post hæc ueniens, Cyrillum quidem simul et Memnonem damnationi subiceret com- 20 muni decreto deo amicissimorum sanctissimorumque episcoporum usque ad uiginti duorum metropolitanorum ceterorumque qui pariter adcrant. qui illos hæreseos ac seditionis principes iudicarunt et ecclesiasticarum æmulos sanctionum; ceteros uero qui eis ad omnia incongrua complices extiterant, alienos a communione fecerunt. sed illi egregii contra ueritatem simul et regulas sibimet ipsis indulgentiam relaxantes, 25 terribilium mysteriorum consecrationem irreuerenter sibi continuo præsumpserunt, M 895 alios uero communicare sibi periculose fecerunt, ita ut omnes diuinæ regulæ decreto Can. Antioch. 4 subiaceant, quæ eos qui ita regunt, omnino perdamnat. hæc addiscens deo ami- ep. 34 cissimus et bonus uictor princeps continuo definiuit uacare quæ sic inordinate inconse- quenterque sunt gesta contra eum qui in nullo conuictus est, abrupte uero et furiose 30 addictus, denuo autem de dogmate cum ueritatis amore fieri quæstionem per interrogationem et responsionem et demonstrationem quæ omnibus suaderet, non quæ auctoritate tyrannica imperaret. illi uero ad solutionem canonum id quoque adiecerunt ut nec his piis litteris obœdient, et nihil de fide dicere uel audire acquiescentes ulterius, ad solam se uniuersi pertinaciam contulerunt, ad consensum [cœperunt] trahere 35 5 iniqui iudicii alios quidem fraude, alios uiolentia, alios præmiis constudentes. super his nos per multum tempus rogabamus, obtestabamur cum omni fiducia, prouocabamus ut nihil irrationabiliter fieret neque teneretur, sed de quæstione quidem dogmatum et de Cyrilli capitulis communis proponeretur tractatus atque consilium et quod omnibus placuisset, una sententia firmaretur, de eo uero qui tyrannidem sic aperte pertulerat, 10 iudicium uerax fieret atque legitimum, ut conuictus quidem de corruptione ueritatis, adiudicationem consone sustineret ab omnibus; si uero ex toto innoxius probaretur,

1 excipiet M 2 blasphemiam M 4 diuinitati *Lupus* natiuitate M ascribat M 7 ut
add. Lupus 9 grandu M 12 *lacunam statui, e. g. supplendo* quæstionem discutiendam in
ullo M 13 sustinebatur M 14 qui M 16 mouerin M 17 sententiæ *scripsi* sentiat M
18 suppondus M 22 adherant M 23 seditioni M ecclesiasticorum M 24 extiterant M
28 subiaceat M addiscens *Lupus* addicet M 29 uacar M 31 abdictus M 33 impetraret M
35 ceperunt *spatio uacuo relicto ins. M^a, deleui* 37 prouocauit M 40 tyrannide M 41 fieri M

in scripto abdicaret illa nobiscum quaecumque incongrua quidam uel ex eius persona uel ex aliorum nomine ex suspicione aut accusatione iactauerant. sed ista quidem displicebant his qui ex sola auctoritate deuincere, non autem uel suadere uel suaderi **Lp 244** uolebant, præcipiebant uero uniuersis ut abrupte anathematizarent et damnationi subscriberent. quicumque autem se integriori deliberationi seruasset, damnabatur ⁵ [ordinabatur] ab eis, subiciebatur calumniis, malæ doctrinæ uocabatur; ordinabantur pro talibus alteri, quia consentire nolebant laudare quidem damnatione digna capitula, damnare uero eum qui, quantum nos conscii sumus, nihil aliud dixit nisi ea quæ a sanctis prophetis et euangelistis et apostolis per spiritum sanctum manifeste sunt tradita. uolebant enim et apostolos criminari, dum superuacue adiudicant illum qui ea quæ ¹⁰ ipsorum sunt, prædicabat. talem namque et eorum quæ dicuntur gestorum fecerunt actionem, ut inconsona et incerta aduersus illum uirum proferrent et plerumque inreprehensibilia reprehenderent (»cur«, inquit, »Nestorius dixit quod passio non dei- ^{24, 53} tatem, sed humanitatem Christi attigerit«?), interdum uero falsa scriberent, ponendo quod ab ipso dicta fuissent uerba quæ nec quicumque infidelium, immo nec agrestium ¹⁵ dæmonum dicere præsumpsisset, id est quod esset Christus dominus Christus, sicut { ^{24, 99 = Loofs,} Nestoriana ^{p. 289, 6—15} Saul, sicut Daud, sicut infidelis Cyrus, in quibus facile est conuincere uolenti calumniam.

⁶ Ea uero quæ de Antiocheno Iohanne sunt gesta, si esset possibile, tacere uelimus; sic irrationabilis apud nos eius mutabilitas facta est et manifesta transgressio et proditio ueritatis, quæ ex improviso completa est siue peracta. ille enim qui antequam uenire- ²⁰ mus ad Ephesum, hæreticam capitulorum repperit fraudem et plurimis per litteras indicauit per primam Cappadociam secundamque et per diuersos locos ut ab eis se obseruarent, ammonuit, quasi Eunomio et Arrio et Apollinario consonarent, et qui acute ac feruide in Cyrilli damnationem prosiliuit et ad hoc omnes hortatus est, quique adiit ^{M 896} et ipsam regiam ciuitatem, ut huic impietati resisteret, et inde nobis scripsit adhuc ²⁵ Ephesi constitutis, prius quidem dicens quia »illum«, id est Nestorium »dimissum cogno- ^{p. 64, 29—31} scentes ab Epheso, ualde doluerunt animæ nostræ, eo quod illa quæ sine iudicio et inique sunt gesta, uidentur interim roborari; deinde quia »etsi illa blasphema capitula Cyrillus ^{p. 71, 2—5} abiecerit, eum ne tunc quidem suscipere per sacramenta promissimus, eo quod princeps ^{Lp 245} iniquæ sit hæresis factus ipse«, unde alterum cor accipiens ignoramus, omnibus motibus ³⁰ suis est aduersatus et Cyrilli communicator effectus non repellentis quæ male conscripserat, qui eum numquam se recepturum, uel si ea refutasset in scripto, iurauerat, et solus uinculum soluit quod cum tantis Cyrillo et Memnoni noxiis consequenter intulerat, et nullam securitatem his qui pro pietate fuerant offensi, procurans, ipse quidem reconciliatus est ei quem pridem sic amare notauerat, permisit uero ecclesias perturbari et ³⁵ præsules quosdam quidem manere depulsos, alios autem adhuc multipliciter exturbari. sed etiam litteras mirabiles fecit, in quibus ait damnatum se habere Nestorium et ana- ^{ep. 71} thematizare quicquid impie dixit aut sapuit. sic et accusatione ac demonstratione defecit, ut nec diceret »illam uel illam siue illam anathematizo sententiam«, sed ait: »quicquid ab eo impie dictum est«, dum certe aperte dicere debuisset, ut ab eo sensu ¹⁰ quisque cautior redderetur, sicut clare abominamur et nos Cyrilli capitula et quæsumus uniuersos ut se ab insita illius malignitate custodiant, præconuincentes eas quæ in ipsis sunt blasphemias et eas clare omnibus publicantes.

5 domnabatur <i>M</i>	6 ordinabatur <i>deleui</i>	subiciebantur <i>M</i>	14 falsa <i>Lupus</i> falsariari <i>M</i>
an falsariata?	15 fuissen <i>M</i>	18 antioceeno <i>M</i>	22 prima capadociar <i>M</i>
24 damnatione <i>M</i>	27 doluerunt <i>Lupus</i> docuerunt <i>M</i>	29 princeps <i>M</i>	23 consonaret <i>M</i>
33 noxias <i>M</i>	34 proprietate fuerat offensus <i>M</i>	38 sic et <i>Lupus</i> sicut <i>M</i>	32 inspto <i>M</i>
Cyrilli <i>Lupus</i> utselli <i>M</i>			41 abhominamur <i>M</i>

7 Hæc pauca de plurimis cum multa abbreviatione conscripsimus, scientes quod horum malorum nimietas non solum Ieremiæ lamentationibus digna sit, sed et uniuersam tragœdiam superauerit; rogamus uero et sanctis tuæ religiositatis prouoluimur pedibus ut manum porrigas salutarem et auferas mundi naufragium omniumque horum inquisitionem iubeas fieri et his illicitis cælestem superduci correctionem, ut reuocentur quidem⁵ sancti pastores, qui iniuste sunt a suis ouibus effugati, et reddatur gregibus pristinus ordo et antiqua concordia, et ut non ultra lamentatus et mugitus pro uotis offerantur ac psalmis, dum multi dispersi sunt et nequiquam periclitantur circa ea quæ præcipua sunt, dum uitant ab hæreticis uel lauacrum regenerationis uel mysticam communionem accipere, quæ ab orthodoxis sumere ad salutem minime permittuntur. quæ ex parte¹⁰ quidem uidentes, ex parte uero audientes olim concurrissemus ad sanctitatem tuam nos, Lp 246 qui e diuersis regionibus sumus, id est ex Eufратisia et utraque Cilicia et secunda Cappadocia et Bithynia et Thessalia et Mysia, ut et fontes effunderemus lacrimarum et publice defleremus peregrina et insueta huius uitæ mala, nisi detineret nos luporum terror insidiantium gregibus ad rapinam et ad horrorem omnemque aduersitatem, unde coacti¹⁵ sumus nostra uice dirigere religiosissimos clericos et monachos, qui impleant locum nostrum. quæsumus igitur ut absque dilatione exurgatis et feruido zelo magnum uictoriæ tropæum contra æmulum cuneos erigatis, ante oculos habentes boni pastoris circa ouem quæ errauerat, diligentiam simul et studium, et non absque periculo deputetis, M 897 si quid fastidiose circa tot pastores et oues agatur, dum illæ quidem errent, illi uero²⁰ tyrannicam sustineant uiolentiam. imitamini potius et magnum pietatis præconem Paulum, oculum mundi, quem nos ut pignus habere familiaritatis nostræ erga uestram credimus sanctitatem. cuius enim noster existens, errore totius orbis extincto, illius apostolicæ sedis præcipuum factus est ornamentum, qui et a beato Petro dexteram Gal. 2, 9 societatis accepit, ut appareret ab utrisque æquam subtilitatem dogmatum custodiri.²⁵ etiam quæsumus ne despiciamur <a> uobis nos, quos tot mala circumdant. non enim de pecuniis uel gloria aut quolibet alio temporalium decertamus, sed pro pietatis possessione communi, pro paterno fidei thesauro, pro spe communi fidelium, pro bona confessione apostolorum, pro immortali certamine martyrum et maxime pro aduentu clementia- IocI 2, 17 que dominica, cuius uirtutem inuincibilem inuocantes sine cessatione clamamus: parce³⁰ domine, populo tuo et ne dederis hereditatem tuam in opprobrium. Eutherus episcopus metropolis Tyanensium subscripsi et quæso ut me ores incolumem, deo amicissime et sanctissime pater. Helladius episcopus metropolis Tarsi subscripsi et rogo ut me ores incolumem, deo amicissime et sanctissime pater.

Lp 247 205a Multa inter has epistulas abstuli quæ ex sua persona intulit Irinæus; sed hæc quæ secuntur ab eo dicta non inutilia, sicut cetera, credens, ad hoc præcipue transtuli, ut homo Nestorii sequacissimus quam se hostiliter habeat ad ea quæ in epistula episcopi Ibæ quæ ad Marin Persam cunctis suæ regionis innotescenda facta est, continentur, sicut et de aliis fautorum studiis prædicti, satis appareat.

206 [118] Compositoris, inquit, oportebat re uera, ut ne hoc quidem præterirent isti propugnatores ueritatis egregii, quatenus uniuersa quæ erant agenda, implentes inconcussam

1 plurimis M	3 superauerint M	6 grecibus M	12 regionibus M	12/13 capadocia M
14 defleremus M	15 ad horrorem <i>scripsi</i> ad errorem M	ad errorem <i>Lupus</i>	21 tyrannica M	22 haberet M
24 præcipuum M	25 appareret <i>Lupus</i> apparet M	custori M	26 a add. <i>Lupus</i>	27 decernitur M
27/28 possessionem M	29 aduentum M	32 quæso <i>Lupus</i> so M	32/33 incolumem M	
36 CCI M	hirienus M	40 studii M		

propriam conscientiam custodirent. nec enim rex cælorum plus a nobis exigit quam propositum, ad quod respiciens et braua donat et mercedes deputat et exigit ultionem. et huius quidem rei Abraham patriarcha est testis, qui nec filio est priuatus et illam maximam pro sacrificio mercedem recepit; illius uero ille cui creditum est talenti negotium, quem quia id neglexit tantummodo, tormentis deputauit, ostendens damnum Mt. 25, 30 quod ex eorum quæ in nobis sunt negligentia sustinemus. quæ isti deo amicissimi 6 pastores memoria retinentes, qui in lege domini meditabantur die ac nocte, dum certe Ps. 1, 2 iam comperissent quod deceptus iam Cyrilli uersutiis qui Romanæ ecclesiæ præsidebat, aduersus Nestorii personam calumnias pro ueris reprehensionibus approbasset, legatos tamen ad Occidentem impigre direxerunt manifestasque fecerunt huiusmodi fraudes, 10 M 898 quæ in hanc etiam de recenti fuerant causam paratæ. hoc idem uero mox et magnus fecit Alexander, accusans illas impias pactiones quæ super alia incongrua et in fide Lp 248 auxere discordiam, non solum siquidem quia per ea quibus interluserunt fœdera isti mirabiles extincta non est Orientalium contra Ægyptium rixa, sed et omnes contra inuicem sunt diuisæ præcipue Orientis ecclesiæ, occasione dissensionis accepta ab hac 15 falsi nominis pace. quod autem pax illa non fuerit, sed potius piæ concordie dissipatio et cunctis pugnis deterior, sufficiunt quidem et supra scripta declarare, clarius uero multis ipsæ res prædicant.

Domino, inquit, meo per omnia deo amicissimo et sanctissimo episcopo Alexandro 207 [119] Theodoreto Abbibo Hiliadi Maræ Daudi Acylino Meletius. Dignum uestræ [et 20 Lp 249 gratias] est sanctitatis etiam præsens studium, et gratias domino Christo, qui nobis speculatores huiusmodi in præsentī quoque largitus est, ut ad eos intendentes habeamus qualiter, prout est in tanta huius uitæ tempestate possibile, nostra itinera dirigamus. non enim nostra sunt cuncta, sed eius qui continet uniuersa; sat est nobis ut uel intentionem sinceram, si nihil amplius, ostendere ualeamus, ad quam respiciens omnium 25 dominus præstaturus est utique uestræ orationibus sanctitatis ut nec triplicibus uoluminibus submergamur. eos quidem qui ad Occidentem directi sunt deo amicissimos clericos ita suscepimus, ut consequens erat nostros et qui pro tali causa sunt destinati; quos etiam dimisimus ut per gratiam dei ad ulteriora procedant. festinamus autem, si annuerit dominus uestræ orationibus sanctitatis, et nos similia gerere, quia oportet 30 omnino ut offeramus et nos quæ credimus expedire. forsā enim uolens deus amplius eos qui se sunt digni, probare et redarguere noxios, permisit usque adeo aduersarios crescere. erit uero id his qui bene certantur, non ad defectum mentis (quomodo enim fieri hoc potest, dum futuram magis coronam prouideat?), sed potius ad animarum erectionem, eo quod oportunum tempus inuenerint ad sui uirtutes propositi ostendendas 35 et ad eam quam quieti meditabantur fortitudinem, sicut et hi, ut arbitror, aliter quam prius certantur post ea studia.

Deo amicissimo, inquit, secundum ueritatem et sanctissimo patri episcopo Nestorio 208 [120] Lp 250

208 duæ præterea extant uersiones Latinæ, altera in Coll. Palatina 41 [Mar. Merc. ed. Bal. p. 333. 334], altera in Actis Concilii quinti coll. V [L v 506. 507 = M VIII 294]

1 rex cælorum *Lupus* res colorum *M* qua *M* 4 maxima *M* mercede *M* 5 tantummodo, tormentis *Lupus* tormentis tantummodo *M* 8 uersutus *M* 11 causa *M* 12 incongrui *M*
17 pugnis *Lupus* pugna *M* 18 prædicat *M*
19 CCII *M* 20 marai *M* melius *M* 20/21 et gratias *deleui* 25 sincera *M* qua *M*
27 submercamur *M* 34 animarum *Lupus* animam *M* 35 ostendas *M* 36 aliter quam *scripsi* qui aliter *M*
38 CCIII *M*

Theodoretus. Quod habitare in uilla non metuum et obsequii et gloriæ et excelsi
 throni non sim desiderio compeditus, tuam nosse arbitror sanctitatem. nam si et
 M 899 aliud nihil, saltem solitudo ciuitatis, cuius gubernacula sum sortitus, sat est ad docendum
 me hanc philosophiam; præter ipsam siquidem solitudinem et causarum turbas plurimas
 habet, quæ sufficiunt ad abigendum eos quoque qui nimis talibus gaudent. nullus 5
 igitur religiositati tuæ suadat quod ego præsulatus amore oculos claudens, idcirco ut
 ep. 72 orthodoxas susceperim litteras ab Ægypto. dico enim, sicut coram ueritate ipsa,
 frequenter eis perlectis subtiliterque discussis, inueni ab illa eas hæretica amaritudine
 liberatas easque timui ullo modo maculare, dum certe oderim non minus aliis illarum
 patrem sicut totius mundi perturbationis auctorem, et spero non me soluturum pœnas 10
 ob hoc in die iudicii, quia iustus iudex intentionis inspector est. his autem quæ
 contra tuam iniuste et inique facta sunt sanctitatem, nec si ambas manus meas quilibet
 abscidat, patior assentire, procul dubio diuina mihi cooperante gratia et animæ imbe-
 ep. 183 cillitatem roborante, et hoc manifestum feci et illis per litteras qui exigere nitebantur.
 direxi uero et sanctitati tuæ eorum quæ illis respondi, rescripta, ut agnoscas quia diuino 15
 nutu a nullo sumus tempore permutati neque multipedes aut chamæleones ostensi,
 quorum hi quidem petras, illi uero colore folia, quibus adhæserint, imitantur.

Omnem quæ cum tua religiositate est in Christo fraternitatem ego et qui mecum
 sunt, plurimum salutamus.

Lp 251 Ea quæ rescripta sunt, inquit, ad præfatum de ea quæ dicitur Ægyptii pœnitentia 20

209 [121] 1 Vel si ueram quis putet uel si fictam Ægyptii pœnitentiam, mihi circa utraque
 plurimum est odium contra eam. odi enim fictam sicut ypocrisin meretricis honestam
 faciem præferentis, abominor uero eam quæ uera nominatur, ut immaturam simulque
 Mal. 1, 3, 4 circa Esau pœnitentiam, quæ et ualde eum qui correxisse uidetur, accusat, eo quod de
 Ies. 5, 20 pristinis malis quasi de bonis insultet et illa solum dignus sit uoce prophetica: uæ qui 25
 uocant amarum dulce et dulce amarum. at ille et condiciones contra ortho-
 doxos quasi mercedem qua peccantibus ueniam dederit, ita proponit, et dum proposuit,
 celeri est adoratus assensu quasi dominus misericordiæ loquens, qui ab adorantibus se
 tamquam ueniam perceperint, diffamatur, et misit per eos satisfactionis pœnitentiam
 multis lacrimis plenam et ad eos qui ei clementiam donauerunt, ita loquentem: 30
 ep. 72, 3 Quia superuacua omnino et inopportuna ecclesiarum discordia facta est, nunc
 præcipue habeo satisfactum.

M. 900 Quis non ei sicut misericordia digna loquenti misereri queat aut ueniam lugenti
 non præstet? pœne enim genua tangens et pro lacrimis litteris utens, his qui eum
 deposuerant, clamat: »superflua et uana sunt quæ fecistis, et occasione rationabili nuda, 35
 sed ego de uobis subtiliter persuasus fero sententiam.« multum eius qui deliquit

209 cf. uerba Rustici c. Aceph. 249 a: dum Nestorius unitiæ Cyrilli ad Iohannem epistolæ fidem
 clarissime impiam demonstrare festinat, eam Theodoretus constantissime asseuerat orthodoxam et insuper post
 tales ad se Nestorii litteras hoc idem faciendo persistit

1 non metuum] non superet Coll. Pal. non . . delector Conc. quint. οὐχ ἤττω ei] scripsit Theodoretus
 3 solitudo Conc. quint. sollicitudo M 4 sollicitudinem M 6 suadet M 7 susceperint M
 9 illorum M 16 ostensi scripsi ostendi M 17 eorum M calore M 18 paternitatem M
 20 præfatum W. W. Bololo// Christ. Tschlenie 1907, 386 simul agnoscens epistolam a Nestorio esse scriptam
 pphatam M prophetam Lupus 21 CCIII M 23 abominor M 26 edictos M 27 quasi
 Lupus quas M deterit M 28 quasi Lupus quas M 29 perceperit M 32 habeo Baluzæ
 ab eo M 34 utens Lupus uelens M 35 uana Lupus una M 36 persuasus I

obsequium circa eos qui extitere clementes, irrationabiles eos integerrime ac non ambigue appellantis. nunc quippe, inquit, maxime mihi est satisfactum quod uana sint et superflua quæ fecistis. ea enim, ait, quæ mea sunt, sentientes, imperite hactenus
2 faciendo suspicabamini me <a> uobis diuersa sensisse. et pænitiæ quidem ipsius tale proœmium est; post pauca uero istæ sunt cius uoces amplius compunctiuæ pænitis: 5 Lp 252

Chartam nobis, inquit, ille porrexit irreprehensibilem confessionem fidei con- ep. 72, 3
tinentem.

Vide pompam, quæso, uniuscuiusque sermonis, quæ cum diaboli est damnata superbia. »chartam« dixit et ei nec litterarum nomen donare dignatus est, et addidit »nobis porrexit«, et quasi ad iudicandum rogatus extollitur et adiecit »irreprehensibilem 10 confessionem fidei continentem«. tamquam parcens aliquid infamatis, irreprehensibiles eos decernit, et hoc post ista declarans:

Quam chartulam ille, inquit, a te affirmabat esse compositam et ab eis deo ami- ep. 72, 3
cissimis episcopis qui illic sunt.

Quid est aliud quod ait, nisi ac si diceret: »diffidebam quidem dogmatis apud uos 15 esse irreprehensibilem fidem; deposui uero suspicionem quam contra uos habui, eo quod essetis de impietate dogmatum diffamati, iuranti plurimum illi qui mihi chartam optulit, credens et quod non falleret, affirmanti«. quomodo igitur aliquis insultantis quasi
3 ipse magis ignouerit, pertinaciam pænitiæ putet? sed forsitan superbit quidem ut iuste damnatus, ne saluari uideatur, progrediens uero exposuit ueritatem? uidea- 20 mus ergo, si placet, et sequentia litterarum, et prius quidem ad medium deducamus primum bonæ huius circa eos pænitiæ capitulum:

Si de cælo, inquit, et non ex uirgine sanctum corpus dicimus factum saluatoris ep. 72, 7
omnium Christi, quomodo iam dei genetrix intellegitur? quem namque omnino peperit, nisi uerum sit quod Emmanuhel genuerit secundum carnem? 25

Hæ uoces eius et insensatæ et blasphemæ plurimum sunt. insensatæ quidem, quia ut bene dici demonstret carnem non esse de cælo, utitur hac uoce qua dei genetrix nominatur, qui per omnia immurmurat auribus omnium quod <eam id quod> maius est, deceat appellari. si igitur amplius est genetricem dei uocari, quomodo maioris nomen id quod minus est, designet? qualiter uero ille qui eam uocem quæ est Em- 30 manuhel, tamquam diuinitatis quæ ex uirgine nata est, dei uerbi significatiuam accipiens, dum propheticum testimonium profert, et frequenter sursum ac deorsum clamans de M901 Mt. 1, 23 uirgine »genuit secundum carnem Emmanuhel«, nunc humanitatis partus signifi- catiuum suscepit hoc nomen, theotocos nomen **quare Emmanuhelis protulit nomen, ut nomen uerbi tantummodo deitatis partæ de uirgine? si uero Emmanuhelis voca- 35 Lp 253 bulo uerbum, quod partum est, significari dicit, eo quod idem uocabulum prædicet »nobiscum deus«, quare rursus id ipsum ut non deitatis, sed carnis quæ est ex uirgine,
4 significatiuum dicit et proclamat uoces quasdam sibimet ipsis contrarias? et hoc quidem demonstratio est eorum quæ ab ipso sunt dicta, dementiæ; uerum repetens easdem uoces, cerne etiam quanta sit blasphemia: »si« enim »de cælo« inquit, »et non 40 ex uirgine sanctum corpus dicimus factum, quomodo iam dei genetrix intellegitur? quem namque omnino peperit, nisi uerum sit quod Emmanuhel genuerit secundum

1 extitere *Lupus* extinere *M* 2 post inquit scripsit et deleuit uana sin *M* una *M*
4 a add. *Lupus* 16 suspicione *M* 20 uideantur *M* 21 sequentia *Lupus* sequenti *M*
27 demenstret carne *M* hec uoce quia *M* 28 eam id quod addidi 31 exirgine *M*
significatiuum *M* 32 clamas *M* 34 lacunam statui supplendo intellegit? 35 uerbi tantummodo
dupliciter scripsit *M* 38 ipsi *M*

carnem? non perterretur uesanus hominibus prædicans quia dei nomen significatium est genituræ carnalis, ita ut sit carnis genetrix dei genetrix. quod ergo sit nomen diuinitatis illius quæ genita est circa <eum> et quæ est cum genita carne, si dum dei genetrix dicitur, illius est uocabulum partus qui consubstantialis est uirgini? et alterum e duobus: aut deus uerbum significatur, cum dei genetrix dicitur, et hinc absque nomine carnis est partus; aut si dei genetricis nomen constitutum carnis est, circa ipsum ergo idem est carnis genetrix quod dei genetrix. et quomodo ei stabit quod ait: »genuit secundum carnem Emmanuhelem«? nisi forte dixerit quod carnem uirgo peperit secundum carnem. præter hæc uero suaue ducerem requirere et illum quem putet a propheta Emmanuhelem fuisse prædicatum, utrum inseparabile illud dei uerbi templum, in quo nobiscum per opera deus uidebatur, an ipsum proprie uerbum. nam si proprie ipsum uerbum dixit, ab ea quæ est Emmanuhel appellatione illud ** hominem nudum ea quæ illi inde est dignitate, quam nobis quasi parui facientibus se fingit obicere; si uero id ipsum nomen soli proprie uisibili deputat, Emmanuhelem nobis quasi alterum quendam præter dominum Christum ex uirgine diffamat genitum. 15
5 sed hæc quidem nobis hactenus dicta sint; ueniamus uero et ad secundam talis pænitentiae falsitatem:

ep. 72, 8
Phil. 2, 7

E cælo, inquit, descendens deus uerbum exinaniuit semet ipsum, formam serui accipiens, et appellatus est filius hominis, cum id quod erat, maneret, hoc est deus. inconuertibilis enim et immutabilis est secundum naturam, tamquam unus iam intellegendus cum propria carne.

Lp 254

His occulte proprietates naturarum instar fermenti commiscet et cauens quidem unius consuetum sibi naturæ uocabulum, ne signum notum sit blasphemiae, pro <eo> ut diceret »una natura«, interposuit »tamquam unus«. »inconuertibilis enim«, inquit, »et immutabilis est deus uerbum secundum naturam, tamquam unus iam intellegendus cum propria carne«. dicit »unus intellegendus cum propria carne«, et quod unus, non adiecit. nec enim dixit »unus filius« aut »unus Christus« aut »unigenitus« aut aliquid

M 902

tale intellegendus cum propria carne, ne aliam uerbi et aliam carnis intellegamus proprietatem. et euidentiore nolens in his quæ sequuntur, blasphemiam fecit, dicens:

1 Cor. 15, 47

Nominatus est deus uerbum et homo de cælo, perfectus existens in deitate et perfectus idem ipse in humanitate.

Non dicit »perfectus deus existens in homine perfecto«, sed »perfectus existens in deitate, et perfectus iterum idem ipse in humanitate«, ut ipsas naturas tamquam partes ponens inuicem completiuas, bene sonantem naturarum confusionem auribus intromittat. propter quod ab eo et id quod est idem ipse, subponitur ad occulte fallendum. non Christus, non filius idem ipse, sed uerbum »nominatum est«, inquit, »uerbum et homo de cælo, perfectus <existens in deitate et perfectus> idem ipse in humanitate«. idcirco et naturarum nominatim fecit post modicum mentionem, eo quod orthodoxis suaue sit has uoces audire, et post chartulæ escam inducit confusionem, quippe ut qui superuacue naturarum nomine ad suspicionem cauendam est usus erroris. 40
6 quid enim dixit?

1—2 mentiris, non hoc ait *M* in *mg*

22 *Loofs*, *Nestoriana* p. 198, 6. 7

1/2 significatium <i>scripsi</i> significatione <i>M</i>	3 genita est circa eum <i>scripsi</i> unita est circa <i>M</i>
9 require <i>M</i>	12 lacunam statui e. g. supplendo templum diuidit ita ut faciat
13 quam <i>scripsi</i>	
quem <i>M</i>	14 id <i>Lupus</i> ad <i>M</i>
parui <i>scripsi</i> patrum <i>M</i>	15 gentum <i>M</i>
20 immutalis <i>M</i>	
23 eo <i>addidi</i>	27 abiecit <i>M</i>
31 humanitate <i>Lupus</i> unitate <i>M</i>	37 existens — perfectus <i>addidi</i>
39 chartulæ <i>scripsi</i> captule <i>M</i>	40 usus <i>Lupus</i> huius <i>M</i>

Etsi non ignoratur differentia naturarum, ex quibus unionem dicimus ineffabilem ep. 72, 8 factam.

Rursus id quod dixit »ex quibus«, tamquam partes sint inuicem naturæ⁷ dominicæ in unum quiddam factæ, sic addidit. oportebat namque ut diceret non »ex quibus«, sed »quarum dicimus unionem ineffabilem factam«. non enim ex naturis, sed ⁵ 7 ipsarum naturarum ineffabilis est unio. taceo quia et carnis per crucem obitum ep. 72, 9 per propriificationem diuinitatis naturæ deputat et sic diuinam substantiam inducit esse passibilem, et quia uerbi dorsum ad uerba datum fuisse prædicat, et nec hoc Ies. 50, 6 intellegere potest quia iniuriæ ad id quod diuinum est, per propriificationem facta relatio est, non autem passionum, quæ naturaliter carnis sunt, facta est diuinitati proprietas. ¹⁰ et hæc non confunditur dicere qui paulo ante sacras uoces illic dixerat, quæ ita se habent: Lp 255.

Scimus uero deiloquos uiros quasdam quidem uocum communicantes ut super ep. 72, 5 una persona, quasdam uero diuidentes, ut super duabus naturis, et deo quidem dignas secundum diuinitatem Christi, humiles uero secundum humanitatem tradentes.

Et iterum:

15

Confitemur dominum nostrum Iesum Christum filium dei unigenitum, deum perfectum, ante sæcula quidem ex patre genitum secundum deitatem, in ultimis autem diebus ex Maria uirgine secundum humanitatem.

Verum manifestus est quod per necessitatem diuinitus et ineffabiliter sibi ingestam ad ista consenserit, sicut et Balaam nolens benedixit; rursus uero ab ea relaxatus, ad ²⁰ semet ipsum reuertitur et ad consuetam confusionis blasphemiam. nusquam ergo inter uerboitates suas dicere apparet de duabus naturis quod mortua quidem fuerit caro, ⁸ deitas uero resuscitauerit eam. et quid oporteat amplius in gurgite conuersari, qui forsitan nec de his quodcumque dixissem, nisi tua me religiositas per suas litteras excitasset? quid enim mihi commune sit ad discernendum quis uere mendaciterue ²⁵ pænitat, qui apud memet ipsum quiesco et ea quæ ait Daud, cum uoluptate proclamo: quoniam tu, domine, singulariter in spe constituisti me? ego igitur Ps. 4, ¹⁰ semel ea quæ ad me adtinent, deo commendans, impietatis huius uanum laborem derideo, recipere hanc a diuina dextera sustinens ei a me commendatas spes, quæ uoces illas M 903 non audit quæ inde ineffabiliter emittuntur, quia nullus eas rapit de manibus ⁸⁰ Ioh. 10, 28 meis. gratias uero ago deo amicæ misericordiæ tuæ, quæ secundum deum tantum circa nos habet affectum, quem semper narramus et aliis qui culpant forte aliquid ex ignorantie falsitate. absit enim ut tantum apud nos ualere umquam possit obliuio, ut obliuiscamur illa certamina quæ pro recta fide a tua religiositate sunt gesta, quibus et donaturus est utique omnium dominus ex uictoriis aduersus impietatem et hic <et> ³⁵ in futuro coronam. non enim est piorum patronus Christus infirmior a patrono impiorum diabolo.

Omnem quæ tecum est fraternitatem ego et qui mecum sunt, plurimum salutamus.

Domino meo reuerentissimo et deocolentissimo et comministratori Theodoreto ²¹⁰ [122] episcopo Iohannes in domino salutem. Quoniam quæ inter nos olim deo tantum ⁴⁰ Lp 256 mediante placuerunt, per tuam monitionem et existimationem etiam in scripto a nobis dari tuæ sanctitati præparasti, deo amicissime frater, promittens, ut sub testimonio

1—6 Loo/s, Nestoriana p. 197, 22 — 198, 5

2 factum M 5 sed quarum dupliciter scripsit M 6 qui M 9 factam M
17 patrem M 28 derido M 33 falsitatem M 34 obliuiscantur M 35 et add. Lupus
39 CCV M 41 tuam monitionem et existimationem scripsi tua munitione et existimatione M

dei, nulli interim hæc prodenda, nisi forte post hæc tempus exegerit atque necessitas, utile arbitratus sum ut has litteras ad tuam scriberem sanctitatem, unde diuina gratia complacente omnem potestatem tuæ tradidi sanctitati uti fiducialiter machinationibus atque dispensationibus, ut fratres nostros qui a nostra unitione discissi sunt, suorum membrorum coaptatione reungas, ut sciens diuinitati esse complacitum omnibus ad hoc uti modis uniuersisque, prout est possibile, consiliis, ineas causam ita, ut, si ad eos [si] ita oportuerit leniendos seu emolliendos, et hoc fieri mihi nullam ingerat contristationem, sicut confiteor coram deo, dico autem, etiamsi uidear apud illos a tua caritate et contumeliis affici. nam quid tam magnum se putet aliquis sustinere pro tot et talium fratrum salute et pace, quando ipse omnium dominus, unicus filius dei, tantam

Rom. 9, 3 condensationem ultronee ostendit pro nostra salute? cuius et nimium peculiaris discipulus pro suis secundum carnem fratribus anathema esse a carissimo et omnipotente

Exod. 32, 32 optabat magistro; nihilo minus uero et beatus Moyses pro Israhel secundum carnem de uitæ æternæ <libro> deleri proposuit, et certe dum loqueretur omnium deo. hæc

Lp 257 M904 igitur hisque similia sæpius atque indesinenter in mente tua uoluens, deo amicissime frater, confortante te domino Christo, tota <qua> consueuisti diligentia aggredere rem prædictam.

Iohannes misericordia dei episcopus Antiochiæ Syriæ scribi atque subscribi, incolumis orans pro nobis permanens, deo amicissime frater.

Lp 258 Epistula, inquit, Iohannis Antiocheni, quam scripsit Tauro <præfecto prætorio> atque patricio, congaudens quidem ei de ordinatione Procli Constantinopolitani episcopi, rogans uero eum adiuuare se contra obstinatos qui se ab eius communione seiunxerant

211 [123] Litteras magnificentiæ uestræ suscipiens, per quas dignati estis innotescere factum per gratiam dei Constantinopolim præsulatum, hoc gaudium plena uoluntate suscepi propter bona quæ uniuersis ecclesiis Christi ubique futura sunt, quod et magnificentia uestra, dum bona nuntiat, designauit. scitote siquidem, magnificentissimi domini, quod non parua mihi uiri illius experientia sit, sed et quædam multa notitia, et nouerim quam se ad uniuersa accommode habeat. et confidenter dico quia magna deus Constantinopolitanorum donauit ecclesiæ per studium uestrum et curam deo amicissimi principis, qui cum bene uiderit, uelociter quoque deliberata compleuit, ne ulla inuidia bonum iudicium uiolaret. sed sicut effectum est per magnificentiam uestram, sic rogo ut annuatis et de istarum pace partium cogitare. sunt enim pauci quidam effrenati, qui pacem, quam deus donauit et quam pius executus est imperator, propriam duxerint læsionem et præferant non esse sub principe super omne ** quod expedit tam sibi quam cunctis ecclesiis, dum certe omnino sit dignum ut approbent ordinationem domini mei sanctissimi episcopi Procli. non iniuriemur a paucis, quorum inordinabilitas ubique est diffamata et ad deteriora inde proficiunt, quia nunc usque et nos et uos circa eos lenes existimus.

21 Proclus ordinatus est statim post d. 12. m. Apr. 434, cf. Socr. 7, 40

1 exerit M	5 coaptatione M	7 si deleui	liniendos M	emolliendos scripsi amolliendos M
8 sicut ut M	14 uitæ M	libro addidi	15 mentem tuam M	16 qua add. Lupus
19 incolumes M				
20 præfecto prætorio add. Baluze	23 CCVI M	27 non non M	28 accommode Lupus	
ac quomodo M	30 ne Lupus neque M	31 sicut ut M	34 lacunam statui supplendo uigilant.	
35 approbant M	36 iniuriemur Lupus iniuriemur M			

Epistula, inquit, Meletii episcopi ad Maximinum Anazarbi, per quam significauit de Lp 259 M 905
Domitiano quæstore et de sacris quas contra eos impetrauerat Iohannes Antiochenus

Antequam tristia dicam, solutionem eorum tuæ innotesco sanctitati; si uero et 212 [124]
ad illa commemoranda producor, ad eorum confirmationem quæ dicuntur, compellor
id facere, simul et ut ordinem gestorum in mea narratione custodiam. audiuius 5
olim quod multum sategerit Verius, qui pro Iohanne Constantinopolim latitat, et aurum
multum distribuerit aliquibus, ut posset optinere sacram quæ nos cogeret aut com-
municare Iohanni aut exire ab ecclesiis. quod etiam ueraciter contigit. nam
Dometianus, qui nunc quæstor est, scripsit deo amicissimo episcopo Helladio quod
sacram quidem contra nos optinuisset Verius prædicta iubentem, ipse autem benignitate 10
qua circa eum detinetur, hanc interim cohibuerit publicari, necessarium putans, <ut>
antequam publicetur illa et præcepta per eam necessitas ingeratur, ille his quæ ab eo
scripta sunt, acquiescens, absque ulla necessitate reconcilietur Iohanni. ob hoc
enim decanum quoque se direxisse dixit ut reconciliationis inter utrumque futuræ
ministerium. erat uero totum scænica simulatio ad præstandum Iohanni pro auri 15
acceptatione composita. sicut enim nuntiauit nobis qui hic uenit ammirandissimus
iudex, qui et præsens tunc Constantinopolim fuit et unumquodque eorum quæ gesta
sunt, nouit, quippe cuius erat causa, sacra quidem contra nos data est plena; sed per
omnia magnificentissimus Taurus præfectus hoc cognoscens et sicut re uera diuino aliquo
impetu motus, illam quidem publicari non siuit, intrans uero ad principem, futuras 20 Lp 260
ex hoc euersiones obtestatus est urbium et aperte dixit quod qualis est Thracia, talis et
Cilicia erit, quæ pæne sola remansit ad tributa soluenda, si hoc impleri permiserit, et sic
uacare sacram modis omnibus fecit. hinc iam Dometianus, quasi mercedes recepti
restituens præmii, quia aliud quod ageret, non inuenit, decanum Helladio direxit,
iactitans quidem quod ipse retinuerit sacram interim, quæ et, si non parueritis, ut ait, 25
his quæ ab eo scripta sunt, dirigenda est. qui etiam suadet ut absque ulla dilatione
Iohannis amplectamur communionem. quem quia et ad tuam uenturum didicimus
sanctitatem, hæc ei innotescere festinauimus, ut noueris quomodo cum eis agas, deo
amicissime domine meus. direxi uero et rescriptum eorum quæ a Dometiano ad
deum amicissimum episcopum Helladium scripta sunt, et eorum quæ ab eodem deo ami- 30
cissimo episcopo Helladio scripta sunt nobis, ex quibus magis quæ a nobis dicta sunt,
intellegere poteris, et quod uir ipse despiciendus omnino sit, illa ad decipiendum excolens M 906
quæ olim diuino nutu repulsa sunt. quæ etiamsi præualuissent, nullatenus nobis
perhonoranda essent imperatoris præcepta terreni contra cælestis et sempiterni regis.

Epistula, inquit, uel ypomnisticum magnificentissimi quæstoris ad episcopum Tarsi 35 Lp 261
Helladium, hortans eum Antiocheno adiungi

Omnem bonorum affluentiam tuæ sanctitati adesse perfectam integre sciens, non 213 [125]
leuiter affligor, ea quæ nunc aguntur, considerans. amator pacis ecclesiarum et
hanc uotis et opere sanctissimam inconcussamque conseruans quomodo eam nuper
minime amplectatur, mihi ualde mirabile uidetur. sed etsi quis concedat quod unus 40
homo his quæ iusta sunt, non fruatur et pro meliore utilitate multorum quod uni est

3 tristitia M 4 illam M confirmatione M dicantur M 7 sacram M 10 sacram M
ipsa M 11 ut addidi, 12 ante ille Lupus 16 acceptionem M 19 magnificissimus M
20 impetum M illa M 22 sicut M 24 agere M Helladio Baluze iohi M 27 tuum M
34 celesti M
35 CCVIII M 38 amatorē M 39 scissima M

utile, omittatur, tolerabilis est huiusmodi compensatio; quando autem nec ille nocetur qui noceri se putat, immo e diuerso ipse aliis nocet, quomodo non quod multis est utile, sanctitas tua consuete lucratur? scit enim sanctitas tua quod, bene de aliis dicens, in ipso quod est principale, commisit, et sibimet ipsi reputare debet quod a potestate deiectus est. et hæc melius a me nouit sanctitas tua. rogo igitur ne, ut dixi, 5 multipliciter noceamus confusionem quidem multitudini inferentes et ciuitatibus in-disciplinationem et inoptandorum multis pessimorum prouisoires efficiamur, ut accelers continuo cum deo amicissimo et sanctissimo Iohanne episcopo inire colloquium et ut amplecti tua sanctitas eius pacem communionemque festinet una cum ceteris episcopis primæ ac secundæ prouinciæ Cilicum. sciat enim diuina uirtus <tua> quod decretum 10 diuinum completum subscriptumque et iam promulgandum huius rei gratia interim retinui, quod spem suauem mihi ipsi dictauerim quod meis hortatibus, quin potius ipsi ueritati tua sanctitas acquiescat et corrigat quæ contristant. quæso igitur religiosi-
Lp 262 tatem tuam ut celeriter id fieri iubeas, ne dum diuinæ litteræ editæ fuerint, correctio desperetur. et quidem certum est quod in nullo noceatur sanctitas tua, quæ nunc 15 potius ualde nocetur eo quod utilitates multorum proprias reputet et similiter plurimorum suas faciat læsiones. sed et diuinitas solet ab illis exigere rationes quibus corrigenda commisit.

Lp 263 M907 Epistula, inquit, Iohannis episcopi Antiocheni ad deo amicissimum episcopum Alexandrum, per quam indicauit quod præceperit imperator ut nullus Orientalium epi- 20 scoporum Constantinopolim proficisceretur

214 [126] Placuit piissimo et amico Christi imperatori nostro præcipere ut nullus deo amicissimorum episcoporum nunc ad eius comitatum fatigetur, sed unusquisque in sua persistat <ecclesia>. hæc nota per me fieri uestre religiositati prospexit. quia igitur nec iustum nec absque periculo esse arbitramur quæ nuper nobis præcepta sunt, 25 reticere, manifestamus uobis oportere omnes his parere præceptis et unumquemque quiescere fouentem ecclesiam suam, quia sanctum est pio imperatori et amico Christi indubitabiliter obœdire. dignare igitur hæc eadem nota facere his qui sub tua religiositate sunt deo amicissimis episcopis. causam uero post paululum cognoscet religiositas tua. 30

Omnem quæ tecum est fraternitatem plurimum saluta.

Lp 264 Epistula, inquit, Alexandri episcopi in personam magistriani qui præfatas attulerat litteras

215 [127] Epistulam mihi reddebat ammirabilitas tua Antiocheni, quam non suscepi propter aliquas ecclesiasticas quæstiones. lecta uero mihi est a bonitate tua, et ut hoc possis 35 ostendere, hanc epistulam feci ad tuam nobilitatem, declarans quod in his quæ præcepta sunt a piissimo et amico Christi imperatore nostro, permaneo, ut nec fatiger nunc ad eius pium comitatum et in mea ecclesia persistam, orationes faciens pro eius imperio. notarius uero qui mecum est, accepit eius exemplar.

4 reputaret M	5 deiectus Baluze deiectus M detectus Lupus	6 multitudine M	6/7 in-
disciplinatione M	10 tua addidi		
22 CCIX M	24 ecclesia add. Lupus	prospexit Lupus perspexit M	25 iusta M
27 fouente M	28 indubitabiter M	31 fraternitate M	
34 CCX M	36 tua M	39 accipite M	

Irinæus ait: Et hæc epistula Theodoretī ad Meletium Neocæsariæ de his quæ Iohannes Lp 265
in eis diuersis uicibus inique commisit

Memor sum eorum quæ mihi locuta est in Hierapoli religiositas tua, quando mihi 216 [128]
Antiocheni intentionem nuntiasti dicentis, quod pacem desideraret, nihil umquam quod
nos contristaret, se esse facturum. uide igitur, deo amicissime, sacramentorum 5 M 908
ueritatem, uide uineæ Nabuthæ direptionem et iniustas et contra legem ordinationes; 3 Reg. 21
uide transgressionem canonum et diuinarum legum despectum. quæ ei concedit
regula ut in aliena parocchia consecret? immo quæ non hanc iniustitiam uetat?
non ei suffecit illicite ordinare, sed et adiecit alteram impietatem, ut talibus uiris com-
mitteret sacerdotium. et Marinianum deoamabilitas tua plus omnibus nouit et de 10
Athanasio clare audis. unde cognoscat religiositas tua quod a communione talia
præsumentis nos ipsos abscidimus, timentes iudicium dei; similiter uero et eorum qui
has consecrationes iniquas suscipiunt, communionem uitamus. hæc uero in præsentī
scribere sum coactus, memor quæ tuæ sit caritas sanctitatis, et uolens ut in omnibus
eminens, nec ulla reprehensione maculeris. 15

Omnem quæ tecum est fraternitatem ego et qui mecum sunt, salutamus.

Idem Irinæus inquit:

Lp 266

1 Per omnia deo amicissimis et sanctissimis episcopis Syriæ et Ciliciæ primæ ac 217 [129]
secundæ et secundæ Cappadociæ Alexander Theodoretus Heliadis Abbibus Maras Dauid
Acylinus in domino gaudere. Propheta quidem Ieremias unius ciuitatis incendium 20 Ier. 9, 1, 2
et hominum captiuitatem lugens, fontem petebat lacrimarum, solitudinis ultimum
requirebat et lamentationes conscripsit, ut angustiam qua intus urebatur, efferret per
lamentationum quasi per fumi euaporationem; nos uero ecclesiæ dei oppugnationem
sanctorumque altarium prodicionem ac sacerdotii corruptionem lugentes, uos, o com-
pastores, ad lamentationum participationem uocamus, non ut ignorantes doceamus 25
neque ut lætos perducamus ad luctum, sed ut luctus communione uel parua quædam
2 consoatio acquiratur. nouit enim sanctitas uestra quæ inique atque illicite uel
sint facta uel fiant, illam quæ præter omnium episcoporum Orientalium uoluntatem
ad Alexandriam est directa, legationem, illam quæ tyrannice ac non ecclesiastice ab
eo facta est damnationis, ut putauit, solutionem. dum paulo minus ducenti in 30
Ægyptii damnatione consenserint, duos aut tres in communionem tyrannidis assumens
et omnes alios respuens, hunc quidem, sicut suspicatus est, soluit, illum uero qui neque
iudicatus est neque præter apostolicam doctrinam quodcumque prædicat, sed uestigia M 909
paterna secutus est, id est deo amicissimum et sanctissimum episcopum Nestorium,
crudeliter et latrocinialiter interemit, non accipiens in mentem oculum cuncta cernentem, 35
non futurum iudicium metuens, non continuis conscientiæ sagittis artatus, non hominibus Lp 267
miseratus, quos uulnerant ista <scripta et> non scripta pro illo uiro testimonia quæ
ubique transmisit, ante paululum quidem quam synodus fieret, Galatas et Cappadoces
suadens quod ille uir esset orthodoxus, in synodo autem ubique terra marique epistulas
dirigens, et accusans impietatem iniquitatemque commissam. omnibus his exclusis, 40
non solum iniquam et iniustam damnationem suscepit, sed anathematizauit doctrinam

3 CCXI M	quado M	4 dicentis scripsi dicens M	8 alienam paruocchiam M
9 altera M			
18 CXII M	19 abbidu M	marus M	21 captiuitate M
24 altarium scripsi alterum M	lugentes Lupus legentes M	28 sunt M	23 et uaporationem M
uoluntate M	32 malim suspicatum	35 olulum M	37 scripta et addidi
			40 exclusi M

8 eius orthodoxam. uerumtamen et his gestis, silentium nunc usque tenuimus, aliquam
 mutationem horum tristium sustinentes et ecclesiæ tranquillitatem uidere cupientes,
 dum certe pæne per singulos dies plurimis, immo cunctis murmurantibus audiamus
 Mt. 10, 2 quod potestas sacerdotii, quæ diuinum munus est, facta uenalis sit et qui gratis accepe-
 Thren. 4, 2 runt et gratis dare præcepti sunt, quæ diuina sunt, pecuniis uendunt et filii Sion 5
 pretiosi, dum per solem fulgere debuerint, ut uasa testea facti sunt opera
 manuum figuli. quod uero est deterius omnium pessimorum, dum contra leges
 ordinet, ipsam iniquitatem nec celare contentus, diuinis rebus insultat et pompam de
 sanctis mysteriis ducit, mox post ipsas ordinationes de ordinatorum uita triumphans
 et talia dicens quæ etiam his qui sæculariter uiuunt, curam tamen adhibent castitati, 10
 abominanda et execrabilia sunt, nedum dixerim illis uiris quorum castitatem sancti-
 4 tatemque docere propositi est. unde iam taciturnitatem putantes non impune con-
 stare, ab eius quidem communione separauimus nosmet ipsos, futurum iudicium me-
 tuentes; uos autem, qui præsidetis ecclesiis et estis ouium domini boni pastores, rogamus
 ut oues domini uindicetis, quæ tam nimie corrumpuntur et tanta pestilentia deuastantur, 15
 et non despiciatis, dum conculcentur apostolicæ leges et uiolentur patrum decreta, sed
 1 Cor. 5, 11 rememoremini doctrinam beati Pauli. Corinthiis enim scribens ait: si quis fra-
 trum nominatur aut fornicator aut auarus aut idolis seruiens aut con-
 tumax aut ebriosus aut rapax, cum huiusmodi nec cibum sumere. in
 præsentem autem non una species præfatorum, sed omnis simul malorum cuneus per 20
 hunc se ingressus ecclesiis. unde oportet sanctitatem uestram, quæ illud terribile
 Lp 268 iudicium nouit, non despiciere ecclesias dei, quæ in tanta sunt tempestate et periclitantur
 commune sustinere naufragium, sed uindicare tota uirtute et impetus uoluminum frangere
 M 910 et crescentem nequitiam sistere, quæ et uniuersos desiderat optinere et pestilentia sui
 omnia certatur implere.

25

5 Ego uero Alexander, qui uestram sanctitatem saluto, ultra annum iam, sicut
 nostis, habeo quod post aduentum Pauli memet ipsum ab Antiocheni communione
 seiunxi.

Religiositatem uestram et eos qui cum ea sunt, nos et qui nobiscum sunt, plurimum
 salutamus.

30

218 [130]
 Lp 269}

Domino, inquit, meo per omnia deo amicissimo patri atque sanctissimo episcopo
 Alexandro Theodoreto Heliadi Abbibo Maræ Daudi Acylino Helladius Matronianus
 Cyrillus Zenobius in domino gaudere. Dolenda et intolerabilia quidem quæ a uestra
 nobis nuper scripta sunt sanctitate, o religiosissimi, non autem noua nec aliena a con-
 fusione præsentium temporum et ab his quæ ex illo præsumpta sunt tempore quo uel 35
 in Epheso uel post hæc inconuenienter ac pessime in canonum contumeliam gesta sunt.
 quæ per ordinem recordati et ingemescentes a profundo, tractauimus apud nos ** com-
 munem deo amicissimorum episcoporum synodum congregare ac litteras synodicas
 d. 15. m. Apr. uestræ deoamabilitati <dirigere> non fuit, prohibentibus, ut uidetis, diebus eo quod
 434 paschæ festiuitas instet, nos qui in metropoli sumus inuenti et deo fauente unam senten- 40
 tiam nouimus esse cunctorum, sicut ex persona communi, hoc tantum uestræ deo-

1 aliquem M	2 tristitium sustinente M	3 adiamus M	4 grā M	5 pcepti M
6 præ sole Lupus	uas M	8 ipsa M	10 etiam Lupus exi M	adhibens M
taciturnitate M	20 sed omnis dupliciter scriptum M			12 docerem M
31 CCXIII M	32 helladi M	acillino M	35 tempore que M	37 lacunam statui
supplendo e. g. quoniam uero	39 deo amabilitatem M	dirigere addidi	41 urō M	

amabilitati rescribimus quia oportet ad cunctorum dominum deprecandum nos feruentius erigi, quia nec est possibile, sicut ipsi quoque fatemini, deo amicissimi, aliunde opperiri tantorum aliamque malorum solutionem. licet enim propter nostrorum multitudinem peccatorum deteriora firmentur et augeatur apud eos qui sic uolunt, contumelia regularum, sed, si uoluerit deus, sola uoluntate placabit multiplicem et importabilem diabolarum magnitudinem tempestatum. et hæc scribimus, non quasi sanctitas uestra monitis nostris indigeat, sed quia de nimia difficultate temporum desperamus et quod tanta et talia quæ audiuius mala fieri permittantur, quæ tamen deus suæ benignitatis Lp 270 more potens est amouere et præstare suis ecclesiis celerem pacem.

Orate pro nobis, deo amicissimi, et omnem quæ uobiscum est fraternitatem ex 10 nobis et ex eis qui nobiscum sunt, plurimum salutate.

Dominis, inquit, meis et per omnia deo amicissimis et sanctissimis episcopis Alexandro Theodoreto Heliadi Abbibo Maræ Daudi Acylino Hermogenes Meletius Hesychius Heliodorus in domino gaudere. Nos quidem ex quo iniquitates commissæ sunt contra sanctarum dei ecclesiarum decreta, ex tunc lugemus et sumus in multo dolore; nunc 15 autem sanctitatis uestræ suscipientes epistolam et quæ sunt facta, noscentes, alterius tristitiæ augmenta suscepimus, cogitantes quod per omnia ecclesiastica decreta calcentur. oportebat uero et sanctitatem uestram, quia id quod <regula> docet, omittunt et super peccata sua maiores adinueniunt iniustitias, per singulos fere dies esse attentos in causa et celerrime ordinare et non protrahere tempus, ut illis noscentes ** faciant quæ fecerunt. 20 de communione enim arbitramur meminisse sanctitatem uestram quia rescribimus religiositati uestræ et anno præterito, indicantes uobis hoc ipsum quod nos separassemus ep. 201 ab eis ** usque adeo ut non quiescant per singulos dies in quibus possint debellare nos. sed qui pugnat pro iniustitiis patientibus deus, ipse per orationes uestras quod expedit sanctis eius ecclesiis, celere faciat et det nobis de reliquo a malis requiescere. et nunc 25 uero id ipsum rescribimus, acquiescentes eis quæ uestræ uisa sunt sanctitati.

Religiositatem uestram et eos qui cum ea sunt, nos et qui nobiscum sunt, plurimum salutamus.

Epistula, inquit, Alexandri episcopi Apamiæ ad deo amicissimum Alexandrum episcopum, quam rescripsit rogans ut ubi ubi possibile est, conuenirent ad deliberanda 30 de his quæ geruntur, quid fieri oporteret

Volebam tuæ colloqui sanctitati et de his quæ aguntur, conferre, quod non nunc 220 [132] primum deliberare cœpi, sed olim et diuersis impedimentis reuocatus sum, aliquando quidem ab instante corporali infirmitate, cuius adhuc et reliquias fero, nonnumquam uero ex causis quæ nos coartant. quia igitur nec me illuc modo nec tuam sanctitatem 35 huc sanctus dies uenire permittit, dignare in itineris medio in aliquo monasterio aut d. 15. m. Apr. uico, ut tibi placuerit, fatigari et colloqui nobis. hoc enim et mihi et tuæ expedit 434 sanctitati. et sicut coram domino dico, nisi præsens sanctus dies officeret, non me illic uenire pigeret. si igitur hoc fieri approbas, dignare innotescere mihi et ubi et quando aderis, ut eadem die concurramus. 40

2 adeo M 3 aliumque M 5 multiblicem M 9 celere M
12 CCXIII M 13 helladi M abibo M mareæ M melitius M 16 sci-
pientes M 18 ura M regula addidi 20 lacunam statui e. g. supplendo per hoc occasionem dari ut
23 lacunam statui e. g. supplendo propter quod irati sunt nobis
29 adeo M 30 ubi ubi ubi M 32 CCXV M 33 primum scripsi prius M 37 tua M

Lp 273 M912 Epistula, inquit, Theodoreti episcopi ad magnificentissimum magistrum militum scripta de his

221 [133] 1 Quanticumque diuinæ agnitionis lumine digni facti sumus et illius radii nitorem suscepimus, credimus et esse deum et humana intendere et sapienter omnem gubernare creaturam, quippe quam produxit et cui esse donauit. cernens igitur atque con- 5 spiciens eam utique bonis gaudet operibus, iniquitatem uero et alia malignitatis studia respuit. dum uero abominetur ista et illa recipiat, omnino utique iustas retributiones metitur operariis horum et neque dignitatem neque diuitias neque potentatum neque aliquid horum quæ in hac uita præclara sunt, iudicat computanda, sed mentis fructus et cogitationum partus et rerum discutit actiones; eos autem quibus maiores dispen- 10 Sap. Sal. 6, 6 sationes commisit, maiores exigit ultiones. inquit enim scriptura diuina: potentes Lc. 12, 48 potenter tormenta patientur et cui multum est datum, multum ab eo Hebr. 4, 13 et exigent et omnia nuda et aperta sunt coram eo et omnes adstabimus 2 Cor. 5, 10 tribunali Christi, ut recipiat unusquisque per corpus qualia egit, seu Ps. 61, 13 bonum siue malum et beatus Daud clamat ad deum quia tu reddes singulis 15 2 secundum opera eorum. quia ergo hanc habes, optime, fidem et in terminis ac legibus scripturæ diuinitus inspiratæ permanere desideras et magnam illam terribilem desiderabilemque saluatoris nostri præsentiam sustines, in qua retributiones quisque secundum uitam suam conuersationemque recipiet, noli, oro, deceptoribus credere Iob 12, 11. 12 nec facilem præbeas aurem temptantibus fallere, sed fortissimo Iob crede dicenti quia 20 auris uerba diiudicat, guttur autem cibos degustat, in multo uero tempore sapientia inuenitur et in longa uita disciplina, et ab eis qui nos Lp 274 calumniari et accusare pertemptant, exige ultionem, si umquam in uico ecclesiastico agrestium multitudinem congregantes armauimus, si operariis curatoribus præcepimus reditus non præstare præpositis, si aliquid eorum quæ ad cos pertinent, retinuimus, 25 dum certe multa milia iniustitiarum nobis ab eis irrogata ferremus. grandem siquidem contra nos multitudinem congregantes, incendere minabantur sanctorum bonorumque uictorum et athletarum Christi Cosmæ et Damiani basilicam et quod minabantur, forsan 3 opere perpetrassent, nisi occursum nostrum reuerita multitudo fugisset. expetat ab eis ultionem magnificentia tua pro impietate commissa in sanctissimum Abbibum 30 episcopum, quem ** nobis, eiecerunt semiuiuum, nec uitæ finem in lectulo eum suscipere permittentes. qui nec libellos refutatorios dedit neque delirus est factus et perdidit intellectum, sicut mentiuntur, se excusare temptantes. et cognoscet hoc magni- M 913 ficentia tua ex litteris quæ ad nos ab eo sunt scriptæ, cuius uestræ magnitudini paria destinaui, ut ex eis agnoscat is impietatis quæ in illo præsumpta est, magnitudinem. 35 non nequiquam, o optime, a communione eorum nos ipsos abscidimus, sed iusti iudicis iudicium formidantes. scimus namque suptiliter Athanasii uitam. deprehensus est enim et apud nos in xeneona turpiter uiuens, et uiuunt adhuc ex eis qui eum detexerunt, multi et testimonio digni. sed et in regia urbe multos habet qui conspexerunt eius illecebras, præfectianos, magistrianos et publicos ciuitatis, quorum testimonia in 40 scripto nobis Chalcedone oblata et nos legimus et qui eum consecrauit illicite. de Mariniano enim dicere superfluum puto, qui omnibus fere Antiochiæ habitatoribus Can. Nic. 4 Ant. 19 paruo tempore factus est notus. multi sunt canones qui præcipiunt non debere episcopum consecrari neque absque metropolitano suo neque sine decreto suæ regionis

3 CCXVI M 6 studium M 12 patienter M 16 in terminis *Lupus* interrimis M
 19 recipiet *Lupus* respiciet M 29 expetat *Lupus* expec M' 31 lacunam statui e. g. supplendo quia
 separari noluit a scipere M 38/39 detexent M 42 mariano M

episcoporum, sed ut aut cunctis præsentibus ordinatio celebretur aut illis solis absentibus qui uel propter infirmitatem uel propter alias necessarias occupationes afuerint et per scripta consentiunt, ut Christi gregum pastores cum concordia consecrentur ac pace; si quis uero his omissis fuerit ordinatus, huiusmodi ordinationem infirmam reprobamque Lp 275 esse dixerunt. contra legem uero agentes et in alia prouincia ordinantes et ipsos Can. Ant. 13
4 canones deponi præcipiunt. hæ nos leges ab illis transgressæ ab iniquitatis auctorum 6
communione recedere compulerunt. non enim discordiæ et rixæ seruimus, sicut tua suspicata est magnitudo, nec perturbationibus delectamur et turbis, sed omnia eligimus pati quam calcari ecclesiasticas sanctiones. idcirco illum alium Abessalon contra patrem retinuimus oblatrantem atque ab eo accepimus iuramentum quod Dolichiensium 10 non inuaderet ciuitatem, adhuc illo superstite qui eum presbyterum dispensatoremque constituit commisitque ei sacras pecunias, et continuo dimisimus eum. qui iurans decem milibus sacramentis, non per scripta solum, sed etiam sine scriptis sub testium præsentia plurimorum moxque impietatem tantam despiciens et nec patris senectam miseratus nec communionem mensæ formidans nec naturam reueritus, tamquam tyrannus 15 Dolichium comprehendit. propter hæc aduersum nos pugna surrexit et nos et illam equorum phalangem cum uoluptate suscepimus et uituperationem quæ in tuis præceptis est posita, memores domini legum qui dixit: beati estis cum exprobrauerint Mt. 5, 11. 12 uos et persecuti uos fuerint et dixerint omne uerbum malum contra uos mentientes propter me. gaudete et exultate, quoniam merces 20 uestra multa est in cælo. et iterum: si mundus uos odit, inquit, scitote Ioh. 15, 18. 19 quia et me priorem uobis odio habuit. si de mundo ** sed ego elegi uos, ideo odit uos mundus. sed et beatus Paulus consolatur nos dicens: omnes 2 Tim. 3, 12. 13 qui uolunt pie uiuere in Christo Iesu, persecutionem patientur. mali autem homines et seductores proficient in peius, errantes et in errorem 25 M 914 mittentes. et propter hæc quidem delectamur, dum contumeliam uel irrisiones patimur et tam fortiter ac pessime impugnamur; dum uero recordamur quia uir pius, fide ornatus, habens caritatis maximam curam, resurrectionem iudiciumque expectans et iustam retributionem sustinens, nequiquam contra nos tale iter assumpsit et publice in nos proposuit contumelias et deo amicissimos circitores iniuste trahi præcepit, dolemus 30 animo et magnis tribulationibus uulneramur. ait enim magnus Dauid: si inimicus Lp 276 Ps. 54, 13 meus exprobrasset mihi, supportarem utique, et si is qui odit me, super me magna locutus fuisset, absconderem me utique ab eo. unde iniuriam quidem fortiter sustinemus et domino supplicamus ueniam dare peccatis (didicimus namque a diuinissimo Paulo dicere: iniuriam sustinentes benedicimus; dum 35 1 Cor. 4, 12. 13 persecutionem patimur, toleramus; dum maledicimur, supplicamus. sicut purgamenta mundi facti sumus, omnium peripsima usque nunc), rogamus uero magnificentiam uestram non facile credere his quæ dicuntur, nec abrupte aduersum nos accusationes excipere, sed suptiliter quærere ueritatem. sic enim et placabis omnium dominum et fructus gloriæ carpes apud homines uni- 40 uersos.

2 infirmitate M nessarias M affuerint M 3 grecum M 5 allia M 7 et
rixæ] erixe M 9 abssalon M 10 accipimus M 11 inuadere M 13 docem M
15 mensæ Lupus mens M ne M 16 et nos Lupus ut nos M 17 quæ in tuis scripsi qua
ei nauis M 22 desunt ἤτε, ὁ κόσμος ἂν τὸ ἴδιον ἐφίλει· ὅτι δὲ ἐκ τοῦ κόσμου οὐκ ἐστὶ
28 hanens M 29 nec quicquam M 30 amicissimo M circitores = περιουεὺς ꝑꝑicit M
32 exprobrasset M his M 35 iniuria M 39 abrupte M

Lp 277 Libellus reuerentissimis et deo amicissimis episcopis Alexandro Theodoreto Maræ Daudi
Acyli ab Abbibo episcopo Dolichis, per quem indicauit quæ ab Antiocheno inique
commissa sunt

222 [134] Peruenit ad me quod apertam contra sacerdotii culmen tyrannidem et suam coram
cunctis metuentes infamiam qui me ab urbe mea pepulerunt, opinionem falsam ubique 5
seminauerint quod non prius in Dolichen episcopum fecerunt quam refutatorios a me
libellos acciperent. innotesco igitur uobis, per orationes uestras iurans, quia neque
libellos refutatorios Antiocheno direxi neque umquam uolens ab hoc episcopatu recedam
et uiolenter expulsus silere non patiar. sed uestra incolumi sanctitate et pro me
suis orationibus concertante, non me pigebit, ut spero, nec subire itineris longitudinem 10
nec ad plurium concurrere episcoporum concilium. talia enim sustinui pacis tempore
qualia nullus, dum contra pietatem facere cogeretur, sustinuisse monstratur. nullum
Ps. 140, 4 igitur locum apud uestram religiositatem illorum falsitas habeat qui excusant excusa-
tiones in peccatis et nunc quidem dicunt quia me defuncto ad alterius <electionem>
ordinationemque perducti sint, nunc autem quod a me eis fuerint dati libelli per quos 15
episcopatus repudiauerim curam.

Lp. 278
M 915 Idem, epistula, inquit, deo amicissimi episcopi Alexandri Theodoreti Abbibi Heliadis
Maræ Daudis Acyli Euphratesiæ prouinciæ episcoporum ad Augustas, quam
scripserunt innotescentes quæ ab Antiocheno diuersis uicibus in eos commissæ sunt

223 [135] Deus pietate ornauit imperium uestrum, unde et diutissime permansit ac per- 20
manebit; ipse enim uos protegit et hoc sæpius per ipsas res docuit imperium uestrum.
defendite igitur et uos, o amicæ Christi, eius quæ oppugnatur ecclesiam, non quod indigeat
manus humanæ solacio, sed ut uobis ipsis insenescibiles et æternas procuretis coronas.
quæ autem sit pugna, hoc in breui edocebimus. uenimus ad Efesum pridem propter
eas quæ natæ sunt ecclesiasticas quæstiones, sed nec iudicio facto nec inquisitione nec 25
conflictu neque colloquio quidam quidem deposuerunt sanctissimum episcopum Nesto-
rium, quidam uero contradixerunt depositioni, iniustam eam iniquamque dicentes,
quorum fuit unus et Antiochensium præsul, sicut et uestra pietas nouit. et multa
quidem certamina pro eo fecit Ephesi ac plurima Chalcedone in consistorio et coram
piissimo et amico Christi imperatore nostro, orthodoxum nominans eundem uirum et 30
ipsam depositionem de iniquitate siue <iniustitia> accusans; sed postquam rediit inde,
et deiectionem suscepit et anathematizauit dogma ueritatis. adiecit uero his et alteram
iniquitatem his quoque peiorem. eos enim qui communicare sibi in hoc homicidio
et impietate noluerunt, e diuerso impugnat, unde et contra nostram prouinciam oblatrauit
et contra sanctorum patrum regulas duos episcopos ordinauit, abominabiles uiros atque 35
Lp 279 peruersos et totius operadores lasciuiæ. peruasit uero et martyrium sancti et boni
uictoris Sergii martyris, quod sub Hierapolitana erat ecclesia, et nouiter illic contra
morem ordinauit episcopum, cuius nec latet iniquitas, sed omnibus nota est. ob hoc
compulsi sumus deo amicissimos clericos ac monachos destinare cum præsentibus litteris,
per quas uestram quæsumus pietatem ne despiciatis ecclesias dei, sed edoceatis de his 40

2 Dolichis = Δολίχης	iudicauit M	4 CCXVII M	apertum M	6 dolichē
8 episcopatum M	9 expusus M	incolomus scitatem M	11 plurium <i>Lupus</i> plurimum	
13 ura M	14 electionem <i>addidi</i>	15 me eis <i>scripsi</i> meis M		
17 helladis M	18 maree M	19 uicibus <i>Lupus</i> ciuibus M	20 CCXVIII M	ornauit
<i>Lupus</i> orauit M	21 sæpius <i>Lupus</i> sepius M	25 inquisitione M	26 confrietu M	29 hac M
31 siue iniustitia <i>scripsi</i> siu M	34 nra M	35 duo M	37 martiriis M	

quæ contra nos fiunt iniquitatibus piissimum et amicum Christi principem nostrum, suadatis uero ut iubeat eius imperium iniquas ordinationes uacare, episcopos uero nostræ prouinciæ secundum sanctorum beatorumque patrum regulas ordinationes celebrare, basilicam uero sancti et boni uictoris Sergii martyris secundum pristinum morem sub ecclesia huius esse metropolis, ad quam et magnum id ipsum templum fabricatum est 5 et illi altissimi muri et alia intra eandem munitionem ædificia. decet enim pietatem uestram et hanc iniquitatem remouere et sanctorum beatissimorumque patrum regulas roborare, quorum orationibus uestrum munitur imperium.

Epistula Alexandri episcopi respondentis super his Iohanni archiepiscopo

Lp 280 Mg 16

- 1 Sapientissimo Salomone determinante per diuinam gratiam contraria tempora 224 [136] et dicente tempus flendi et tempus ridendi, arbitror tempus præsens non in- 11 Eccl. 3, 4 fantilis ludi, sed lacrimarum et gemituum et multorum luctuum esse. quis enim non lamentetur legens impii Cyrilli capitula et reliqua illa conscripta quæ conueniunt eis, et hanc quam nunc ad dominum meum sanctissimum et deo amicissimum episcopum ep. 145 Acacium scripsit epistulam, cuius proæmium sic se quodammodo habet »Decentem 15 se etiam nunc, inquit, curam suscepit sanctitas tua«, uidens cum omni instantia et fortitudine hæc ipsa ubique confitentem tam in proæmiis quam in finalibus, per quæ et primo- Col. 1, 18 genitum ex mortuis factum fuisse deum uerbum et reuiuiscere deum uerbum et conuentum naturalem et secundum subsistentiam unitiorem sustinere et in unam naturam redactum euentissime prædicauit. et pro his decertatur tamquam pie se atque 20 orthodoxe habeant et diuinis scripturis consona sint, ita ut nec umquam proicere hæc assumat, tamquam diuinis quidem scripturis consona, euerentia uero impia et polluta circa ipsum Nestorii dogmata, nec umquam nos aliter in communionem uel a se esse recipiendos uel ab eis qui ei eadem sapiunt, excommunicationem fore soluendam, nisi et Nestorium condemnauerimus et blasphema, sicut ipse dicit, et impia eius dogmata 25 p. 96, 19. 20
- 2 anathematizauerimus, <post> quæ in medio epistolæ pollutas suas uocum nouitates et obiectiones falsi nominis scientiæ et tortuositates ostentans cogitationum suarum, scripsit ita »quia inconuertibilis«, inquit, »et immutabilis et omnis passionis insuscepti- p. 96, 30—33 bilis <est dei sermo>; impassibile est enim quod diuinum est, et conuersionis obum- Lp 281 brationem minime suffert« et reliqua. his uero adiecit quia omnis passionis insus- 30 p. 96, 32. 35. 36 ceptibilis est secundum propriam naturam, et superinduxit quia passus est Christus et dominus et unigenitus filius dei carne. quæ dicens, aut cum occultatione delusit te * * magis hoc; ab omnibus enim subtilius sanctitas tua <nouit> eius impia dogmata, <propter> quod et per multas direxit prouincias <epistulas>, antequam proficisceremur ad Ephesum, Cappadociam et Galatiam et omnem Orientem et omnem contra ipsa mouit, quicumque 35 conscribere potest. sed et post reditum ab Epheso per epistulam scribens sanctitas tua ea quæ in Ephesum facta sunt, ammirandissimo et magnificentissimo Appiniano

224 Epistula quæ respondet epistolæ Iohannis 165 et cui ille rescripsit ep. 166, nescio per quem casum in hunc locum delata est

2 iniquitas M	3 batorumque M	4 basilica M	5 atquam M	8 roboare M
14 bac M	15 docentem M	17 confitentem scripsi utentem M	20 decertur M	
22 euerentia M	24 excommunicatione M	26 post quæ scripsi qua M	suas Lupus eius M	
29 est — sermo add. Lupus	32 occultatione scripsi cultione M	te scripsi c M	lacunam	
propter addidi	34 prouincias epistulas scripsi prouincia M	35 capadociam M	am M	

duci Mesopotamiæ, integerrime abominabilem capitulorum conscriptorumque illius
 exposuit hæresim. si igitur, sicut sanctissimo episcopo Acacio orthodoxa esse uisa
 ep. 145 est epistula, sic etiam tuæ sanctitati, superfluam arbitror fatigationem domini mei deo
 ep. 145 amicissimi episcopi Pauli ad Ægyptium. tuæ enim sanctitatis epistulam et Cyrilli
 M 917 ad sanctissimum episcopum Acacium perlegens, cum pariter essent nobiscum et deo 5
 amicissimi episcopi et multi reuerentissimi clerici et eorum qui nostræ sunt ciuitatis,
 et eorum qui de prouinciis sunt, aliorumque multorum, nihil inueni neque ego neque
 3 qui erant præsentēs, consonans quodcumque uel simile. ut uero cognoscat sanctitas
 tua quia impius non nunc his decipulis utitur, direxi primi anathematismi eius inter-
 pretationem, ubi <circa> impium Apollinarium fidem patrum exponit, utens ad seduc- 10
 PG 76, 297 tionem dictis his quia »neque fermentatio neque retemperatio neque refusio substantiæ
 Hebr. 2, 16 eius ad carnem facta est«, posuit uero in ipsa interpretatione quia »et semen Abraham
 adprehendit et similiter nobis participatus est sanguine et carne«, et mox sceleratus et
 impius adicit: »genitus est enim ex sancta uirgine secundum carnem et homo apparuit
 secundum nos«. et possibile est ei qui cum timore dei et reuerentia interpretationem 15
 primi capituli legit, plurima inuenire in quibus et obumbrare uidetur et manifestissime
 hæresim suam exponit, sicut et in aliis suis conscriptis. si igitur persistat in eisdem
 Ægyptius et non negat quidem capitula, <nec> confitetur uero Christum, ex quo euan-
 Lp 282 gelizatus est sanctæ uirgini angelus, deum esse et hominem, eundem sine dubio et filium
 hominis propter naturam quæ est ex semine Abraham et Daud, et ipsum procul dubio 20
 Mt. 22, 43-45 et dominum Daud propter diuinitatem, deo uerbo templum a mortuis suscitante se-
 Ioh. 2, 19 cundum sententiam domini Christi, et in sæculum infinitum duas naturas in uno filio
 et domino et Christo inconfuse et indiuisse cognoscendas, nos nullam communionem cum
 eo habemus neque <cum> his qui communicent ei, absque hac confessione. ut enim
 et prophetas et apostolos et euangelistas et martyres taceam, nunc uel beatam Susannam 25
 Sus. 22 sequi studeo dicens: si etenim hoc fecero, non effugiam manus Ægyptii et communi-
 cantium ei; omnia uero eligibilis est nobis sustinere ab imperatoribus et iudicibus et
 aliis hominibus quam piam confessionem et sanam prodere fidem, uel si multa milia
 essent subsannantium nos. unde epistulam supremam de causa proposita dirigens
 tuæ religiositati, manifestam rationem faciam iam meam. ego enim sanctissimum 30
 episcopum Nestorium scio in sermonibus suis ea quæ prophetæ et apostoli et euangelistæ,
 prædicantem, et oportebat opturare nos aures, proponente nobis impio Cyrillo ut ana-
 thematizaremus dogmata eius uelut impia atque polluta. in Tarso quinque ex his
 deposuisti hæreticis et consonauimus uobis; nunc autem promittit Cyrillus quia si facti
 fuerimus hæretici, dabit nobis ipse communionem. 35

Lp 283 M 918 Epistula, inquit, Dorothei metropolitani Mysiæ ad deo amicissimum Alexandrum epi-
 scopum Euphratesiæ et Theodoretum

225 [137] Pactionem quæ pridem sub pacis simulatione non bene cum Ægyptio facta est,
 nunc clare detexit Proclus, qui in magna illa ordinatus est ciuitate. scripsit enim

39 cf. quæ adnotauimus ad ep. 211

1 conscriptoremque M	3 superfluam M	10 circa addidi	16 manifestissime scripsi
manifestissimam M	18 nec addidit Lupus	21 diuinitatem Lupus	humanitatem M
24 habemus 11			
cum add. Lupus	huc M	25 martire M	26 si scripsi siue M
27 eligibilis M			
28 multa milia Lupus	multatā M	29 supremum M	30 rationem faciam scripsi
ratio sentiant			
35 dabit Lupus	dauīd M		
36 CCXIX M	amicissimo M	39 Proclus Lupus	procul M

contra nos litteras calumniis plenas tam ad reuerentissimum clerum quam ad amicum Christi orthodoxum populum. igitur ad integriorem præfatorum scriptorum comprehensionem et compar epistolæ eiusdem Procli his meis litteris iunctum uestræ religiositati direxi, ut si uobis rectum uidetur et utile quo omnes nos ad magnam ciuitatem pariter concurramus, ut cum competenti <in> deum fiducia colloquamur amico Christi imperatori pro orthodoxa fide, id minime neglegamus. notum uestræ facio sanctitati ut mihi secundum deum congaudeatis quia reuerentissimus clerus et amicus Christi orthodoxorum populus per dies in domino prouehuntur, concertantes euangelicæ fidei.

Omnem quæ uobiscum est fraternitatem ego et qui mecum sunt, plurimum salutamus.

19

Epistula, inquit, Theodoreti episcopi ad Dorotheum Mysiæ metropolitam

Lp 284

Audientes uestram fortitudinem roboramur et in uos intenti segnitiem deponimus. 226 [138] exemplar enim principale uirtutis omnibus qui imitari uoluerint, uos certaminibus his præsidens proposuit deus, ut per imitationem uestris insigniamur characteribus. quia igitur multa uobis est apud deum fiducia, sic quidem feruentem illinc nobis sustinentiam 15 prouidete et orationibus stabilite, ut firmi et in dogmatibus persistamus et claudamus Ies. 33, 15 oculos, ne sanguinis iniusti iudicium uideamus, et claudamus aures nostras, ne audiamus [et claudamus] in<iustitiam *> terram. his enim bonis ac talibus perfruemur, si uestras impetrauerimus orationes.

Epistula, inquit, eiusdem ad amicum Christi Constantinopolitanum orthodoxum populum, 20 Lp 285 per quam eos hortatur ad patientiam et circa dogmata contrariorum pænitentiam declarat

1 Qui nauticæ arti dant studium et in mari uiuere deligunt, dum pessimis tempe- 227 [139] statibus repugnant et a contrariis flatibus sæuisque uoluminibus oppugnantur ac multa caligine detinentur, si subito eis ignis illuxerit, consolantur et resumunt excusso terrore 25 M 919 fiduciam, quæ eos meliores spes desperare non sinit. tale aliquid etiam nos perpessi nunc sumus, uestræ deoamabilitatis litteras perlegentes. multam namque ecclesiarum concussionem uidentes et tempestates et procellas undique cernentes illidi et hinc uolumen feruens et accrescens et naufragium minitans et pinguem nebulam diffusam et quæ sunt cominus, conspici non sinentem, uelut si igniculum subito quoddam et introitum portus, 30 uest as uidimus litteras et consolatione perfruimur et fiduciam sumpsimus et fortiter patimur impetus tempestatis et puram sustinemus serenitatem. fidelis enim deus 1 Cor. 10, 13 est, qui non permittet <neque> uos neque <nos> temptari ultra uirtutem, sed cum temptatione faciet et prouentum, ut sustinere possimus et falsi-

227 Epistula quæ statim post Cyrilli epistolæ 72 aduentum scripta est [cf. ep. 176], per nescio quem casum in hunc locum delata est, cf. quæ adnotaui ad ep. 224. partis mediæ [32—166, 12] altera uersio Latina habetur in Collectione Palatina 42 [Mar. Merc. p. 335 ed. Baluze]

1 qua M	3 Procli his scripsi procriis M	5 in add. Lupus	7 reuerentissimum M
11 CCXX M	13 immutari M	15 fiduciam M	quidem scripsi qui M
16 et orationibus stabilite dupliciter scripsit M	18 et claudamus deleui	iniustitiam scripsi et lacunam statui supplendam ex Ies. 33, 17 βασιλέα μετὰ δόξης ὀψεσθε, οἱ ὀφθαλμοὶ ὑμῶν ὄψονται γῆν πόρρωθεν in M	
20 CCXXI M	25 resumant M	26 spēs M	28 atempestates M
31 consolationem M	33 neque uos neque nos scripsi neque nos neque uos Coll. Pal. uos neque M	34 tempta-	

2 tatem quidem conuincere ualeamus, ueritatem uero lucidius comprobare. conuicta
 siquidem nunc quoque est compositio falsitatis et uirtus ueritatis ostensa. ecce enim
 qui saluatoris nostri Christi naturas impio sermone confuderant et unam præsumpserant
 eius prædicare naturam et ut diuinitati passiones deputarentur, legem protulerant et
 ob hoc sanctissimum et deo amicissimum præpositum sacerdotum dei Nestorium op- 5
 Ps. 31, 9 pugnauerant, tamquam in camo et freno maxillas confracti et a sinistris ad dexteram
 Lp 286 tracti, didicere ueritatem et contraria docent, illo ducatu retrahente ad ueritatem, quem
 pro ueritate oppugnauerant. pro una enim natura duas nunc confitentur et eos qui
 contemperationem uel confusionem inducunt anathematizant et diuinitatem Christi
 in passibilitate uenerantur, et carnis esse passiones docent et euangelicas diuidunt uoces 10
 et excelsas quidem deoque dignas diuinitati ascribunt, humiles uero humanitati coaptant.
 ep. 72 3 tales enim nunc ab Ægypto allatæ sunt litteræ. sed hi qui uix tandem ueritatem
 dogmatis didicerunt et euangelicam regulam normamque edocti sunt, adhuc sunt mali-
 uoli hactenus circa illum qui eis horum doctor est factus, atque illum qui eos ab errore
 liberauit et ad ueritatem deduxit, ut impium et hostem et operibus et uerbis impetere 15
 temptant et latrando aduersus eum satiari non uolunt. sed non superabunt ueri-
 tatem, quia res firma est ueritas. ipse enim Christus est ueritas et conuicit quidem
 iam, sicut dixi, aduersitates mendacii et ueritatis radium subnudauit, qui coronat ueri-
 tatis amatores; ostensurus uero est eam clarius et falsitatem omnino disrumpet. et
 discent qui usi sunt ea, quod sit deus in cælo, qui et ea quæ fiunt, conspicit et quæ di- 20
 Dan. 6, 18 cuntur, audit et ponit suis athleticis certamina et leones fame ac furore diffluentes mansue-
 Dan. 3, 50 tudinem docet et ignem sine mensura nutritum et nimis accensum in auram roris immutat
 Iona 2, 3, 2, 1, 11 et in ceto magno istum fugacem saluum conseruat et in cisternam cæni cum propheta
 Ier. 45 [38], 6 descendit et qui illic eum miserant, per bella captiuos expellit, ipsum uero æneum murum
 et turrem robustam statuit barbarorumque ei præstat obsequium, et in bellis uero 25
 enitescere præstat et per duos plerumque fideles multoties dena milia infidelium fugat.
 1 Reg. 14, 13-14 et huius rei testis est Ionathan et armiger eius, qui soli contra alienigenas confidentes
 M 920 nutu diuino uniuersa alienigenarum milia fugauerunt et ab inuicem fecere consumi.
 sed deficiet me tempus narrantem dei mei mirabilia et eius prouidentiam, quæ fit in nobis
 per singulos dies. hæc igitur scientes, dilectissimi et deo amicissimi fratres, in eum 30
 Ioh. 16, 33 præsumite qui dixit: confidite, ego uici mundum. etsi enim nos misericordia
 eius sumus indigni, tamen propter Daud seruum suum et Ierusalem, quam elegit, et
 procillas extinguet et tempestatem sistet et in directum denuo ferri præcipiet ecclesiæ
 nauem.

Lp 287 Sacra, inquit, a Iohanne Antiochiæ impetrata tam contra deo amicissimum et sanctissi- 35
 mum episcopum Hieraspoleos Alexandrum et Helladium et Maximinum et Theo-
 doretum deo amicissimos episcopos

228 [140] Ecclesiarum pacem et hanc procurantium diligenter omnimodum honorem et
 affectum cunctorum causam bonorum existere ambiguum non est. quia enim con-
 cordiæ et religionis uiam intactam et immaculatam custodiunt, huius rei gratia honore 40

1 lucidium M 3 una psumpsent M 4 lege protulerunt M 5 et deo amicissimum
 dupliciter scripsit M 7 ducato M retrahente scripsi retrahentes M 8 oppugnauerunt M
 9 inducunt scripsi ducunt M anathematizant siue ante eos siue post uenerantur collocandum, cf. Coll.
 Pal. 18 aduersitates Lupus ad ueritates M 21 defluentes M 23 in ceto scripsi incentu M
 27 alienas M 28 uniuersum aliegenarum M facere M 33 ferri Lupus fieri M 34 naue M
 36 maximum M 40 custodiunt M

maximo ac præcipuo fruuntur affectu. si qui autem sub simulatione religionis putari custodes qui præcipui dogmatis corruptores rerum testimonio demonstrantur **

Epistula, inquit, Meletii ad Neoterium comitem, qui eum per litteras fuerat exhortatus Lp 288 et ammonuerat ut Antiocheno reconciliaretur

Ignorare uidetur ammirabilitas tua quod nec pro pecuniis nec pro possessionibus 229 [141] neque pro ulla alia quæ ad hanc uitam pertinet causa sit certamen hoc nostrum, neque 6 ut placeamus hominibus, nunc usque præstitimus. absit enim sic nos esse uesanos. qua enim sub præmii spe pro hac causa eligimus mori? quam uero utilitatem sustinentes, principum minas, distortionem seu euersionem et prætensionem exiliorum? aut quid eorum quæ humana sunt, præualuit contra nos usque adeo ut ob hoc aduersum 10 cunctos instituamus certamen? et certe uidemus et eos qui ualde contentionibus studeant, illatis sibi a maioribus uiolentiis cedere, etiam dum nolint. unum tantummodo in rebus humanis inuictum est, deo dedita conscientia et illi placita ex toto corde defendens. recolit enim futurorum spes et eam quæ sustinetur beatitudinem et ad deum confidentiam et alia, quæ multo sunt uniuerſis huius uitæ meliora, quanto et per 15 infinita sæcula porrigentur. hinc homines uniuerſorum præsentium sunt despectores, sciendo quia etsi a præſenti uita soluantur, succedit procul dubio beatitudo cælestis et cum domino Christo regni consortium, et idcirco non solum pro nihilo præſentia deputant quidam, sed et pro summo beneficio deputant ut liberentur ab eis, bene scientes quod futura optinere non possint nisi a præſentibus liberati. neque nos igitur per 20 M 921 gratiam dei pro gratia uel inimicitias cuiuslibet hoc certamen iniuimus, sed pro pia fidei confessione, pro conscientia Christo deuota, propter quem pro nihilo ea quæ in præſenti sunt sæculo, deputamus. et quia hæc non fingam, audi per partes cum breuitate Lp 289 qua potis est.

2 Capitula Cyrillus exposuit plena uniuerſis hæresibus, propter quæ uniuerſus per- 25 turbatus est orbis. collecta est Ephesi synodus; aduenit illic et iste ab Antiochia et adiudicans tunc expositorum insaniam, deposuit eum cum toto Orientali concilio. ep. 87. 88 iurauit coram principe quia etsi pænituerit Cyrillus, non ei restituo episcopatum, eo p. 71, 2—5 quod ab<ominabilis hæreseos> hæresiarcha sit factus. et habemus exemplaria horum. reuersus est a Constantinopoli ad Orientem idem Antiochenus, collegit rursus in Tarso 30 concilium, scripsit synodicas litteras, in quibus et Cyrillum deposuit et eos qui pro eo ascenderant Constantinopolim, quorum manifesta sunt nomina. ad ultimum uenit Aristolaus, accepit propositionem ut anathematizaret Cyrillus ipsa capitula et ea quæ ep. 142 male exposuerat uniuerſa et esset rectæ fidei confessione contentus. suscipiens Cyrillus hanc condicionem per Aristolaum, scripsit Acacio Berœensi epistolam uersuum 35 ep. 145 plurimorum, affirmans de capitulis quod se bene haberent et numquam repellerentur ab eo. post hæc misit Antiochenus ad Cyrillum Paulum Emisenum. qui uadens agensque illa quæ nunc dinumerare non possum, ad ultimum reportauit epistolam quæ anathematismi capitulorum nec somnium contineret, minus uero deteriora capitulis in superficie prædicaret. ex hac epistula diffamabatur iam quasi Cyrillus de his quæ 40

2 lacunam statuit; sententiæ hiatus demonstratur cetera non a translatore omiſsa esse, sed casu intercidisse. quo cum casu coherere uidetur quod per epistolam 229 sacra inepte ab epp. 230. 231 dirimitur

4 antiochenos M	5 CCXXIII M	8 proaecaſa M	9 p̄tensione M	10 quod M
14 recolet M	ea M	19 deputant 2] habent	Lupus accipiunt malim	21 pro pia Lupus pro-
pria M	23 aud M	26 antiochie M	29 abominabilis hæreseos scripsi ab M	32 con-
stantinopoli M	35 scripsit Lupus scripta M	heroensi M	36 plurimarum M	37 quia M
39 anathematism M	40 superficiem M			

ep. 173 3 conscripserat, pæniteret, et ab Antiocheno ita susceptus est. hæc Cyrillus addiscens scribit Constantinopolim quibusdam clericis suis quod neque pænituerit de his quæ conscripsit, neque omnino aliquid eorum quæ exposuerat, mouerit, sed neque rogans quemlibet ita receptus sit, sed potius e diuerso ipse rogatus sit et Antiochenum suscepit. et horum omnium exemplaria detinemus. hæc ipsa uero ad Melitinensem scripsit Acacium quod nec summouerit aliquid eorum quæ a se exposita sunt, neque ullum de reconciliatione rogauerit, quin potius e diuerso Antiochenum rogatus exceperit, ubi unam filii post unitionem dixit esse naturam. et ipse omnino per totum mundum Lp 290 clamat et singulis uicibus asseuerat quod nec respuerit quæ ab eo sunt scripta, nec ep. 201 repellere patiatur usque ad mortem. propterea nosmet ipsos ab Antiocheno seiunximus, eo quod Cyrillo sic existenti peruerso post tanta succubuit et per ipsam communionis M 922 cum eo unitatem semet ipsum comparticipem eius effecit, non propter aliquas quippe quas nec habemus, inimicitias ad Iohannem, sed propter conscientiam nostram, quæ deo deuincta est, quam non possumus pro humana decipere gratia, etsi multa milia nobis quis inferat mortium. unde et magnopere agimus pro illa persona, eo quod deo uincta sit conscientia nostra de <eo>. sed dicit quod Cyrillus capitula illa respuerit. ostendat ergo eius epistulam nominatim anathematizantem illa capitula et Nicænæ ep. 72 fidei confessione contentam. sed non habet quod ostendat, sed pro magno profert nobis epistulam quæ tantum differt a capitulis quantum non per omnia sic aperte blasphemat. sed de hac nobis nullus est sermo, uerum si uult inter nos et se inimicitias solui, aut persuadat Cyrillo anathematizare per epistulam nominatim omnia quæ male exposuit, et Nicæna illa expositione beatorum patrum esse contentum, sicut eam beatus ille Theodorus domnus noster explanauit (ipse est enim uerus illorum quæ sunt exposita, intellectus); aut si hoc non fecerit, anathematizet ipsum cum capitulis eius, et soluta sunt omnia, hanc ** uidelicet in communicantes omnes qui eadem quæ Cyrillus, astruunt. nos enim per gratiam domini Christi diligimus ecclesiæ pacem, diligimus uero ita ut ea deuota deo conscientia perfruamur, non uero ut nosmet ipsos per illam gehennæ tradamus. hoc enim non iam pax est, sed omnimoda exterminatio. et nulla nobis alia remanebit aduersitatis occasio, nisi propter piam fidei confessionem; alioquin omni sumus damnatione digni et reuera infelicissimi omnium, si propter uiles occasiones quæ sunt diuina turbamus.

Lp 291 Rescriptum, inquit, publicarum litterarum quæ scriptæ sunt ad magnificentissimum comitem et uicarium Titum a gloriosissimo magistro militiæ Dionysio

230 [142] Quid de Helladio et Maximino et Alexandro et Theodoreto reuerentissimis uiris ep. 228 episcopis definiri censuerit imperialis clementia, ipsæ diuinæ litteræ præfulgentes tuam magnitudinem poterunt edocere; quomodo uero et a nobis idem sint commoniti, sub ep. 231 iecta designat. unde diligentia tua præceptum nostrum suscipiens elaboret ut omni arte et subtilissima argutia perueniant ad effectum quæ imperialis decreuit auctoritas. nec enim parua gloria tua magnitudo fruetur, si celeritatem tantæ causæ offerre ualueris; pertinet enim et ad animarum nostrarum religionem, pertinet, ut ita dixerim, etiam ad cælestis diuinitatis curam præsentis qualitas causæ. unde dum

1 penitet M	addicens M	4 erogatus M	7 rogauerint M	8 homino M	11 tanta
succubuit Lupus	tantas accubiit M	14 quam] qua M	16 eo addidi	17 nicænæ Lupus	maius M
20 et se scripsi esse M	22 nicenus M	25 hanc scripsi	lacunamque ita fere supplendam	sententiam	
eo suscipiente statui	hansns M	28 extenuatio M			
32 litterarum scripsi	ut terrarum M	scripta M	34 CCXXIII M	maximiano M	
41 etiam scripsi	ea M				

tuam magnificentiam et diuinæ litteræ et nostra auctoritas præparent, commoneat uero et per dies ac noctes orthodoxæ pietatis reuerentissimus cultus, tota urbana tranquillitate seruata absque ullo strepitu ac perturbatione diuinitus imperatis competens præbebis obsequium. **M 923**

Epistula, inquit, magnificentissimi Dionysii magistri militum, quam scripsit ad unumquemque episcoporum qui nominantur in sacra, ut aut consentirent his quæ ab Antiocheno sunt gesta, et communicarent ei aut ab ecclesiis et ciuitatibus exirent **5 Lp 292**

Inuictus dominus non ignorat quantum suo prosit imperio cultus sinceri deuotio **231 [143]** quantamque securitatem et illuminationem prouinciis præparet fidelis inuestigatio cultus orthodoxi. hinc utique et dignus efficitur impetrare quicquid a propitia poscendum deitate crediderit. necesse est enim ut prospere uniuersa contingant, si deo paruerit ea quæ apud ipsum definita est, ueritate. motus igitur sanctitate congrua, dum cognouisset beatitudinem tuam Iohanni Antiochenæ ciuitatis episcopo non adesse in sanctis neque communicantem in mysteriis adorandis, cæleste decretum dare dignatur, quod in his quæ sunt priora, præfulget, ut aut communicates præfato ac reliquis qui cum eo consentiunt, <in> cælestis diuinitatis cultu aut recedas a ciuitate et sancta ecclesia cui præesse cognosceris. igitur diuinis litteris pertractatis, unum e duobus facies. necesse est enim ut aut communicates Iohanni episcopo catholicæ ecclesiæ, ut ablatis contentiōibus sancta ecclesia quiete fruatur ac pace quam peperit, aut contendens formam diuinitus datam subire cogaris. priuaberis enim et urbe [priuaberis] et **15** ecclesia, si meliori forte obœdire et assentire nolueris. sit igitur deliberationis tuæ ut diuina et adorabilia præcepta recipias, si iram principalem declinare desideras. **20**

Epistula, inquit, Helladii episcopi ad deo amicissimum episcopum Meletium, quam scripsit indicans ei quæ sunt a Constantinopoli mandata, et de his petens quæ essent gerenda, tractatum. sunt uero quæ ei mandata sunt, hæc: quia et orthodoxe docet Proclus et * patrocinator est et multam habet apud imperatorem fiduciam et missurus est ad Antiochenum cum sacris synodicam suam, ut eam suscipi ante omnia præparet, quam qui non receperint, pellantur ecclesiis. **Lp 293**

Necesse fuit ut quæ scripta sunt nobis a regia urbe a religiosissimo compresbytero Anastasio et reuerentissimo condiacono Tarsicio, ad tuæ cognitionem religiositatis perducerem. igitur exemplaria destinaui, ut legens atque pertractans, celeriter nobis quod placuerit, demandare digneris et quid agere debeamus. nos enim ex tua religiositate pēdentes, cum tuo gerere uolumus uniuersa consilio. ora uero ante omnia pro nobis, domine. **232 [144]** **M 924**

Epistula, inquit, deo amicissimi et sanctissimi episcopi Meletii ad Helladium, per quam rescripsit quod neque ipse ab eis quæ semel pie placita sunt, absistet neque credere iustum est his qui illa nuntiauerunt, dum per opera ipsa docuerint quod propter tempus a Procli sint asciti fautoribus **Lp 294**

Gratias quidem tuæ sanctitati ago, deo amicissime domine meus, quod nos talis **233 [145]**

- | | | | | |
|--|---|--------------------------------------|-------------------------------------|-------------------|
| 1 diuina <i>M</i> | pparet <i>M</i> | 3 crepitu <i>M</i> | | |
| 8 CCXXV <i>M</i> | 11 contingant <i>Lupus</i> contigerant <i>M</i> | 12 motus <i>Lupus</i> notus <i>M</i> | 14 com- | |
| municantet <i>M</i> | 16 in <i>add. Lupus</i> | 20 priuaberis <i>deleui</i> | 21 forti <i>M</i> | uolueris <i>M</i> |
| 24 petens <i>Lupus</i> potens <i>M</i> | 26 lacunam statui, supplementum incertum, coniecero personae <i>cf.</i> | | | |
| p 170, 7 | 29 CCXXVI <i>M</i> | ad regia <i>M</i> | 33 domine <i>Lupus</i> dno <i>M</i> | |
| 34 melitii <i>M</i> | 37 asciti <i>scripsi</i> sciti <i>M</i> | 38 CCXXVII <i>M</i> | | |

curæ participes ascire dignatus es; ego uero ad ea quæ nunc scripta sunt, hoc remando
d. 12. Apr. 434 tantummodo, quod neque hunc qui beatificat Maximianum, qui nuper obiit quique
a Cyrillo et <eis qui> ea quæ eius sunt, sentiunt, ordinatus est et qui eos pro impietate
aduersum ueritatem quantumcumque potuit, adiuuauit, neque quemquam noui quis
sit, qui Iohannem uocat episcopum, neque aliquid eorum quæ ab ipso dicuntur, accipio, 5
Gal. 1, 8 sed nec si angelus de cælo secundum beati Pauli præceptum me persuadere uoluerit.
nam uel si esset uere credendum quod idem uir Nestorium deo amicissimum episcopum
haberet episcopum et Cyrilli deteriorisque ab eo Iohannis communionem respueret ut
diabolicam, ne tunc quidem per omnia inculpabile foret eius ordinationem recipere,
etsi multotiens milies ante hoc schisma consecratus esse dicatur, eo quod omnino hæc 10
omnia ex priore perturbatione et inordinabilitate, per quam cuncta dirupta et in inuicem
per partes incisa sunt, pendeant nihilque geratur legitime apud eos. forsan tamen
nihil nos nocere uideretur iniustitia illa quæ in personam commissa ab aliis uideretur,
quos a nostra omnino communione suspendimus; nunc autem quomodo sane his credere
Lp 295 poterimus testimonium ferentibus quod existat orthodoxus, qui episcopum nominant 15
et Iohannem et manifeste dicunt quod ad eum dirigendum sit per quod pii cogantur
eius approbare synodicam? ego igitur, deo amicissime domine meus, non abscedo
a priore sententia neque patior conscientiam meam in quocumque decipere, etsi omnes
sese dediderint præsentis sæculi uanitati, propter eum qui me a principio asciiuit, ut
deuotam deo seruare studeam conscientiam meam. iam de reliquo quicquid uoluerint 20
agere contra nos, ipsorum sit hoc in tempore potestatis; hoc solum rogo ut consuetis
orationibus tuis nobis cooperari digneris.

Lp 296 M 925 Epistula Theodoreti, inquit, episcopi ad Alexandrum deo amicissimum episcopum,
per quam significauit quia et magnificentissimus comes Titus et sanctissimi monachi
insurrexerunt in eum per litteras, tamquam qui debebat pacem communionemque 25
amplecti Antiocheni Iohannis

234 [146] Multas per hos dies sustinui perturbationes multasque tristitias quales numquam;
quarum quo alias prætermittam, uenit ammirandissimus atque clarissimus tribunus
Euricianus cum litteris magnificentissimi et gloriosissimi comitis Titi tam ad sanctos
monachos scriptis, id est ad domnum Iacobum et domnum Symeonem et domnum 30
Baradotum, et ad nos. quæ litteræ minas continebant ut si non adquiesceremus
pacificari, mox nobis proicetis alios ordinarent. et quidem risi de minis; pessime
autem me sancti monachi afflixerunt, multa pro pace rogantes, ut culpantes. dum
uero irascens ego et male accipiens ista, paratus essem et ciuitatem relinquere et pro-
uinciam et ad uitam monachinam confugere, afflicti promiserunt usque ad Gindarum 35
mecum discedere et Antiocheno suadere ut illic adueniret mecumque loqueretur. me
autem dicente quod nisi eicerentur illi, impossibile esset fieri pacem, direxerunt tres
deo amicissimos presbyteros et archimandritas tam ad eum quam ad magnificentissimum
comitem Titum, mandantes eis non esse iustum ut uiros sanctos et qui suas prouincias
ornauerunt, sic iniuste et inique proicerent; »si quid enim tale fuerit gestum, pertur- 40

3 eis qui addidi	4 quantumque M	quem qua M	6 angelum M	8 heberet M
respuerit M	9 inculpabilem M	11 qua M	12 geratur scripsi reratur M	17 synodicum M
absced M	18 conscientia M	20 conscientia M		
25 quia M	26 ioh̄ M	27 CCXXXVIII M	quale M	28 tribus M
erunt M	37 illi] Marinianus et Athanasius a Iohanne irregulariter ordinati cf. opp. 216—219.			33 afflis-

bationem necesse est subsequi. si igitur pacis curam geris, dignare uenire ad Gindarum, et sumentes episcopum nostrum, ueniemus ad te. « igitur necessarium duxi hæc ipsa tuæ innotescere sanctitati, ut eam nihil eorum quæ agimus, lateat. ire uero ad Lp 297 Antiochiam omnino interim recusauimus. oret igitur sanctitas tua hoc quod deo placeat, dispensari et ea fieri quæ expediunt sanctis ecclesiis. 5

Epistula, inquit, deo amicissimi episcopi Alexandri ad Theodoretum, quam rescripsit Lp 298 M 926 ad hæc quæ ab illo sunt scripta, dirigens ei et condiciones quasdam de ipso negotio

Tua quidem sanctitas bene fecit in scripto nobis quæ nuper acta sunt, indicare; 235 [147] ex parte autem nobis hæc ipsa et opinio nuntiat, quæ super ea quæ dicuntur et ea quæ aguntur, solet adicere falsitatem. uerumtamen ego per gratiam dei, quæ me 10 nunc usque roborauit, spero quod nullius metuum minas, ut aut impio Cyrillo communem aut orthodoxiæ proditoribus, qui et anathematizauerunt eam et orthodoxum deiecerunt, ut ex hoc, quod ad ipsos attinet, clare ubique falsitas prædicetur. nam quod crescat apud eos atque proficiat mali nominis hæresis, puto quod et ipsa quæ nunc a Constantinopoli scripta sunt, tuam docuerint sanctitatem. et in Antiochia uero 15 ep. 232 non unus nec duo nec decem tantum de Hierapolitanis affuerunt in ecclesia, inter quos erat et dominus meus deo amicissimus presbyter Maranas, quando et Macedonius in d. 8. — 14. m. Apr. 434 maiore ebdomade in cimiterio et Antonius Chalcidis chorepiscopus in ecclesia sancti Zachæi aperte deopassianam hæresim prædicauerunt. hæc scribere sum coactus, nimis ægre ** suscipiens propter sanctorum monachorum contra nos curiositatem. 20 rogo igitur ut, etiamsi omnes mortuos ab initio mundi resuscitent, si quidem acquiescant, orent pro nobis, si autem damnant nos, parcat illis deus. nec enim maioris auctoritatis sunt quam de cælo angeli et quam chorus ille apostolorum, quos anathematizauit per Gal. 1, 8 2 Cor. 11, 4 Paulum Christus, si quid præter euangelium Christi euangelizare præsumpserint. si umquam uero contigerit ut alicui eorundem sanctissimorum monachorum tua sanctitas 25 Lp 299 colloquatur et super hoc mouerint ipsi sermonem, suade illis ex me quia secundum ueritatem nec si mihi totum cælorum regnum Iohannes, cuius non est dominus, dederit, non autem dico Rasaphas et alias huius solitudinis ciuitates, ei communicare sustinebo, nisi prius correcta fuerint consequenter illa quæ per orbem terrarum hoc sunt fidei M 927 operata naufragium. memor enim sum dicentis quia neque altitudo neque profundum Rom. 8, 38. 39 neque præsentia neque futura neque alia creatura poterit nos separare a caritate quæ 31 est in Christo Iesu domino nostro. et gratias deo quod cum illis sunt et synodi et sedes et regna et iudices, nobiscum uero dominus deus et munda atque intemerata fides in eum. et per sanctas orationes tuas * quia nisi me timor dei retineret, non expectarem uiolentiam per potestates sæculi inferendam; sed ne Christi gregem uidear prodi- 35 disse, necessitatem sustineo. sciens igitur sanctitas tua propositum meum, si ei id placuerit, et Antiochiam introire non rennuat et quicquid nouit aliud, agere; ego enim quæ a principio definiui, in ipsis permaneo. quia uero non sim contentiose dispositus, sed habeam piæ condescensionis affectum, et tuam grate suscipiam et hæc quas nunc direxi chartas, tuæ satisfacient sanctitati. 40

6 amicissimo M	7 quasdas M	12 proditoribus M	eam Lupus eum M	16 ne
duo M	17 macedon M	18 obdomade M	antoniusis M	20 lacunam statui supplendo tuæ
litteras sanctitatis	21 resuscitens M	acquiescant scripsi Baluzium	secutus quiescant	34 lacunam statui supplendo
iuro siue testor	39 tuam scripsi eam M	40 satisfacient Lupus satis-		
faciens M				

235 a Satis ostendit beati Theodoreti subiecta responsio, si tamen uere has eius esse approbemus epistulas, eum reuerentia et affectu archiepiscopi tunc sui huius Alexandri et aduersitate beati Iohannis episcopi et uoluntate omnes secum pariter uniendi, non uero Nestoriani erroris assensu ad uniuersalem pacem tardius accessisse, quippe qui ep. 72 ep. 209 et unitiue beati Cyrilli epistolæ fidem, quam tantopere nititur impugnare Nestorius, 5
Lp 300 perseuerantissime ab initio approbavit et prætulit duorum episcoporum causam deiectioni Nestorii et anathematismo dogmatis eius. et nunc ad hæc et ad omnes illius pacis condiciones Alexandrum episcopum suum conatur adducere et postea hoc per multas cum singulis efficacissime egit epistulas, ut omnes ad unionem perduceret, quod et in cunctis eo suadente paucissimis exceptis suo studio, annuente dei gratia, 10 adimpleuit. unde et magnas inimicitias sustinuit eorum qui usque ad finem suo errori pertinaciter adhæserunt.

Lp 301 Epistula, inquit Irinæus, ad deo amicissimum episcopum Alexandrum, quam rescripsit significans quod et legerit directas sibi condiciones et unam tamquam nimis se bene habentem probauerit 15

236 [148] Legens tuæ sanctitatis epistolam, inspiciens uero et tria exemplaria, magis illud sine nomine approbavi. duorum namque priorum unum quidem simplex erat, alterum uero intemperate ardens. bene autem se habens mihi illud est uisum, quia et condescensionem cum mensura habuit et acribiam laudabilem. continebat enim ut M 928 intenderemus in illam synodicam et quæreremus si superfluum nil haberet et rectæ 20 fidei consonaret nullumque haberet assensum ad ea quæ Ephesi male sunt gesta, et ** susciperentur pro ecclesiæ pace; alioquin omnimode fugiantur atque refutentur. dignetur igitur sanctitas tua ut si ab Oriente redierint qui hæc ipsa deportant, inspicias et quæras et nobis quid uerum sit, innotescas. ego enim murmur audiui quod is qui nunc optinuit sedem, orthodoxe docet, et docuit uero me hoc per litteras clare et dominus 25 meus sanctissimus et deo amicissimus episcopus Helladius et eorum quæ mihi ab eo scripta sunt, tuæ sanctitati rescripta transmisi. direxit uero mihi et exemplar epistolæ domini mei sanctissimi et deo amicissimi episcopi Eutherii, eandem uirtutem continens. rogo igitur sanctitatem tuam ut legens hæc, sicut de recta fide, sic et de ecclesiarum cogites pace, quæ secundum ueritatem nimie commouentur, ut facti simus populo 30 uniuerso ridiculum. si autem tuæ sanctitati uidetur ut condiciones Antiocheni pro pace suscipiamus ecclesiæ, ut exclusis his qui ab eo inique sunt ordinati, foris ab Antiochia Lp 302 colloquamur, et hoc facies sicut tuam decet religiositatem. non autem tuam lateat ep. 179 sanctitatem quia et ego Antiocheni ad piissimum principem litteras legens, ualde mea anima dolui, quia euidenter noui quod scriptor eius, idem sentiens, absque iudicio et 35 iustitia condemnauit eum qui nihil nouiter præter eius doctrinam docuit. anathematismus uero illic insertus sufficiens est quidem plus et ab ipso deiectionis assensu

236 Clausulae partis [32—173, 4] altera uersio Latina extat in Collectione Palatina 47 [Mar. Merc. p. 338 ed. Bal.]

1 CCXXX M	5 fide M	6 perseuerantissime M	causa M	9 multatas M
10 excepti M				
14 unum M	16 CCXXXI M	19 acripiam M	20 illa synodica M	21 gest M
22 lacunam statui e. g. supplendo si non hæretica uisa fuerint quæ continet dogmata				23 quia M
24 innotescat M	28 eundem M	30 pacem M	ut scripsi et M	simus scripsi sumus M
36 præter Baluze propter M	36/37 anathematissimus M			

perturbare legentem; uerumtamen non indefinite, sed cum quadam determinatione positus modicam quandam præbet consolationem. non enim dixit »anathematizamus eius doctrinam«, sed »quæcumque ab eo aliene siue quocumque modo dicta uel sensa p. 153, 6—8 sunt præter apostolicam doctrinam«. ego quidem præsumpsi rogare; tuæ uero sit sapientiæ et pertractare quod expedit, et non irasci, sed intentionem nostram perquirere. 5

Epistula, inquit, deo amicissimi episcopi Alexandri, quam denuo rescripsit deo amicissimo Theodoreto, dirigens ei et proœmium synodicorum Procli Lp 303

Non ignorat sanctitas tua quid sit quod me a communione Antiocheni a principio 237 [149] sequestrauit, et scit hoc et Oriens et occidens et septentrio atque meridies, et nullus mihi eorum sermo est, qui aut uituperant aut accusant me aut mihi contumelias ingerunt. 10 semouit autem me non ordinationum turba, per quas iniqui uiri promouentur et quia illis dei præponuntur altaribus quæ ad Antiochenum minime pertinent, sed proditio fidei et communio hæretici, depositi quidem prius a fere ducentis episcopis, reddente M 929 uero non * ei communionem Iohanne et Paulo. et hanc constantiam et habui et habebo, confortante me deo, ut nulli eorum communicem qui Cyrillo communi- 15 cant, non excutienti <et> anathematizanti in scriptis impia capitula sua, et si is qui communicat ei, dicatur orthodoxus et uel nunc ab orthodoxis ordinatus uel ante confusionem et iniquitatem consecratus, quæ Ephesi facta est, etsi ipse multis milibus uicibus anathematizet impia Cyrilli capitula, non uero etiam communionem Cyrilli confutet, quicumque talis est, meus communicator esse uel dici non poterit. quæ autem subinde 20 cognoui et quæ agnouero aut per uerbum, sicut coram domino, a dignis fide uiris aut per litteras, uel quæ sit confusio prædicationis in ecclesia Constantinopolitana uel quæ uirtus ex inde allatorum synodicorum et quæ corruptio quorundam prouinciæ nostræ episcoporum qui Antiocheno adiunguntur et in omnibus circumferuntur cum Ægyptio, scribere superfluum duco, unam habens intentionem, quam et cuncti qui nos sciunt, nouerunt, 25 ut habeam pro sana fide constantiam et fugiam hæreticam communionem. uerum- Lp 304 tamen prædictorum synodicorum proœmium studiosc transcribens, quippe ut quod mihi sat est ad satisfactionem causæ præsentis, exemplar eius tuæ religiositati direxi. memor enim sum et eorum quæ paulo ante mihi a tua sanctitate mandata sunt, quam ea testificari pro me arbitror quod hoc fuerit plane propositum meum, deo, nisi fallor, 30 illuminante mentem meam talemque satisfactionem condente in ea, ut neque tribulatio Rom 8, 35 neque angustia neque persecutio neque fames neque nuditas neque periculum neque gladius separet nos a sana fide, ut tempori potius quam pietati militemus.

Initium synodicæ epistolæ de Proclo factæ

Lp 305

Non minus quam quandolibet, etiam nunc oportune ostendit gratia dei suam 238 [150] manifestissime bonitatem, contra malitiæ magnitudinem et ecclesiæ ægritudinem uirtute 36 clementi resistens et dum graue profundum metueretur, ueloci efficacique medicamine curans et futurum periculum ammirabili et insperato quodam saluationis modo præueniens. quoniam quidem multa medio tempore tempestas tenuit seditiosorum,

1 quodam M 2 modicum M 3 quodeūque modo M
8 CCXXXII M 9 et scit] escit M 11 ordinatum M 13 reddente scripsi sedente M
14 lacunam statui supplendo pœnitenti 16 et add. Lupus his M 31 illuminante Lupus illorum inante M
34 epistolæ Baluze ccc̄c M de] postulatur a, sed nescio an translator πεπι et παρὰ confulerit
35 CCXXXIII M 36 et om. et post ccc̄c superscr. M 37 uel loci M 39 tempestam M

qui ex corruptificis seminibus doctrinæ Nestorii surrexerunt et insistebant, dum pro sanctissima ecclesia in medium staret sanctæ memoriæ Maximianus, qui omni quidem
 M 930 diligentia usus est ad huius mali peremptionem nec tamen suffecit hanc malam planta-
 d. 12. m. Apr. 434 tionem <uelle>re radicitus, igitur dum subito idem beatissimus a præsentī uita migrasset, 5
 tamquam facultatem præsumptionis susciperent qui hanc parturiebant seditionem, neque in occulto habere neque absconditam nequitiam suam continere dignati sunt, sed coaceruatæ multitudines in multis partibus ciuitatis Nestorium publico clamore reposcebant et urbi pericula ecclesiæque minabantur incendium, et certe ista etiam sub illo beatæ memoriæ huic repugnante languori.

Lp 306 Epistula, inquit, Theodoretī ad deo amicissimum episcopum Alexandrum, quam scripsit 10
 indicans quod multa oportet cogitare de pace et maxime quod certi essent qui thronis eorum insidiarentur

239 [151] Præstitit nobis gratia dei regressum domini mei reuerentissimi et deo amicissimi Donati presbyteri et Acacii diaconi et ab illa qua destruebamur consumebamurque cura liberauit. quæ uero sit eorum qui sursum sunt, intentio, ex allatis amicorum 15 litteris tua sanctitas noscet. omnes enim uel in quocumque nobis ferre adiutorium desistentes pro pace nobis consilia optulerunt; qui uero ualde sunt zelotæ, uerentes hoc pessimum tempus nec litteris nos dignos esse duxerunt. integrius uero hæc addiscet sanctitas tua a prædictis deo amicissimis uiris. quæ agnoscens rogo ut quod ecclesiis ex<pedit, in> commune cogitetis. instantia enim nostra, ut uideo, ad nihil suaue 20 proficiet, sed et [commune cogitetis] perturbationes ecclesiis et populos qui pascuntur a nobis, lupis cruda uorantibus tradet. clarent enim qui exitus nostros intendunt et erunt producendi pro nobis, et timor est ne pro hac nimia acribia pœnas deo soluamus, ea quæ nostra sunt, intendentes et non considerantes quod populis expedit. omnia ergo pensans et librans sapientia tua et lucrum lucro et damnum damno contraponens, 23 et maius lucrum et minus eligat damnum. sic enim et deo, ut puto, placebimus et conscientiam minime uulnerabimus et eis qui ubique in nos aspiciunt, proderimus et commissos nobis populos non prodemus. sufficiens uero est dominator omnium deus et sanctarum gubernator ecclesiarum quid agi debeat, per tuas nobis orationes ostendere et ab his multis ac pessimis nos uoluminibus liberare et modicam nobis sereni- 30 tatem tranquillitatemque donare.

Lp 307 M931 Epistula, inquit, deo amicissimi episcopi Alexandri ad Theodoretum, quam rescripsit rogans quidem non nequiquam sibi de eisdem fieri inopportunitatem, dirigens uero ei litteras a Constantinopoli deo amicissimi monachi Parthenii

240 [152] Dum sæpe tuæ scripserim sanctitati de his, superfluum puto eadem de eisdem 35 rescribere. rogo igitur religiositatem tuam legere epistulas quas tibi ante transmisi, et non mihi existere importunum. uiuit enim dominus deus, lucrum conferens lucro,

2 stare M	3/4 planctionem M	4 euellere radicitus scripsi reradicitus M	7 paribus uicitatis M
9 hinc M	13 CCXXXIII M	14 diaconi Lupus donacii M	qua Lupus que M
scripsi destruebamur M	15 ex Lupus et M	amicorum scripsi cf. ep. 248 alio M	18 integrius M
20 expedit in	Lupus ex M	instantia Lupus instia M	21 commune cogitetis
del. Lupus inferet scribam	pascuntur Baluse pascuerunt M	23 acripia M	25 libras M
27 uulneramus M	35 CCXXXV M	37 importum M	

præfero ante omnia desiderium dei et regnum cælorum honori et gloriæ sæculi huius, et damnum damno comparans, approbo magis eam quæ hic est expulsionem et exilium et temporalem mortem et opprobrium hominum et irrisiones æterno tormento. non uero miretur religiositas tua quod tu quidem scribas illa, qui Cyrillum putas orthodoxum, ego uero ista, qui Cyrillum habeo hæreticum ** ab omnibus quando expellebantur 5 temporibus nostris beatissimi episcopi, ut pauca de pluribus dicam, Melitius Eusebius Barsis et reliqui omnes, sciebat hæc deus et præ omnibus pro ecclesia cogitabat et rationem non exegit ab eis qui idcirco propulsi sunt, quare non communicantes hæreticis perman- serunt in ecclesiis suis. et ideo, confortante me deo, paratus sum cum omni satis- factione et coram principibus et præsidentibus et coram synodis de sola nostra spe 10 fiducialiter agere et omnia, si deus permiserit, sustinere. quicquid ergo tua sanctitas nouit expedire dei ecclesiæ quæ tibi commissæ est, id agat; meam namque sententiam nouit deoamabilitas tua. uerumtamen ea quæ mihi sunt scripta a deo amicissimo presbytero et archimandrita seruo dei Parthenio, <direxi> religiositati tuæ, hoc necessarium putans.

15

Epistula, inquit, Parthenii presbyteri et archimandritæ ad deo amicissimum episcopum Lp 308 Alexandrum

Scriptis mihi sanctitas tua quod diminutum sit tuæ gaudium sanctitatis, eo quod 241 [153] ego his quæ transierunt inter hæc diebus tuæ religiositati non scripserim, quasi nos remissiores utique fuerimus effecti. hoc ergo cognoscat sanctitas tua quia quælibet 20 insurgat tribulatio contra nos, sicut et multæ per dies singulos excitantur, quas et tace- M 932 mus, ne arroganter fingere aliquid uideamur, non nos diuidunt a recta confessione quam Rom. 8, 35 tenemus in Christo, et quod ita dispositi simus, ipse dominus uobis innotescet. sicut enim qui cottidie incipit pati, sic stamus, scientes quod et mercedis retributor finem cuiusque sustineat, quia non inchoare tantummodo unumquemque apud eum, sed et 25 perficere facit esse laudabile. quod et tua nos sanctitas semper edocuit cum sanctissimo illo et deo honorabili archiepiscopo nostro et teste Christi domno Nestorio. scito, domine mi, quod hi qui hic sunt, proficiunt magis in reprobam mentem, nunc quidem 2 Tim. 3, 13 impassibile id quod diuinum est, prædicantes, nunc autem uelut ex pænitentia aut obliuione euertunt id quod paulo ante dixerunt, et dispensationem denegantes, prædicant 30 fantasiam. et omnia omnibus et dicere licet et facere, et sicut scriptum est: labia Ps. 11, 5 nostra a nobis sunt; quis noster dominus est? uolunt autem et nos sibi communicare ad hominum deceptionem, de credulitate autem dicunt: »habe qualem uis fidem, tantum comunica nobis«. sed absit ut nos a ueritate alieni esse patiamur, usque ad uitam et mortem. ueritas uero est confiteri dominum nostrum Christum 35 filium dei uiui, deum perfectum hominemque perfectum, et damus passiones quidem humanitati Christi, diuinitati uero miracula, unum filium, unum Christum, unum Lp 309 dominum prædicantes, qui descendit, passus est secundum carnem, uenturus in gloria patris iudicare uiuos et mortuos. hanc tenemus fidem, quam et a uestra sanctitate didicimus, et in ipsa persistimus et ab hac confessione usque ad uitam et mortem nullus 40 nos poterit separare. constantia enim sanctitatis tuæ circa ueritatem clausit omnibus

3—5 *adfert Rusticus p. 182, 17—19*

5 *lacunam statui, post hæreticum noua incipiebat sententia* 10 *psedentibus M* 14 *direxi addidi*
transmitto *Lupus*
18 *CCXXXVI M* 22 *uideamus M* diuidunt *scripsi* euendunt *M* 26 *laudabilem M*
28 *dnō mihi M*

os et excitauit etiam dormientes. in uno enim climate Orientis existens, usque ad Occidentem et ultra perlucens clarior conspiceris a sole uisibili illa qua Christum diligis, caritate. dignare uero orare pro nobis et scribere nobis et bonum nuntium de optabili tuæ sanctitatis incolumitate præstare.

Lp 310 Epistula, inquit, deo amicissimi episcopi Alexandri ad Acylinum episcopum Barbalissi, qui indicauerat ei quod multam instantiam sustineret magnificentissimi loci seruatoris Titi his qui sunt in castro, mandantis ut aut præparent eum introire ad Antiochenum aut de eodem castro propellerent

242 [154] Vt eadem scribam, mihi quidem segnities non est, tuæ autem religiositati munimen
 M 933 est. sciens ergo sanctitas tua quia et permansionis et exitus tui rationem redditura 10
 est domino Christo, id faciat quod cum tractatu et deliberatione perspexerit. hanc
 epistulam uero scripsi, non quod mihi displiceat tuæ actio sanctitatis, absit, sed potius
 ut quæ me muniunt, dispensarem; si uero illa etiam nunc firma sunt quæ prius iudica-
 Rom, 8, 18 ueras, quæso ut minime contristeris. circa apostolum namque dicendum est: non
 sunt condignæ huius temporis passionibus ad futuram gloriam quæ 15
 Phil. 1, 29 reuelabitur in nobis, et quia nobis donatum est, non solum ut in eo
 credamus, sed et patiamur pro eo. ego uero et hoc scribo, quod et præsentem
 religiositate tua crebro dicebam, quia duæ me causæ ab omni ambiguitate perliberant,
 quod ** mihi conscius non sim esse me militiæ desertorem et Christi ouium relictorem,
 ut aut imperiali necessitate compellar aut ab uniuerso consonanter meo grege repudier. 20
 quæso igitur ut hæc ipsa apud te etiam ipse confirmes et aut publicam necessitatem aut
 refutationem tui castri sustineas.

Lp 311 Epistula, inquit, Meletii ad deo amicissimum episcopum Alexandrum, quam scripsit
 cognoscens quod post introitum deo amicissimi episcopi Theodoretii in Antiochiam
 commoti Cilices de rebus propositis diuersa tractarent 25

243 [155] Clare deus tuæ reuelat sanctitati et<si> non nulli abscondere uolunt, quod omnes
 Phil. 2, 21 quæ sua sunt, quærunt, non quæ Iesu Christi. ego autem promissionibus
 credens eorum qui hæc a tua percontati sunt sanctitate, id est utrumne oporteret scribere
 an minime (erant enim nimii, ut et esse uidentur, pro pietate omnia gerere promittentes),
 sic præsumpsi tuæ pridem scribere sanctitati ut minime pigritares usque ad nos iter 30
 assumere. nescio autem quomodo contra uerba propria uenientes, in rebus alio
 tempore alias nobis formas ostendunt perturbationemque animæ <quæ> inest in his
 quæ eis ex necessitate placuerant, quippe per ista monstrantes, et nunc quidem ista
 interrogantes, nunc uero alia proponentes nullam stabilitatem suæ sententiæ habent,
 sicut de illis animalibus fertur quod in adpectu cernentium colorum uarietates subito 35
 mutant, et uidetur mihi quod eos tædeat quod et usque ad præsens simulationem ser-
 uauerint et non primi aliorum diabolo semet ipsos addiderint. sed quidem quid alii
 uelint, nos satagere non oportet; nam et prius mandantes, si oportet dirigi eas quæ
 dicuntur benedictiones an non, et ex nostra sententia cognoscentes non modo eas dirigi
 M 934 non debere, sed nec ab eis suscipi litteras, omnia contraria peregerunt. de me autem 40

4 tua M

6 multa instantia M

9 CCXXXVII M

10 ratione M

11 perspexerint M

19 quo M lacunam statui e. g. supplendo mihi pro Christo sit patiendum et quod

26 CCXXXVIII M

etsi scripsi et M

quod Lupus qui M

29 proprietate M

32 quæ addidi

34 nulla M

noueris, deo amicissime domine meus, quod ex quo agnoui factam coniunctionem cum Cyrillo impio ab Antiocheno, semel tantum per magistrianum litteras eius recepi; quas Lp 312 et in latoris faciem ieci, ita ut nec ipse præsumeret a nobis reciprocas poscere neque ille nobis ulterius scripta transmitteret.

Omnem quæ cum tua religiositate est in Christo fraternitatem ego et qui mecum sunt, plurimum salutamus.

Epistula, inquit, deo amicissimi episcopi Alexandri ad deo amicissimum episcopum Lp 313 Meletium, quam scripsit eum quidem approbans pro tali constantia, reliquorum uero inconstantiam reprobans et indicans persecutionem factam in deo amicissimo episcopo Acylino

10

Quia Cilices, paucis exceptis, semper et calidi et tepidi fuerint, ut non dicam frigidi, 244 [156] et sublimes et humiles, quales etiam nunc inuenti sunt apud nos, tuam non latuit sancti-
tatem, quæ et meam de his sententiam nouit. semper enim, dum ad eos scriberem, cf. Apoc. 3, 16
in tuæ sanctitatis iudicio posui utrum hæc eadem dirigerentur an non. habemus
uero etiam nunc per gratiam dei eandem de Cilicibus consolationem sicut et prius habui-
mus, hoc est diuinitus datam constantiam et inuincibilem zelum sanæ fidei ** sanctitatem
tuam. suffecit enim deo et unus, quando summersit orbem generale naufragium,
et tres in Babylone, quando per terrorem fornacis accensæ omnes idolo seruierunt. rogo Dan. 3, 6. 7. 12
igitur sanctitatem tuam ne refutes sæpius nos ad præsens instigare certamen. ecce
enim clare uidemus illud Isaïæ impleri prophetæ, quod ait: contritio et infelicitas Ies. 59, 7—9
in uiis eorum, et uiam pacis non cognouerunt et non est iudicium in
uiis eorum. semitæ namque eorum per quas ambulant, peruersæ
sunt, et nesciunt pacem. ideo iudicium recessit ab eis. et beati
ac ter beati qui oppugnantur a talibus per ecclesiam malignantibus. quapropter
beatifico nunc dominum meum deo amicissimum episcopum Acylinum a Barbalisso 25
ab eis expulsum, qui pariter est nobiscum et olim coronas emeruit. sole enim clarius
fere ab incunabulis conuersatus, nunc uero per calumnias et factiones a sua eiectus est
ecclesia per magnificentissimum loci seruatorem atque fortissimum sed ora quæso et
pro hoc ipso qui me rogauit id scribere, et pro nostra constantia, ut dei uoluntatis signa-
culo roboretur.

30

Epistula, inquit, Esychii Castabalensis episcopi ad episcopum Meletium, indicans quod Lp 314
persuaso Antiocheno ut in litteris nihil superfluum poneretur, id est de Nestorii M 935
depositione personæ, communicauerint hi qui erant ex secunda Cilicia

Sicut illic de præsentī tuæ religiositati promiseram quæ in causa contigerint, 245 [157]
nuntiare, studui per has literas id implere. conuenit igitur per gratiam dei Christi 35
ut his quæ in illa epistula superflue legebantur, exclusis, suscipiantur illa quæ bene et ep. 71
apostolice dicta sunt a domino meo per omnia deo amicissimo et sanctissimo Iohanne,
ut et sanctitati eius per reciprocas nuntiemus et quæ sint quibus assensimus, et quæ,

- | | | |
|---|--|--|
| 1 noueris <i>Lupus</i> nouerit <i>M</i> | 2 recepi <i>M</i> | 3 lateris facie <i>M</i> |
| 7 alexandrie <i>M</i> | 8 melitium <i>M</i> | 11 CCXXXIX <i>M</i> |
| 15 cilibus <i>M</i> | 16 lacunam statui supplendo e. g. monstratum per | 12 tua <i>M</i> |
| 17 gnanis <i>M</i> | 25 barbalisse <i>M</i> | 24 oppugnatur <i>M</i> |
| 18 statui supplendo e. g. decurionem | 26 expulso <i>M</i> | 27 eiectus est <i>scripsi</i> eiectus <i>M</i> |
| 31 castabulensis <i>M</i> | 34 CCXL <i>M</i> | 38 scitate <i>M</i> |
| assensibus <i>M</i> | | per reciprocas <i>scripsi</i> perfecti procas <i>M</i> |

a quibus abstinemus. sciat autem subtiliter sanctitas tua ex his quas ad eum dictauimus litteris, quarum destinaui rescriptum, et dignare quæso, quod tamen non ut ministrans consilium scribo, sed ut commemorans, sic de hac causa tractare sicut a sancto ac beato domino illo nostro nutritus, ut modis omnibus maneat indisruptum corpus ecclesiæ domini Christi.

5

Lp 315 Velut [ut] anagnosticum, inquit, deo amicissimi episcopi Meletii ad Maximinum episcopum Anazarbi

- 246 [158] 1** Hi quidem qui scripserunt, qua intentione scripserint, non habeo dicere; sed illud noui quod nos ad impietatem manifeste inuitent. namque præbendo consilium ut ne ecclesias optineant hæretici, nos eas potius Iohanni communicando teneamus, quid ¹⁰ est aliud dicere nisi: ne alii hæretici futuri sint, uos potius esse hæretici festinate? claret enim quod qui his communicare delegerit qui omnes hæreses incongruitate uicerunt, unus eorum ipse quoque sua communione reddatur. sicut enim qui adhæret domino, unus est spiritus, sic et qui adhæret hæreticis, unus est spiritus. nam quid est aliud cum talibus una communio nisi ad eos coniunctio per animæ affectum? ¹⁵
- 2** quare de his proprie fortasse dicetur quod qui eis adhæserit, unus sit spiritus. hæc autem clarius indicauit humilitati meæ deo amicissimus episcopus Helladius per litteras quæ mihi sunt redditæ tertia sabbati meridie, quas etiam mandare tuæ disposueram sanctitati, nisi lector cum tuo, ad quem respondeo, anagnostico præuenisset. illi autem rescripsi quod per gratiam dei nec nouerim illos qui semper quidem contra nos ²⁰ synodos facere meditantur, sunt uero a semet ipsis depositi, nec reputo eos ullatenus. qui enim sunt illi qui nos ad synodum prouocent? quos oportebat, si tamen iustitia seruaretur, a nobis ad iudicium prouocari et eorum <quæ> ab ipsis inique et insane sunt præsumpta, reddere rationem. igitur nec respondebo ullatenus ei quem direxerint, si tamen reuera uenerit aliquis, sed ad directores suos inhonorem remittam. si uero ²⁵ habere iussi fuerint principis nutum, tunc credens ex permissione dei esse hanc rem, M 936 qui nos uult et per has temptationes bonam circa se deuotionem monstrare, abscedam potius ab ecclesia ista, opere docens per gratiam dei quemque uolentium ut barathrum Lp 316 perditionis effugiant, quam patiar communicando eis in hac ecclesia permanere et memet **3** ipsum <cum> omnibus perdere. quæ ad tuam sanctitatem nunc a me dicenda peruideo ³⁰ super contestatione clericorum. ridiculum namque est, si ut illi non trahantur ad curiam, ego meam fallam conscientiam coram deo et perdam et me et populum quem mihi commisit, dum me illi sequi debeant, si bene præfuero et sicut dux fuerit dominus Christus. manifestum uero est quia eum qui pro pietate certatur, non solum nihil metuere oporteret, sed et ad sustinendum dira omnia tota esse deuotione præparatum, ³⁵ ne perdat pretiosissimam margaritam. me uero confortante deo, <de> ecclesia mea exiero. si ita contigerit, non solum mancipem nominent, sed et si quid est peius et quicquid aliis uilius. si autem uolunt, et ad forum purgandum me deputent, ut manibus meis plateæ puluerem mundem, sicut in iudicum fieri solet aduentu; si uero et his est aliquid deterius, ad aliud adiudicent. nam cuius uoti est pro conscientia ⁴⁰

6 ut <i>deleui</i>	melitii <i>M</i>	7 anagarbi <i>M</i>	8 CCXLI <i>M</i>	16 portasse <i>M</i>	18 quæ <i>M</i>
20 semper qui dei nec nouerim illos qui semper <i>M</i>			21 mediantur <i>M</i>	23 quæ <i>add. Lupus</i>	
26 <i>malim</i> exhibere seu adhibere	27 abscedas <i>M</i>	28 barathrum <i>Lupus</i>	barbarum <i>M</i>	30 cum	
<i>addidi</i>	31 si ut <i>scripsi</i> sicut <i>M</i>	trahantur <i>scripsi</i>	trauntur <i>M</i>	32 mea <i>M</i>	34 proprie-
tate <i>M</i>	36 pretiosissima <i>M</i>	de <i>add. Lupus</i>	39 iudicium <i>M</i>	40 adiudicens <i>M</i>	

Christo deuincta et per custodias expendi et per omnem tormentorum speciem trahi usque ad ultimum spiritum, huic quid de omnibus ceteris pertinebit? pro qua re mihi eueniet tuæ sanctitatis orationibus ab ecclesia, si hoc deo uidetur et si tempus instat, abscedere, opere cunctis qui mihi commissi sunt, demonstrantem quomodo sit ab eis perditorum fugiendus assensus. si uero aliquis me sequi uoluerit, lucrabitur 5 semet ipsum. alioquin ego <quod> facere debui, faciam, si me dignatus fuerit dominus 4 deus; credo autem quod dignetur pro clementia sua. quid autem mea interest utrum multi an pauci sint mei consortes? nam siquidem Antiochenus institerit, non contristat, etiamsi nullus adiutor sit; si uero imperiale præceptum necessitatem simul intulerit, nihil proderunt solacia plurimorum, quippe qui et absque hoc, si a meis proditus 10 fuero, nec sic quidem mihi aliquid pertinet præter Christum, cui commisi spes meas, excepto quod infelicium perditionem potero lamentari, quia non oro ex ipsorum perditione lucrari. uerumtamen dominus Macarius, sicut scimus, ex quo eius agnouit miseriam, nec scripsit ei nec fecit ut de episcopo mentionem. quod si eum minime deposuit, non tamen idcirco ei communicare dicendus est. non enim potuit synodum 15 Lp 317 facere contra eum; quod autem ad se attinet, fecit, ab eo se animo separando, qui ulterius nec scripsit ad eum nec eum nominauit episcopum, immo et e contrario in colloctionibus amarissime eius faciens mentionem. nam nec nos nunc Cyrillum et Iohannem ab ecclesia fecimus alienos, sed non ob hoc communicare eis credendi ullatenus sumus, 5 donec illorum perditionem nostris animis inducamus. et quidem miseræ meæ per 20 gratiam dei ista uoluntas est; si uero Iohannes anathematizauerit ista capitula cumque eis Cyrillum, qui ea exposuit et agit pro eis, et non subscripserit ordinationem Procli, per hoc utcumque compensans ea quæ contra deo amicissimum episcopum Nestorium M 937 inique præsumpsit (etenim Proclus amplectitur procul dubio Cyrilli et Iohannis communionem, unde et de ea quæ dicitur eius confirmatione synodica utrisque transmisit), 25 si ergo Iohannes hæc fecerit et deo amicissimum Nestorium episcopum fuerit se habere confessus, non dictum tantummodo, sed ut eum in ecclesiam introducat et cum eo sedeat, tunc cum nostra ipsorum securitate seu munitione amplectemur eius communionem. præter hæc autem decies milies ab ecclesia pelli exorem et per mortis genera uniuersa transire quam communionem eius amplecti, etiamsi nullus e clero uel populo hanc beatam 30 uiam carpentem me sequi uoluerit.

Synodica, inquit, Maximini et eorum qui erant ex secunda Cilicia, ad Antiochenum Lp 318 de communione. et de capitulis fecit ut hæreticis mentionem

Suscipientes tuæ sanctitatis litteras per dominum admirandissimum comitem 247 [159] Neoterium, omnino delectati sumus super expositione fidei sanctitatis tuæ, quomodo 35 prius quidem fidei sanctorum beatorumque patrum qui Nicææ conuenerunt, tua sanctitas fecerit mentionem, deinde illorum sanctorum posuerit nomina qui semper claritate rectæ fidei micuerunt et pro pietate fortiter decertando coronati <sunt>. hæc clarificauerunt animas nostras, hæc corda nostra festiuitate repleuerunt. nihilo minus uero et anathematismi contra omnis contaminationis et impietatis * Apollinarium et 40 abominandissimas expositiones eius nos supergaudere fecerunt et oramus ut sanctum

1 deuincta M	6 quod add. Lupus	8 instiderit M	11 mea M	13 agnouit M
14 episcopo Lupus xpo M	22 proci M	23 utcumque M	27 ecclesia M	
32 cilia M	34 CCXLII M	35 delectari M	38 coronati sunt Lupus coronanti M	
40 lacunam statui supplendo plenum	apolinarium M	41 expositionis M		

tuum caput donetur nobis longissimo tempore, perpetuo hæc exponens simul et ammonens. quæ enim præter ista uel scripta uel dicta sunt, aliena ducimus a sanctorum beatorumque patrum fide; expositioni uero tuæ orthodoxæ existenti sanctitatis et satis clare prædicanti piam fidem adquiescimus. et non nos diiudicet religiositas tua, eo quod hactenus ad paternas tuas ulnas non præcucurrimus. etenim semper nos omnino turbauerunt illa capitula, quæ et tua religiositas sæpius ut praua existentia reppulit; nunc autem optima expositione tuæ religiositatis accensi, rogamus sanctitatem tuam ut ores pro nobis quod in fidei pietate perstemus et diligenter seruemus uitæ munditiam. hoc namque de nobis tuæ religiositatis est lucrum, ut filii tui animi uirtute proficiant.

Omnem quæ tecum est fraternitatem ego et qui mecum sunt, plurimum salutamus. 10

247a Iudicent et de istis qui beati Theodoreti ac beati Ibæ dicta condemnent, et pariter
Lp 319 de Antiocheno præsule sancto Iohanne, qui talia scribentes minime respuit.

Lp 320 M938 Epistula, inquit, Theodoreti episcopi ad Helladium Tarsensem, qui ei scripserat et direxerat ei litteras quæ a Constantinopoli uenerant. scripsit uero ei hortando eum ut uniretur Antiocheno, firmans quod a nemine cogeretur depositioni consentire personæ

248 [160] Et litteras quas tua sanctitas destinauit, inspexi et magnificentissimi atque gloriosissimi quæstoris epistulam legi, quam per deo amicissimos Donatum presbyterum nobis et Acacium diaconum destinauit. legi uero et aliorum litteras amicorum et inueni quod omnes pro pace nobis hortatus offerrent. memor uero est et sanctitas tua quia et a principio esse orthodoxam dixerim epistulam quæ ab Ægypto directa est, et nullam circa eam quandolibet discordiam habui. hæc igitur apud memet ipsum cogitans omnia et quod unum sit ecclesiæ dogma et quia hæreticorum illorum capitulorum uirtus euacuata est, dum duæ naturæ pro una prædicentur et confessa est impassibilis deitas, collocutus sum domino meo deo amicissimo episcopo Iohanni et inueni eum et pro orthodoxia studiose certantem et ecclesiæ unitiorem fieri festinantem et depositionis subscriptionem minime exigentem ab eis qui id facere nollent. inueni uero et eos qui sunt secundæ Ciliciæ, ad eum communionis epistulam destinasse. necessarium igitur aestimaui dirigere honorandissimum et reuerentissimum presbyterum Basilium cum his litteris et rogare sanctum tuum caput ne prodas gregem tibi commissum, dum causæ nullius intersit. nam per gratiam dei et recta fides obtinuit et ad iniustitiam nos secum nullus impellet. quæso igitur sanctitatem tuam iterum iterumque ne differas litteras, sed ut scribas et salues ecclesiam, quando quidem nec tua conscientia uulneratur. nec enim nos iustus iudex alienæ iniustitiæ exigit ultiones; inquit enim: qui ligat sarcinam, ipse et portabit; et qui uuam acerbam comederit, eius dentes obstupefient. nos conuenit et contentiones sistere et ecclesias coniungere et commissas a deo non prodere oues, ne ob hoc tormenta soluamus.

20—22 adfert Rusticus p. 182, 14—16

2 præter ista <i>scripsi</i> præterita M	3 satis <i>Lupus</i> sacris M	5 præcucurrimus M	7 optime M
13 CCXLIII M	14 constantinopolim M	15 antiocene M	19 aliorum <i>scripsi</i> alio M
alias <i>Lupus</i>	24 confessa est <i>scripsi</i> confesse M	27 qui id <i>scripsi</i> quid M	30 tuum caput
<i>dupliciter scripsit</i> M	32 tua M	iterum <i>scripsi</i> et M	33 salues ecclesiam <i>Lupus</i> salutes ecclē M
ne M	35 portauit M	aceruam M	36 obstupeficient M

Epistula, inquit, eiusdem ad Cyrillum Adanensem, quam scripsit rogans et ipsum ut Lp 322 pro pace satageret, confisus quia nihil ab eo expeteretur nisi sola communio

Tempus, inquit, pugnae et tempus pacis sapiens Salomon, res bene dispertiens **249** [161] et quid sit proprium temporis cuiusque, determinans. igitur praesens tempus non ^{Eccl. 3, 8} belli, sed pacis est. nam et apostolica doctrina per dei gratiam tenet et haereticorum 5 quieuit noua uox dogmatum et unus est sensus ecclesiae et secum nos iniustitiam facere nullus impellit nec ad damnationem quisquam cogit insontis. et haec manifeste cognoui colloquens domino meo sanctissimo et deo amicissimo episcopo Iohanni et subtiliter eius intentionem comperiens. dignare igitur, sanctissime domine, quia et hi qui ad secundam Ciliciam pertinent, ad eum synodicam direxerunt, communicatores ep. 247 M939 se eius litteris confitentes, hortari dominum meum deo amicissimum episcopum Helladium 11 ut pro unitione curet ecclesiae, quando quidem nec eius conscientia uulneretur. oportet enim sanctitatem tuam pro ecclesiae pace curare (sufficienter quippe inuicem, uelut in nocturna pugna, consumpsimus) et operare ut nosmet ipsos de reliquo cognoscentes, iam tandem amplectamur et pacem. 15

Et has superiores epistulas ex nomine Theodoreti positas non me arbitror inaniter **249a** transtulisse, licet rationabiliter ambigam utrum uere sint eius. sed idcirco id egi ut quia talibus aduersarii abutuntur, etiam circa haec instruantur orthodoxi per gratiam Lp 323 dei. qui enim beati Ibae damnari <uolu>nt epistulam, eius abnuunt esse, quae etiam gestis uniuersalis concilii absolute eius sub nomine continetur. absque dubio Theodoreti credi desiderant, eo quod eas operi suo Irinaeus ille contexit, qui dum prius acer- 21 rimus Nestorii defensor exstiterit, postea anathematizanti eum cum dogmate suo communicabat ecclesiae, unde aliis et ipsi Theodoro magnopere duxerat exprobandum, ac ne hoc tantum laicus agere uideretur, a Domno Antiocheno praesule Tyrionum metropolis episcopus ordinatus est. multa enim talia eius inter has epistulas dicta pro 25 inutili longitudine praetermisi, cuius ad hoc aliqua transtuli, ut eius intentio nosceretur. primus ergo hic ipse Irinaeus, deinde consimiles eius abusi sunt talibus, ut quasi de mutabilitate Theodoro exprobrarent: abutuntur his et Acephali, dum certe in non dicendo Epheseno secundo concilio apud eorum auctorem Dioscorum nulla ex his legatur obiecta. quos certa immaniter <non> uidentes ad hoc impulit indigentia obiectionum, ut de illis 30 quoque addicendus iudicaretur quae aduersum XII capitula ante pacem conscripserat. sed hanc obiectionem serotinus et nouellus error a ueteribus mutuatus est, aduer- Lp 324 sariorum testimonia digna fide dicendo; ego autem scripta haec tanto in melius accipienda perspicio, quanto Theodoro probari potuerint, licet in eis illa intentione quam uidere non uolunt, post ecclesiae ex parte unitiorem de beati Cyrilli dictis destruere et 35 iniuria damnatum uideatur dixisse Nestorium. tota namque intentio pro caritate secundum deum proximorum fuisse monstratur, qui hoc solum suadere studuit ut ad ecclesiae Christi pacem trahens Orientis episcopos nullum foris ab ea aeternae tradendum

3 CCXLIII M 4 temporis cuique M tempori cuique *Lupus* 8 collequens M 10 ad
eum *scripsi* addet M 10 communicatorem M 11 hortare M 13 pace curare *scripsi* pcurare M
14 operare *Lupus* operate M
16 CCXLV M 18 quia *Lupus* qui M aduerii M 19 damnari uolunt *scripsi* admu-
rint M 21 contexa M 22/23 communicabat *scripsi* communicat M communicauit *Lupus*
24 dñō M 26 inultili M 28 exprobrarent M abutunt M 29 ephese non M
30 quos *scripsi* quod M non *addidi* 32 obiectionem serotinus *Lupus* obiectionem serotinum 1
ueteribus *scripsi* ueteri M mutuatus *Lupus* mutatus M 34 probari *scripsi* probare M

perditioni reliquerit. quod tunc eis aliter suadere non poterat, nisi talia interim uerba misceret, quippe quando et ipse sanctus Iohannes Antiochenus præsul cum coadunatis sibi coepiscopis suis, id est magno illo sene Acacio Berœensi et Paulo Emeseno et aliis simili hæc intentione tolerabat. quis igitur sic maliuolentia cæcus sit quem ad malam suspicionem sola hæc dicta inclinent et ad intellectum potius boni propositi
 M 940 effectus ipsi non trahant? qui longe clarius meliores existunt, quoniam tot pastores et plebes et abstulit Nestorio et ecclesiæ reddidit unitati. nam fructus horum scripto-
 Lp 325 rum illi nimirum sunt quos legemus post paululum uno spiritu damnatis erroribus **, ad quod nisi tali dispensatione perducere non poterant. intellexisse uero nos integre Theodoreti intentionem et ex ipsa circa fidem Nestorii et eius aduersitate cognoscant. 10
 ep. 209 nam dum Nestorius unitiæ Cyrilli ad Iohannem epistolæ fidem clarissime impiam demonstrare festinet, eam Theodoretus constantissime asseuerat orthodoxam et insuper post tales ad se Nestorii litteras hoc idem faciendo persistit, ad Helladium metropolitanum
 p. 180, 20-22 episcopum in sua epistula dicens: »memor est autem sanctitas tua quia et a principio orthodoxam esse dixi epistolam quæ ab Ægypto directa est, et nullam circa eam quando- 15 libet discordiam habui.« quod ei ille Alexander, qui ab hoc ipso Irinæo per omnia
 p. 175, 3-5 ualde laudatur, in epistula quam supra posuimus, impropere dicens: »non uero miretur religiositas tua quod tu quidem scribas illa, qui Cyrillum putas orthodoxum, ego uero ista, qui Cyrillum habeo hæreticum.« quæ omnia euidentius elucent, si scriptis his Theodoreti illa Nestorii conferamus. 20

Lp 326 Epistula, inquit, eiusdem ad Mocimum deo amicissimum œconomum Hierapolitanæ ecclesiæ, per quam significat quod in Antiochiam ingressus Iohanni collocutus sit et ea de quibus agitur, decenter et optabiliter composuerit

250 [162] Qui facit omnia longe melius quam petimus uel intellegimus, præparauit nos colloqui cum domino meo sanctissimo episcopo Iohanne et sermone de singulis habito, 25 terminum quem uolebamus, accepimus. inuenimus quoque remedium quod sufficiat domino meo deo amicissimo episcopo uestro, subtilitatis dogmatum causa. dignare igitur, deo amicissime, præloqui religiositati eius et eum nobis ad persuadendum facilem præparare. speramus enim quia, iubente deo, circa diem mensis huius uicesimum et omnem uobis collocationem nostram narrabimus, ut et uos domini mirabilia ob- 30 stupescatis.

Qui nobiscum sunt, salutant tuam religiositatem.

Lp 327 Epistula, inquit, Meletii, quam scripsit ad deo amicissimum episcopum Alexandrum, indicans quod communicauerint secundæ Ciliciæ sacerdotes, primæ uero eos sequi potius uellent 35

251 [163] Re uera, nisi dominus sabaoth reliquisset nobis ueritatis semen sanctitatem tuam, sicut Sodoma fuisset et quasi Gomorra similes essemus effecti. qui
 Rom. 9, 29 enim uidentur adhuc pro pietate configere, ut non dicam cuncti nos, erubescendo tuæ sanctitatis pro pietate constantiam, uidentur utcumque hactenus recertari, ut post

1 aliterer M	3 beroensi M	8 damnatis <i>Lupus</i> damnatur M	<i>lacunam statui supplendo</i>
ad ecclesiæ pacem rediisse	12 asseueret M		
21 CCXLVI M	21/22 hierapolitanum ecclesia M	24 qua M	30 narrauimus M
33 CCXLVII M	dñ M	37 sodomara M	38 <i>malim</i> uidebantur
confringere M	39 proprietate M	uidetur M	recertari <i>scripsi</i> recertans M

bella, inuiti, cunctantes et quasi rationes deo non simus reddituri, ad quem referri contingit huius certaminis causam, dum certe fructus seruetur restituendus in tempore suo his qui ex tota uirtute diligunt deum et ob hoc sincerissime in præsenti ostendunt pro pietate constantiam. sed optamus donari nobis tuam diutissime sanctitatem, eam quæ in hac uita emersit, caliginem dissoluentem perfectæ circa deum notionis festa lampade. nos autem, sicut iussisti, domine meus, deo amicissimo episcopo Helladio sanctitatis tuæ misimus litteras et reciprocas suscipientes tuæ sanctitati direximus. quæ autem circa nos agantur, ueremur edicere. unde id omittens, quæso sanctitatem tuam, consuete ora pro nobis, ne nos ualeat impietatis unda sommergere, quæ intolerabilis, ut uidetur, existit, nisi diues quædam desuper gratia uenerit. 10

Epistula inquit, Helladii ad deo amicissimum episcopum Alexandrum, qua indicauit Lp 328 quod secundi quidem Cilices communicauerint, compellitur uero et ipse ab omni clero et episcopis prouinciæ suæ Antiocheno coniungi, dicentibus sibi præfatis ne deteriora mala contingant his quibus nunc coartatur ecclesia

Conuenientia quidem tui apostolici propositi et zeli quem pro pietate geris a principio usque ad finem, et ista sunt quæ nuper nobis per deo amicissimum episcopum Meletium tuæ sanctitatis porrecta sunt scripta. ego uero et quæ scripsi et quæ locutus sum reuerentissimo illi et optimo, minime obliuiscor et nunc tuæ deoamabilitati hæc ipsa significo quoniam dum multa ac pessima contra ecclesiam dei mala uersantur ** ad medium ad uenditionis et emptionis et præsunt homines praua sentientes et operibus indiscreti et alia inoptabilia et uitanda, quorum nec numerus potest explicari, quid agam, repperire non ualeo. nam quiescere quidem et meam solius obseruare animam æstimo amplectendum, sicut testis est conscientia mea, et multi emere uelim ut a principio usque ad finem æquali uterer uita, nihil pro commissi ministerii necessitate relaxans neque meliore ** uel ut ita dixerim, conuersatione prælata. sed si prodidero iterum quibus non oportet, ecclesiam dei et fidelissimos Christi populos, nescio an uel parua mihi satisfactionis particula in diem iudicii relinquatur. unde omnem simul securitatem omnemque pariter curam iactans in omnium dominum, in ipsum solum confido, Ps. 54, 23 præcipue uidens quod omnis noster deo amicissimus clerus et fere cuncti sanctissimi episcopi compellunt nos ad coniunctionem prospicere. et secundi quidem Cilices, quod et tu, deo amicissime, iam fortassis audisti, et pacificati sunt et Antiocheni sunt amplexi communionem et qui apud nos, peragere hæc ipsa festinant; ego uero remansi cum duobus deo amicissimis episcopis tantum, non minor zelo, ut arbitror, pietatis a tua sanctitate, deliberans una cum eis neque præter domini Christi facere uoluntatem neque ecclesiam dei et fidelissimos et amatores Christi populos prodere. tuæ sit orationis, domine mi, de reliquo, ut sicut desiderii nostri est, ita hæc pia dirigatur intentio. 35

1 cunctantes scripsi temptantes M 4 proprietate M 5 caligine M 6 amicissime M
7/8 direximus, quæ Lupus direximus que autem scitanti direximus quam M
11 CCXLVIII M 15 proprietate M 17 quem scripsi M 19 lacunam statui sup-
plendo e. g. et fides portatur 20 scripserim uenditiones et emptiones 21 explicare M
23 testis Lupus estis M 24 uterer uita Lupus utere ruina M 25 lacunam statui coniciendo
meliori <hac cura> prodidero Lupus prodero M 28 dno M 33 a tua Lupus ut uas M
35 tua M

Lp 330 M942 Epistula, inquit, deo amicissimi episcopi Alexandri, quam Tarsensi rescripsit, uituperans quidem scripta ipsius, ammonens uero eum ne desereret ea quæ semel deoamabiliter iudicasset

253 [165] 1 Iudicium quidem de talibus, deo amicissime domine, tuæ est per omnia deoamabilitati conueniens, per omnes spiritales uiuenti uirtutes; ego autem rogo ut illud mente 5 percipiat deoamabilis anima tua, quod ubique per orbem tempore isto [quod] publica exeritur audacia ab ægrotantibus eam hæresin quæ nuper emersit, aut ei præbetur locus

Os. 4, 14 ab eis qui esse sani uidentur, et clare illud propheticum opere perpetratur quia et ipsi commiscebantur meretricibus et cum consecratis idolo sacrificabant et intellegens populus, quin immo, ut ulterius repetatur, sacerdotes 10 qui intellegunt, complicabantur fornicatæ. quid igitur, quæso, conuenit ulterius sustinere eos qui secundum ueritatem pro pietate certantur, nisi utique ut pellantur et exilientur et persecutionem sustineant omnemque speciem tormentorum circa apostoli

2 Tim. 3, 12, 13 sententiam? qui ait: omnes enim qui uolunt pie uiuere in Christo, persecutionem patientur; mali uero homines et deceptores proficient in 15

2 peius, errantes et in errorem mittentes. sed ecce, ut scripsimus pridem, serenissimus et mansuetissimus imperator noster, dum certe sicut contra hæreticos ad

ep. 228 cf. 231 eum accusatores nostri rettulerint, nihil nobis proposuit aliud nisi ut aut communicemus orthodoxiæ proditoribus aut segregemur ab eis; nos autem, qui pro pietate certamus, quid oportuit sustinere? requiem honorem gloriam permansionem temporalem 20 et, ut complexe dicamus, præsentis temporis fruitionem an omnem speciem tormenti et pœnæ? nullus enim, dum pro pietate certaretur, distributis umquam deputatisque

Lp 331 tormentis abscedit, sed e diuerso suo quidem proposito ad dira omnia præparatur, necessitate uero corruptibilis corporis una uel secunda pœna ad finem peruenit meliusque iam fuerat a principio non extitisse nec multos ad pietatem in nobis adtonitos roborasse 25

3 quam nunc ad tam mansuetam propositionem clementemque torpescere. et hæc nunc mihi non ad tuam religiositatem dicta sint, sed ad meam meditationem propter secundas has litteras. tria sunt ab Antiocheno commissa, communicio cum hæretico, rectæ fidei anathematismus, orthodoxi hominis depositio. quid horum, quæso, primum excusare ualebimus et pro quibus ei communicare uitabimus? nam duo 30 quidem manifesta sunt quod ab eo in deum commissa sint, tertium uero in hominem. uerum quia dei sacerdos est læsus, et hoc quodammodo refertur ad deum. illud uero

1 Reg. 2, 25 Heli cogitato sacerdotis: si peccauerit, inquit, homo in hominem, et orabunt pro eo. quomodo igitur est possibile ut nos pro pietate certantes deseramus quæ prima et quæ necessaria sunt causæ et pro iniquitate quæ in personam commissa est, 35 resistamus, et de pietate quidem <ut> pro nihilo taceamus, obiciamus uero non nos ei esse in deiectione participes ex quo semel eius communionem fuerimus amplexi? ego uero et ordine et consequentia progrediens * credo in dominum Christum, quia etsi exilium

M 943 nobis minentur et mortem, communicare ei nullatenus sustinebo, quando et decies milies esse orthodoxus prætendatur, idcirco præcipue quia communicauit hæretico et 40 abiurauit rectitudinem fidei. qui uero nunc boni sunt circa nos per suos proprios,

1 CCXLIX <i>M</i>	1arsensis <i>M</i>	4/5 deoamabilitate <i>M</i>	6 percipias <i>M</i>	quod <i>del. Lupus</i>
7 heresis <i>M</i>	9/10 sacrificabat <i>M</i>	10 ulterius <i>scripsi</i> ueterius <i>M</i>	11 cōplicantur formicare <i>M</i>	
quid <i>Lupus</i> qui <i>M</i>	12 certantur <i>scripsi</i> errantur <i>M</i>	certant <i>Lupus</i>	13 exilienter <i>M</i>	15 pa-
tienter <i>M</i>	proficiunt <i>M</i>	19 proprietate <i>M</i>	22 proprietate <i>M</i>	23 abscondit <i>M</i>
propositu <i>M</i>	24 coptibilis <i>M</i>	26 mansueta <i>M</i>	27 tua <i>M</i>	29 recta <i>M</i>
				quod <i>M</i>
34 proprietate <i>M</i>	36 ut <i>addidi</i>	37 deiectionem <i>M</i>	38 lacunam statui supplendo dico sicut	31 deo <i>M</i>

per quos ad nos scripta miserunt, et ipsam, tempori succumbentes, addixere personam, qui quid ipsi personæ scripserint pridem, quando meliorem de ea gerebant spem, tuam
 4 non latuit sanctitatem. nonne autem stupendum seu mirum quod nobis in præsentis certaminis temptatione contingit idem, falsa eorum qui nos amare uidentur, misericordia, ueritate uero oderunt, et reprehensiones et contumeliæ et subsannationes et exprobra- 5
 tiones eorum qui circa tempora immutantur nec pro ueritate certantur, et blandimenta priorum et ipse circa eos nec rationabilis neque necessarius noster affectus? per hæc namque uniuersa et temptati et probati sunt qui Christi martyres confessoresque sunt pietatis effecti, et alii quidem uicerunt, nonnulli autem plerumque succubuerunt. Lp 332
 quem namque eorum non circumdedit multitudo affinium coniugum filiorum fratrum 10
 parentum amicorum uicinatorum sodalium affectus firmamenta monstrantium et a constantia circa deum separare temptantium? non habemus pecunias et munera et naues plenas oneribus, quæ mittamus; sed habemus orationes et lacrimas et gemitus compunctionem et ad dominum uigilias. his namque armatur ueritas, illis autem
 5 multitudo contra ueritatem. sed sub debito sunt, inquit, ecclesiæ nostræ. ergone 15
 ob hoc despicienda est pietas? unde uero et debent? numquid deliciati sumus ex eis? numquid donauimus nostris? numquæ nostra soluimus debita? quod etsi eis thesauros decem milia congregemus, nonne bonum est ut uerba domini Christi teneamus in mente: quid enim prodest homini, inquit, si totum mundum lu- Mt. 16, 26
 cretur, animæ uero suæ faciat detrimentum? instant enim nobis cogitationes 20
 huiusmodi, quas per gratiam dei alteris cogitationibus sobriis et uerbis scripturæ destruimus; bonum uero est in tali statu sistentibus illa diuina monita meditari, quæ inquit: hi in curribus, et hi in equis, nos autem in nomine domini dei nostri Ps. 19, 8
 inuocabimus, et contra me, inquit, garriebant qui sedebant in porta, Ps. 68, 13, 14
 et in me psallebant qui bibebant uinum, ego uero et oratio mea ad te, 25
 deus; tempus beneplaciti deus, et illud Hieremiæ: ego autem non destiti Jer. 17, 16
 post te consequendo et diem hominis non desiderauit, et quia non sunt Rom. 8, 18
 dignæ passionis huius temporis ad futuram reuelari in nobis gloriam. quæ autem nuper magnis contra me elicerunt studiis, requies mihi sunt et libertas, si hoc permiserit deus, ab hoc prælio non dicendo. quam enim speciem contrarietatis 30
 non aduersum me Antiochenus exercuit? nonne militum magistros et iudicem aduersus meam armauit humilitatem? nonne martyris ecclesiam a me abstulit, in quam fere trecentas auri libras expendimus et ecclesiam sub debito fecimus? nonne inuasit parœcias? nonne militarem commouit cohortem contra episcopum senem M 944
 introduxitque eo expulso sacrilegum? nonne alibi fornicarios et inustos stigmatibus 35
 criminum ordinauit? nonne hanc omnem, <quod> ad se adtinet, regionem aduersum nos irritauit? et per eum qui me confortauit, gaudium et corona et exultatio et Lp 333
 exercitium et unctiones mihi hæc omnia facta sunt, ut experimento discerem quia in multa probatione tribulationis abundantia gaudii nostri est. ad commemorandam uero religiositatem tuam et eorum <quæ> ab Epheso pridem scripsimus ad sanctas dei 40 ep. 110

2 qui quid scripsi quicquid M	11a M	4 cerminis M	5/6 exprobrationes M
7/8 necessarius-namque dupliciter scripsit M	10 quem namque Lupus que tamque M	quo iungum M	
11 firmamenta scripsi firmenta M firmitatem Lupus	12 separare scripsi reparare M	15 multitudo M	
debito Lupus sepito M	ergone M	18 unum M	19 tenemus M
26 beneplaciti M	heremie M	32/33 martyris ecclesiam — in quam fere Lupus	martyris in quam
ecclesiam — fere M	34 parœcias M	parochias meas Lupus	35 sacrilecum M
iniustos M	36 quod add. Lupus	37 irritauit scripsi imitauit M	gausium M
38 disserem M	40 quæ add. Lupus		coram M

Orientales ecclesias, transcribens ex chartis ecclesiasticis, quæ apud nos sunt, exemplar tuæ sanctitati direxi.

Hic illud non posui, quia supra iacet.

Lp 334 Epistula Theodoretī, inquit, episcopi ad deo amicissimum episcopum Alexandrum, quam scripsit postquam ingressus Antiochiam Iohanni est collocutus, unde præfatus senex deo amicissimus eius, id est Theodoretī colloquium non est passus ulterius

254 [166] Ego, etiamsi me tua religiositas persequatur et pellat et utatur inuectiuis contra nos, non desinam procidens supplicare et prouolui infimis pedibus sanctitatis <tuæ> et tenere illa genua quæ in orationibus expendisti, et quæ ad obsequium pertinent, 10 uniuersa peragere, quibus testimonium ea quæ nuper acta sunt, perhibent. post turbas enim decem milia et non pauciores perturbationes quas sustinui, uidens in magno periculo animas quæ commissæ sunt nobis, in domo facto colloquio uniuersa nobis per gratiam dei uotiuè peracta sunt; seruo autem narrationem colloquutionis futuræ. inuenimus enim et satisfactionem quæ tuæ mundæ conscientiæ satis sit et ab omni eam 15 dubitatione ualeat præmunire; cui et Isauri cedentes et Cilices amplexi sunt communionem ad dominum meum sanctissimum episcopum Iohannem. spero autem, concedente deo, ad tuam uenire circa diem mensis huius uicesimum sanctitatem.

Omnem quæ cum tua religiositate est in Christo fraternitatem ego et qui mecum sunt, plurimum salutamus

20

Lp 335 Epistula, inquit, deo amicissimī episcopi Alexandri ad Theodoretum, qua respondit ad supra scriptam indicans quidem causas quæ id non sinerent fieri, rogans uero ne ob hoc sibi de cetero instaretur

255 [167] 1 Arbitror quod religiositas tua non solum nihil omiserit eorum quæ ad saluationem Mt. 18, 12 pertinent infelicis animæ meæ, sed et supergressa sit illum pastorem uelocissimum qui 25 in euangelio legitur. ille enim semel iit ad montes ad ouem quæ perierat inquirendam; tua uero sanctitas et Arbathimilam montem et Hierapolim et Zeugma et Antiochiam nunc adiit ad animam meam, quæ periit, inquirendam quiesce igitur, quæso, de M 945 cetero et ipse fatigari et conterere nos. ego enim non quomodo agant Cilices et Isauri, intendo; sed si omnes qui fuerunt a sæculo homines a mortuis resurgentes Ægyptiæ 30 abominationis impietatem pietatem uocent, digniores eos fide nullatenus duco ab scientia 2 quæ mihi deo largiente donata est. et nihil horum quæ scripturus sum, dicerem, sicut testis est ueritas, nisi talia nobis, quasi exquisita propter nos satisfactione, per epistulam tua sanctitas indicasset arbitror autem quod ego potius locum habuerim tuæ scribere sanctitati deposuisse quidem me talem prætentum, inuestigasse autem 35 ueritatem pro talibus causis sancti monachi qui sunt Alexandriae, epistulas diuexerunt per Chometum his qui in Ægypto fuerunt, Acacio reuerentissimo diacono et xenodocho et Scyllacio religioso presbytero et archimandritæ et Agapio reuerentissimo presbytero et

8 CCL M inuectiuis scripsi nectibus M 9 infimis scripsi in eius M 10æ addidi
10 tenere Lupus temeri M pertinen M 11 actua M 12 sustinui Lupus sustinuit M
13 colloquia uniuerso M 16 præmunire scripsi peruenire M isari M
21 CCLI M 22 supra scriptam scripsi scām M 23 instauretur M 26 huius M inquir-
rendum M 27 Arbathimilam scripsi cl p 133, 25 135, 12 harbath meum M hierapoli M
zeugma M 30 intendo Lupus intendunt M 35 tale M prætentum scripsi puentu M
inuestica se M 38 scyllacio M

gazophylaci, execrantes impietatem Cyrilli et pestilentiam quæ comprehendit ecclesiam dei, et sibi indicari rogantes si aliqui deo amicissimorum episcoporum per Orientem Lp 336 relictis sunt, qui non sunt huius temporis facti, ut si remanserunt, scriberent eisdem monachis ut uenirent et habitarent sub umbra eorum. »hic namque«, inquiunt, 3 »ab altis sedibus deus passibilis prædicatur«. deo amicissimus presbyter et archiman- 5 drita Parthenius et mihi <scripsit> et tuæ religiositati direxi epistolam quia cum fiducia ep. 240. 241 nunc in Constantinopolitana dogmatizantes ecclesia dicunt quia ille immortalis est mortuus. et ante paululum quam susceperem tuæ religiositatis epistolam, undecimo ep. 254 quidem die ueniens indicauit quod propter hanc hæresim ab ipsa ecclesia infinitæ se multitudines separarunt; Andreas uero deo amicissimus episcopus ante hos mihi dies 10 per epistolam scripsit quod in tota Pontica regione deus passibilis prædicetur. deo amicissimus et sanctissimus episcopus ex Ægypto tuæ religiositati per epistolam coindicauit: »Rabbulas de uobis quidem sapit quod pietatem cognoueritis; de nobis 4 uero ubique scribit euidenter nos hæreticos nominans.« qui sunt a secunda Cilicia, ep. 200. 201 mihi synodicum direxerunt, in quo et Cyrillo dederunt anathema et communioni eorum 15 qui eum ut episcopum habent. simili mihi epistula indicauit Helladius quod similia et ipse decreuerit et una sententia sit his quæ deo amicissimis secundæ Ciliciæ episcopis placuerunt et quia nonnulli illius regionis episcopi altera sapiunt, sui permutatione tempori seruiantes. quinque epistulas habeo deo amicissimorum presbyterorum Photii atque Martyrii, duas quidem communiter scriptas, in quibus orthodoxam epistolam, 20 ep. 72 tres uero a solo deo amicissimo Photio, in quibus eam nominauit hæreticam. deo amicissimus Zebinas, qui in Antiochia fuit, Preponianus eurethe, Eustolianus in Anazarbo ** cum reliquis enim episcopis coram ecclesia anathematizauit Cyrillum et com- 5 municantes Cyrillo. uerumtamen ut comperi nunc, Aurelius Flauius est ** potui ex his, ut prædixi, tuæ religiositati inuestigandæ ueritatis dare consilium, sed præsentis 25 tempore iudicaui tacere. et, per sanctas orationes tuas, omnes hi qui condemnauerunt impium Cyrillum, si eum dixerint orthodoxum, permutati circa hanc partem, illorum M 946 forte ponentur a me quorum sanctus meminit Paulus. rogo igitur religiositatem 2 Tim. 3. 13 tuam, quia <nec> insanus sum nec delirus, ut parcas senectuti meæ; sic enim uere noscet Lp 337 sanctitas tua in orationibus ita mea genua laborasse, ut ipse dixisti. ego enim ante 30 triginta annos, dum Iulianus quidam uita euangelica uiuens Apollinari morbo langueret et nominaretur super oblationem in ecclesia Chalenti et uicino monasterio, usque ** auferretur nomen; et scierat etiam illud quia decem milia mortes sustinere paratus sum quam tali communioni præbere consensum.

Epistula, inquit, Theodoreti ad deo amicissimum episcopum Alexandrum, qua significauit 35 Lp 338 quod Cilices et Isauri subscriptis condicionibus Antiocheno sunt adunati

Seu suscipiat quæ a nobis uel apud nos aguntur, sanctitas tua siue etiam non, 256 [168]

2 rogantes <i>Lupus</i> roganti <i>M</i>	aliquid <i>M</i>	6 scripsit <i>addidi</i>	fiduciam <i>M</i>	7 constantino-
politane <i>M</i>	10 multitudini <i>M</i>	11 epla <i>M</i>	12 epla <i>M</i>	12 ex Ægypto] <i>res obscurissima</i>
15 direxerint <i>M</i>	communion <i>M</i>	16 similia <i>scripsi</i> simul <i>M</i>	17 sit <i>scripsi</i> in <i>M</i>	amicissi-
mis secundæ <i>Lupus</i> amicissimisse <i>M</i>	22 eurethe <i>corruptum</i> , conicio Arethusæ	23 lacunam statui;		
<i>supplementum incertissimum</i>	cora <i>M</i>	24 ut <i>scripsi</i> et <i>M</i>	fianius <i>M</i>	lacunam statui;
obscura omnia	27 orthodoxa <i>M</i>	29 nec <i>add. Lupus</i>	sic <i>Lupus</i> si <i>M</i>	uero nosset <i>M</i>
30 laborasse <i>Lupus</i> laurasse <i>M</i>	31 apollinari <i>M</i>	32 lacunam agnouit <i>Lupus</i> laboraui dum		
<i>supplendo ad uitam et mortem id egi ut malim</i>	33 et scierat] lacunam statuerim, deinde scripserim			
et scire erat				
35 CCLII <i>M</i>	dm <i>M</i>			

nos non quiescimus illa facientes tota uirtute quæ coram terribili illo tribunali damnationem nobis qualemcumque non inferant. etsi in aliis enim neglegentes et fastidiosi sumus nullamque rerum diuinarum facimus curam, sed in talibus et oramus et satagimus ne studiosis bonorum multo infirmi simus. innotesco igitur sanctitati tuæ quia Cilices et Isauri et eulogias Antiochiæ direxerunt et in litteris suis ut episcopos 5 nominarunt et Alexandrinum et Constantinopolitanum, adicientes non se communicare depositioni sanctissimi episcopi Nestorii. hæc mihi indicauerunt amicorum nonnulli communium, mandantes ut etiam nunc tuam deprecere sanctitatem et ad sanctos pedes tuos cadam et persuadam quatenus his quæ cunctis placuerunt communiter, acquiescas. putant enim me cunctorum omnia posse apud sanctitatem tuam. unde iterum rogo 10 animam tuam sanctam ut suscipias hanc deprecationem meam et condescendas pro ecclesiæ pace.

Lp 339 Epistula, inquit, deo amicissimi episcopi Alexandri, quam rescripsit deo amicissimo episcopo Theodoreto, insinuans quod nihil interesset apud se quod Cilices et Isauri Antiocheno communicassent, quando ipse omnia sustinere <pro> pietate delegerit 15

257 [169] Ab initio ego nec uos nec Cilicas sum secutus, et maxime uos, qui aliquando quidem super nubes uolatis, aliquando uero ad illius genua ut dediticii obseruatis, qui per orbem terrarum notatus a uobis est, et utraque propria estis uoluntate perpassi. uos autem dixi, ut facerem commune quod tuum est. sed a principio memet ipsum a Cyrillo impio separaui et a communionibus ei qui usque ad præsens pro sua impietate 20 certatur, uos maxime suæ hæresis cooperatores accipiens. nihil enim nunc usque nos latuit eorum quæ ab illo conscripta sunt, sed inter manus habemus et ea quæ ad M 947 ep. 145 Berœensem scripsit Acacium, et ea quæ per Emesenum Paulum, et quæ aduersum tuam ep. 72 religiositatem scripsit, et quæ ad clericos suos Constantinopoli remorantes, et quæ ad ep. 173 cp. 76 Melitinensem Acacium, postquam cum Paulo fœdus communionis iniit, ubi et acriter 25 pro sua hæresi agit. Antiochenum namque nec habui hæreticum umquam nec habeo, etsi propter tempus inter utramque in nonnullis uariari partem temptet.

Et post alia: Coniuro igitur te per sanctam trinitatem ut adire me desinas. spero siquidem in eo qui crucifixus est quique apud me ualere fecit amplius pietatem et a Lp 340 quattuor gubernatoribus et ab aliis mundi iudicibus quiete superatus est nec permis- 30 surus <est> me scandalizari per te. ego enim cum tanto iam gaudio me expulsuros excipiam, ut si auri mihi ulla copia, exceptis uasis ecclesiasticis, esset, plures eis eulogias quam pro bonis nuntiis darem. nam quia ecclesia nostra nec habet quodcumque nec habuit neque ego accepi neque tribui cuilibet usque ad obolum unum, sæpe me arbitror intimasse. unde nec codicem quemlibet eicere pertuli, sed nec unum per 35 gratiam Christi obolum ex ecclesiastica facultate; sed ex his quæ mihi direxerint amici, habeo ad animalium conductionem, et sic sum cottidie quasi in fryctoria positus, do-

23/24 et quæ aduersum tuam religiositatem scripsit] sunt Cyrilli responsiones ad Theodoreti librum contra XII anathematismos

4 malim infirmiores	5 isari M	direxerunt Lupus dixerunt M	7 nonnulli Lupus nulli M
10 putans M	cunctor omi M	11 condescendam M	
13 CCLIII M	15 pro add. Lupus	17 genuas M	qui per scripsi quippe M
22/23 abero enensem M	25 me itense M	26 antiocenus M	27 partem temptet scripsi
ptemptet M	28 adire scripsi ad M	30 quattuor gubernatoribus]	id est Anna Caipha Herode Pilato
31 est addidi	34 tribuit M	addbolum M	35 edicem M
scripsi fryctoria M			37 fryctoria [= φρυκτωρία]

mino teste. absque enim necessitate inrefutabili pascua non relinquo, dei iudicium metuens, ne et hic inter temptationes ab eo constitutas et in futuro rationem relictionis exsoluam. necessitas autem et hic nos a dubitatione et illic a damnatione liberos præstat. non igitur huius rei gratia tua religiositas fatigetur, sed oret pro nobis tantummodo.

5

Theodoreti ad Nestorium, inquit Irinæus, sanctissimum, ut persuaderet sanctissimum Lp 341
Alexandrum adunari Antiocheno

Domino meo et secundum ueritatem deo amicissimo atque sanctissimo patri et 258 [170]
episcopo Nestorio Theodoretus in domino salutem. Pessime quidem ægrotaui postquam redii a Germanicia; amplius uero me conficiunt et ualidius cruciant ea quæ geruntur 10 circa dominum meum sanctissimum episcopum Alexandrum. nec enim domini uerbis acquiescere patitur dicentibus bonus pastor animam suam ponit pro Ioh. 10, 11 ouibus suis, nec iuramentis beati Pauli, quibus usus est ** ad suadendum nobis, Rom. 9, 3 quod anathema fieri a Christo iurauerit pro impiis Iudæis; sed uult commissa sibi pascua prodere et ultiones ob hoc debitas pro nihilo deputat. unde iterum tuam sanctitatem 15 rogo ut ei scribas et eius sanctitatem persuadas Paulum audire dicentem quia non quæro 1 Cor. 10, 33 quod mihi soli expedit, sed quod pluribus, ut saluentur, et acquiescere ut pusillum delinquat. sic enim ponamus quasi et hoc fiat, ut a multo delicto ceteros liberet; scis enim clare quod dico, deo amicissime domine, et nosti causas mei doloris. unde nec pluribus uerbis indigeo, sed tuæ supplico sanctitati ut ei uehementius increpes. 20 M 948 arbitror enim quia si id fiat, non refutabit nostra colloquia, atque ita, deo fauente, difficilia cuncta soluentur.

Dubitare me fateor an supra scripta epistula Theodoreti sit credenda, qua hortari 258a
narratur Nestorium ut eius correctione Alexander, id est quasi alter Nestorius corrigatur, Lp 342
dum tria et eadem uterque proponeret, id est ut Cyrilli scripta decernerentur hæretica, 25 ut non damnarentur Nestorii dogmata, ut eius delectio solueretur; alioquin ut, quod erat residuum, non communicarent his qui ista rennuerent. Theodoretus autem contrario euidenter tramite means, perspicue ad id colloquium quærere apparebat Alexandri, ut ei de communione cum Iohanne ineunda <persuadere> posset. tale igitur erat, si credendum est, quod Nestorio suadere susceperat, ac si diceret: »increpa 30 Alexandrum, cum communicat tibi ac tuis et non potius communicatoribus Cyrilli depositoribus tuis et anathemantibus dogmata tua«, nisi forte, ut assolet, Theodoretum magnæ utilitatis spes et nimia caritatis intentio assumptæ rei difficultatem non siuit intendere. nihil namque amplius erat agendum quam quo suas partes Nestorius ipse dissolueret et sui causa diruptos ecclesiæ restitueret. una quippe causa erat 35 Alexandri et ceterorum partis eiusdem, et quod in illo optineretur a Nestorio ecclesiæ tot episcopos non * absque gregibus suis, Theodoretus magno utique caritatis cupiebat instinctu. unde necessario et illud euenerat, ut in illo iam cœpta hæresis moreretur Lp 343

6 CCLIII M theodoreto M 7 antiocenum M 9 theodoreto M 10 cluciant M
13 lacunam statui supplendo sanctissimus episcopus Iohannes cf. ep. 210 16 persuasas M paulu-
lum M 17 acquiescere scripsi acquirere M 18 delinquet M 21 quia si Lupus quasi M
refutauit M
23 CCLV M supra scripta scripsi sca M 26 delectio Lupus delectatio M 28 meas M
29 persuadere add. Lupus 37 lacunam statui supplendo manere 38 instinctum M hæresis
moreretur scripsi here firmaretur M

ab ipso auctore destructa, quod si per hanc obtineretur epistulam, de fructu eius omnes, puto, catholici lætarentur. quin etsi, ut contigit, impetrare non posset, ille interim uir ita excitauit quicquid pro ecclesia contra hæresim facere ualuit, ut nihil quod fieri deberet, omitteret, quæ usque adeo mihi summum tenere uidetur intentio, ut nec optento fine melior esse potuerit nec eo qui euenit, debeat iudicari deterior. neque illud autem credo quod talia scripta Theodoretus, si tamen eius sunt, quod ubique dicendum est, absque suæ opinionis apud aliquos offuscatione legenda crediderit. sed quid mirum si æstimationem [apud] quorundam despexit pro tali negotio, pro quo despiciere posset et uitam? nonne apud sapientes et iustos hinc clarus enitescet? sciendum namque est usque adeo ueritatis esse sententiam quia hi qui per animi tumorem ex sua corripui persona non sustinent seu ad recertandum continuo irritantur, detorta in alterius personam correptione monendi docentur, ut eam sanctus Iohannes, præclarus ecclesiæ doctor, Constantinopolitanus episcopus, et utatur multotiens et ualde commendat scripturæ diuinæ explanando sententias. itaque quantumlibet quis præfationem laceret huius epistolæ, quæ forte sola falsantis est, illius tamen rei calumniarum tenebris inuoluere non ualet claritatem, si Theodoretus hortando Nestorium qualiter ad ecclesiam reuocaret Alexandrum, oblique ipsi Nestorio monstrare cupiuit quia et semet ipsum debuit ecclesiæ reddere pænitando.

Lp 345 Epistula, inquit, Meletii ad deo amicissimum episcopum Alexandrum, quam scripsit, quod hi quidem qui erant ex secunda Cilicia, communicauerint, alii uero Cilices et Isauri similiter sint transgressi quæ pie iudicauerint olim

259 [171] Gratias domino deo, qui per singulas generationes elegit eos qui protegant ueritatem, ut quæ perire periclitatur in plurimis, in paucis eius tuitione seruetur, demonstrationem donans per ista plenissimam eo quod impossibile sit omnino conspirationem mali huius ex toto exterminari. manet uero in paucis testimonium quod hæc deo sint placita, etsi omnes pariter ad contraria studia conuertantur. gratias autem domino deo, qui hæc semper quidem ad munimen pietatis dispensat, et nunc uero * tuam sanctitatem ad simile pro nobis obsequium, ut dum periclitetur pietas in omnium uoluntate, apud religiositatem tuam maneat mysterium ueritatis. uerumtamen et humilitatem nostram similibus Paulo illi beato ad tuam uerbis uti sanctitatem conuenit et dicere: omnes nos Cilices reliquerunt, præsens saeculum diligentes, et abierunt unusquisque post cor suum. magis autem tuam quidem sanctitatem ualde ista dicere conuenit, quæ et ante hoc aliis præfulgebat, quando uidebantur defendere pietatem, et nunc in uniuersa terra sola præfulget. nos autem solum grates conuenit reddere omnium domino deo, qui reliquit nobis tempore Christianorum penuriæ sacerdotum et cunctorum simul bonorum solitudinis summitatem et basem et robur et fundamentum tuam sanctitatem, ut nulla exurgente tempestate turbemur, qui et hoc præstet ut usque ad finem nobis tua sanctitas constet (est enim dominus omnium), quo proficiat ad confusionem quidem uniuscuiusque ruentium et ad munitionem permanentium, si tamen adhuc aliquis est relictus. sicut enim uideo, sacerdotum nullus remansit ubique nisi sanctitas tua. sed dignare quæso et pro humilitate nostra orationes facere con-

1 obtinetur M	omnis M	3 excitauit <i>Lupus</i> excitaui M	4 optento <i>scripsi</i> optato M
8 apud <i>deleui</i>	10 quia <i>scripsi</i> qua M	12 persona correptionem M	17 ecclē M
19 CCLVI M	melitii M	22 singulos M	24 conspiratione M
25 exterminium fieri M	27 <i>lacunam statui supplendo</i> ostendit	28 uobis M	29 uoluntates M
30 nra M	31 diligens M	33 præfulgebant M	36 roborem M

suetas, ut digna efficiatur omni qua dignum est uoluptate temptationes sufferre pro Christo.

Irinæus continuo interposuit, <in laudem> præiniciens eius qui composuit

Sapienter quidem deoamabilis ista sacerdos epistula intimauit huic magno ueritatis **260** athletæ; erant uero omni uerbo superiores eius meritorum diuitiæ et pietatis desiderium. ⁵ omnia enim quæ præsentis sunt sæculi, damnum putabat, ut lucrificeret Christum, Phil. 3, 8 circa uocem Pauli apostoli, omnia postponens caritati quam habebat ad deum. unde usque in finem perstitit incommotus idem pietatis propugnator egregius, quin immo turris adamantina, quem tantæ amicorum simul et hostium phalanges ab Iesu iam caritate diuidere nullatenus ualuerunt. sed opus est in eius laudibus immorari, dum liceat ¹⁰ ex litteris quæ secuntur, addiscere quæ pastor Cyrrî Theodoretus ad Antiochenum sua epistula indicauerit quantaque et ipse eum semper ueneratione coluerit qui aduersus eum tales inimicitias exercebat. inquit enim: »recolat sanctitas tua et illa uerba Lp 347 qua ab ea olim dicta sunt nobis, quia domnum Alexandrum omnes pariter et ferimus et portamus et ei importunitatem quamlibet inferri a quocumque non sinimus.« hæc ¹⁵ M 950 enim clara uoce sic dixit, iste uero in suis litteris posuit, sicut continuo uidebimus. p. 192, 4—6 uerumtamen nos non ex his hunc sanctum senem miramur, per quæ eum quidam uel uerbis uel litteris laudauerunt, sed ex confidentia circa deum et pro ueritate certaminibus, sicut ipsæ res prædicant.

Epistula <deo> amicissimi episcopi Theodoreti ad Iohannem Antiochenum causa deo ²⁰ Lp 348 amicissimi episcopi Alexandri

Non per neglectum distuli ad tuam sanctitatem litteras destinare, sed nesciens **261** [172] nunc usque quid scriberem. in suo siquidem tenore permansit dominus meus sanctissimus et deo amicissimus episcopus Alexander, credens eum summæ esse iustitiæ, cuius rei gratia neque amicos affatus neque preces ammittit, sed euangelicorum trans- ²⁵ gressionem reputat mandatorum dispensatiuam condescensionem quia igitur eum clare a principio, domine, nosti, sed et aliam uirtutem uiri expertus es, quæso sanctitatem tuam ut patienter agens et eos qui ei temptant inopportuni esse, prohibeas. hoc enim coram ueritate dico quia et tuæ sanctitati decus plurimum prouidebit et non lætificat ipsum, qui nullam consolationem nulla habet ex parte. nec enim colloqui nec scribere ³⁰ patitur dilectoribus suis et ab eis excipere litteras unumque nunc habet tantummodo uotum ut quacumque occasione a cura liberetur. consequens uero est ut et emolliatur temporis spatio; si uero idem ipse perstiterit, nec hinc sanctitati tuæ ulla læsio erit nec nobis nostroue in commune collegio. quæ enim per dei gratiam docet, sunt orthodoxa et conuenientia ecclesiasticæ fidei; perturbare autem neque ualet neque temptaturus ³⁵ est, quoniam silentium tenet, ecclesiæ pacem in nullo contaminans. si uero eiectus fuerit, cognoscet sanctitas tua quod maxima læsio inde contingat. aperte siquidem diuisio ex hoc ecclesiastici corporis fiet Constantinopolim et in alias plurimas urbes, eo quod per simplicitatem nesciam nunc nonnulli putent eum integerrimæ fidei defen- Lp 349 sorem, alii uero factis iuuenilibus aggaudentes et propter hoc contentiones in excelsum ⁴⁰ attollere festinantes occasiones assumant. multum uero et tuæ religiositati, ignosce

1 digni M					
3 CCLVII M	in laudem addidi	4 ista scripsi iste M	ueritati M	9 que M	
15 inferre M	19 re				
20 CCLVIIII M	deo addi Lupus	34 qui M	35 ecclesiastico M	41 religiositate M	

mihi hæc pro dolore scribenti, d<edecus> et blasphemiam congregabit, si hoc contigerit, sicut nihilo minus id quod prius dixi, omnem gratiam et patientiæ laudem afferet. qui enim nactus copiam ulciscendi non utitur potestate, nullis laudibus minor est. recolat autem sanctitas tua et illa uerba quæ ab ea olim dicta sunt nobis, quia »dominum Alexandrum cuncti pariter et ferimus et portamus et ei quamlibet inferri importuni- 5 tatem a quocumque non sinimus«. et propter uniuersa tam quod est commune, disponens quam quæ proprii sunt decoris, prohibeas eos qui illi infestari temptauerint. hoc enim et placere arbitror omnium deo et homines non amicos tantum, sed et inimicos ad laudem mouere.

261a Et reliqua per ordinem scripta, sicut ab Irinæo sunt posita, exequar, inserta ex eius 10 persona transiens.

262 [173] Domino meo per omnia deo amicissimo et sanctissimo episcopo Meletio Titus.
 Lp 35^o M 95ⁱ Multa et diuersa subinde hic diffamantur de sanctitate tua, quibus exitus consonat, eo quod nolit usque ad præsens sanctitas tua totius orbis et catholico et orthodoxo communicare conuentui, ab aliquibus forsitan qui quod expedit, comprehendere nequeunt, 15 dissuasa. nunc igitur sero tandem reuigilare desidera contra uersutias inimici et omnium sanctorum episcoporum affectum recupera et noli ad præuentiones et multiloquia tendere, quæ iuuare nihil possunt, quin immo et hic et in futuro sæculo nocent. claret enim quod prouidentia dei omnes saluari homines uelit. quomodo ergo credibile est quoniam solam sanctitatem tuam iusserit suis teneri iudiciis? cognoscat igitur 20 angelus tuus quod diuinæ litteræ uenerint, certa quædam contra eos qui non obædiunt, sancientes et non communicantes sancto uniuersalique concilio. nos etenim, qui semper oramus ut nequaquam diaboli mala præualeant, rogauimus deo amicissimum archiepiscopum Iohannem differre, donec hæ litteræ redderentur. omne igitur tuæ religiositatis studium sit malas quidem cogitationes deponendi, prodire uero et ad 25 Antiochiam præuenire. hoc enim multis modis fieri expedit. si autem post has litteras sanctus angelus tuus occurrere non uoluerit, nullus habebit ulterius unde in quoquam uituperet aut eundem sanctissimum et deo amicissimum episcopum Iohannem aut nos ipsos, quando sub omni uelocitate hæ ipsa exequi cœperimus quæ a diuino uertice sunt præcepta. si enim diuinæ litteræ inobædientes comprehenderint in eis 30 in quibus uidentur degere urbibus, intolerabilis eis tristitia fiet. incolumes sitis.

263 [174] **1** Domino meo per omnia reuerendissimo et ammirandissimo et magnificentissimo
 Lp 35ⁱ Tito Meletius. Quoniam quidem prouidentia dei, sicut in litteris ipse prædixisti, o ammirandissime domine meus, omnes homines saluari uult, constat, sed non utique diuinam uoluntatem, sicut uidemus, secuntur hominum uoluntates, quarum nos dominos 35 faciens deus, sicut cuique uidetur, eis uti permisit ad probandum rationalis animæ uel beniuolentiam uel maliuolentiam circa deum. sic itaque Cain quidem fratricidium præsumpsit, parum cogitans diuina præcepta; Sodomitæ uero ad omnes impietatum et iniquitatum declinauerunt species, nullam facientes uoluntatis memoriam diuinæ.

1 dedecus et *scripsi* det *M* congregauit *M* 2 afferet *Lupus* affect *M* 3 copia *M*
 ultitur *M* 5 pari *M* 7 prohibeas *Lupus* propriam *M* 8 dñm *M*
 10 ex eius *scripsi* eieius *M*
 12 CCLIX *M* 13 scissimi *epi* *M* 14 orthodoxe *M* 16 soro *M* 19 salua
 cl. 34 sauari *M* 20 scitate *M* 30 comprehenderent *M*
 32 CCLX *M* 34 saluare *M* 35 diuina *M* dñō *M* 38 somite *M* 39 uia...

at populus Iudæorum crucifigere omnium saluatorem Christum minime formidauit, M 952
dum certe debuerit eum qui ex eis ad omnium salutem apparuit, cum festinatione reci-
2 pere, sicut et uolebat eius dispensationis intentio. et ut breuiter dicam, omnis scriptura
diuina talibus exemplis referta est per quæ clareat quod innumeri semper extiterint
qui præter diuinam uoluntatem ad deteriora delapsi sunt, omnino autem <pauci> qui 5
salutem secundum dei optinuerunt uoluntatem. non tamen ob hoc aut mali præ-
ferendi sunt optimis aut optimi criminis rei esse putandi sunt, eo quod non sint malis
ammixti. in nullo enim reprehendimus Abel, quia Cain moribus non assensit, nec
Noe tamquam de insania incusamus, eo quod reliquos sui temporis uniuersos non fuerit
imitatus. nec Abraham delirasse putabimus, qui ex omnibus generis sui solus deo 10
complacens factus est et idolatriæ errori peregrinationem pro pietate præposuit. nec
Loth ab id quod decet, excessisse dicemus, qui solus ex omnibus Sodomitarum rennuit
opera. nec despiciemus Moysen, qui regali obsequio præposuit pro pietate pericula. Lp 352
nec præteriemus tres pueros, qui soli ex omnibus noluerunt imaginem Nabuchodonosor
auream similiter aliis adorare, sed pro beniuolentia sua circa deum flammam elegere 15
fornacis. sed nec apostolos annihilabimus tamquam gentis nulla pars fuerant, qui
cum duodecim numero essent ex omni populo Iudæorum, in illum soli crediderunt qui
ab eis deceptor et dei aduersarius uocabatur, et certe hoc ipso eis ad præsens nihil aliud Mt. 27, 63
3 promittente nisi tribulationes et persecutiones et mortes. sed numquid eis infructuosa
uel præsentis in tempore facta est diligentia competentis? et certe uide quod Abel 20
quidem maiorem fiduciam post mortem possidet apud deum et Noe mire saluatus sit
a totius mundi naufragio. uide Abraham, qui principium et radix correctionis omnium
factus est et propter uirtutem pater cunctorum fidelium meruit appellari. uide Loth,
qui largissimum ignem euasit. uide Moysen, cui totius Israhelatici populi commissus
est principatus et figuris honoratus est ueri pastoris. uide pueros, qui in Babylone 25
super omnes apud Chaldæos sunt prælati mirabiles et honoribus primis ac maximis
beneficiis digni apud alienos effecti sunt. d ** sanctis apostolis quare ** qui et apud
omnes et imperatores et priuatos siue subiectos tanta ueneratione colantur, ut pro summo
beneficio habeant qui omnibus dominantur, si Pauli sepulturæ ** quisque si attenderet
ad consonantiam plurimorum et quod ad se attinebat, diligentiam uirtutis nullius putaret 30
esse iuuaminis, neque aliquando quoquam dignus existeret et ** eorum quisque pæne
particeps esset, nunc autem quia et soli apud semet ipsos uirtutis diligentiam tutabantur, M 933
tali apud omnes ueneratione coluntur et in futura uita sustinent beatitudine <æterna>
et infinito lumine comprehendi. non igitur uel nunc abiectos faciet apud deum paucos
qui tota pendent beniuolentia circa eum et ob hoc uituperantur iniuriantur effugantur 35
conspiratione plurimorum. etsi enim nos sicut illi pauci ac beati, non sumus, sed
tamen illos modis omnibus imitari iubemur. cuius rei gratia et sicut in simulacris
uel imaginibus similitudines corporum, sic illorum uirtutes diuinis inscriptæ sunt litteris, Lp 353
ut nos exemplar attendentes eorum, facta ipsorum confidenter æmulemur et non arbi-

2 salute M 4 qua M 5 pauci add. Lupus 9 Noe scripsi neo M e quod M
temperis M 11 errore peregrinatione M 15 uream M sui M 16 annihilabimus
[= οὐδὲν ἵσμεν] scripsi annihil M fuerat M 18 aduersarios M ipse M 24 ignem
largissimum ignem M 27 beneficiis digni scripsi benigni M inter d et scis spatium fere VI litte-
rarum rel. M inter quare et qui spatium fere VIII litterarum rel. M 29 seputure M
lacunam statui supplendo e. g. et Petri adorationem offerre permittantur. quorum attendere M
31 aliquando quoquam scripsi aliquoquam M inter et et eorum spatium fere XVI litterarum rel. M
32 uirtutes M tutabantur scripsi tuta M 33 futuram uitam M beatitudine æterna scripsi
beatitudo M 36 conspratio M 39 confitenter M

tremur nos noui aliquid instituere præter illa quæ apud ueteres gesta sunt, etiamsi id ab
 4 omnibus incusetur. sed ne nos putes hæc nunc uane percurrere et ut scias ipsa ne-
 cessitate et deo deuincta conscientia <nos> ad imitationem cogi priscorum, et ipsam
 causam breuiter audi, pro qua non inconsequenter nos ab Antiocheni separandos com-
 munionem putauimus. dogmata Cyrillus exposuit omni impietate repleta. propter 5
 ipsa eum cum Ephesi deposuit Antiochenus ut impium, participes asciscens ad hoc alios
 e diuersis prouinciis plurimos et omnes Orientalis regionis episcopos, abiurauit eius
 ubique doctrinam, ut errori Apollinari per omnia consonantem. imperatore præsentem
 ep. 120 iurauit, sicut ipse a Chalcedone scripsit Ephesi constitutis, quorum rescripta salua sunt
 apud nos, quod nec si pænituisset Cyrillus et sua capitula reiecisset, cum ad communionem 10
 recipere acquiesceret quod princeps extaret hæreseos. deposuit eum rursus in
 Tarso et cum eo septem qui pro eo ascenderunt Constantinopolim, factis synodalibus
 5 litteris, quas et cuncti subscripsimus. super hæc permansit Cyrillus non solum
 suorum scriptorum nihil abiurans, sed et prædicans ea cum maiore fiducia, et ille qui
 coram imperatore iurauerat nec pænitentem Cyrillum se ad communionem recepturum, 15
 ep. 169 misit in Ægypto ad eum supplicem Paulum, sicut et illud quod apud nos est exemplar
 ep. 173 ostendit. et ipse ubique Cyrillus affirmat tam per ea quæ scripsit Constantinopolim
 ep. 76 degentibus clericis suis, quam per illa quoque quæ ad Acacium Melitinensem, qui expro-
 brauerat ei quasi a suis recesserit et ad communionem fuerit ab Antiocheno receptus.
 ep. 145 taceo de eiusdem Cyrilli litteris ad Acacium Berœensem scriptis, inconuincibilem habentibus
 instantiam tam pro eisdem capitulis quam pro omnibus quæ prius et postea impie
 exposuit. post quæ Antiochenus Paulum in Ægyptum direxit, tam dogmata Cyrilli
 suscipiens, pro quibus eum secundo damnauerat, quam rectitudinem fidei anathematizans
 Lp 354 in scripto et omnia faciens sicut placuit ei. et horum testis est ipse Cyrillus, qui
 ep. 76 eius satisfactionem suscepit, qui in suis ad Acacium Melitinensem litteris hanc eandem 25
 M 954 commemorans epistolam ad Acacium Berœensem quam fecit, mox intulit inquit
 quia »nisi Antiocheno ea quæ a me ad Acacium scripta sunt, placuissent, non utique
 a principio Paulum direxisset ad me«. interpretatur uero Cyrillus idem in eisdem
 ep. 71 litteris suis epistolam quam detulit Paulus, quæ sursum ac deorsum nobis ab Antiocheno
 profertur, ut nihil omnino a capitulis differentem, sed eadem intentione conscriptam et 30
 male ob inuidiam intellectam ab eis qui eam orthodoxam quidem dicunt, sed his quæ ab eo
 6 prius sunt exposita, esse contrariam nec non et doctrinæ Nestorii consonantem. uerum
 nos et hæc omnia omittentes, huiusmodi condicionem dedimus Antiocheno, ut aut
 suaderet Cyrillum anathematizare omnia sua et sola apostolica doctrina esse contentum
 circa eorum quæ scripta sunt, intentionem et sic coniungeretur ecclesiæ aut ipse Antio- 35
 chenus anathematizaret in scripto Cyrillum cum impiis dogmatibus eius, contra quæ
 prius sæpe decreuit, et nomen deo amicissimi episcopi Nestorii, qui pro sola pietate tanta
 perpetitur, sanctis inscriberet diptychis. ** horum facere uoluit. propter hæc
 nos dissentimus ab eo atque ab eius communione disiungimur. si enim pro incongruis

27—28 hæc ipsis uerbis in ep. 76 non inueniuntur quamuis propter ea quæ secuntur, dubitari nequeat quin
 Meletius de hac ipsa epistula loquatur

2 scias <i>Lupus</i> suas <i>M</i>	3 nos <i>add. Lupus</i>	7 prouinciis <i>Lupus</i> probandis <i>M</i>	8 apolinari <i>M</i>
11 et quod principes extaret <i>M</i>	13 cunctis <i>M</i>	15 a communione <i>M</i>	18 quam <i>Lupus</i>
quia <i>M</i>	18/19 exprobrauerant <i>M</i>	20 berœensem <i>M</i>	21 quam <i>M</i>
26 beronsem <i>M</i>	qua <i>M</i>	29 qua <i>M</i>	22 egypti <i>M</i>
26 beronsem <i>M</i>	qua <i>M</i>	29 qua <i>M</i>	30 eandem <i>M</i>
35 coniungerentur <i>M</i>	38 inscribere <i>M</i>	31 inuidia intellectum <i>M</i>	

lacunam agnouit Lupus sed nihil supplendo, malim

ille persistit, quanto * est ut nos pro pietate perstemus? pro qua utique et a communione eius auertimur, non ab illa fide recedentes cum qua eum euntem ad Ephesum et ab Epheso reuertentem suscepimus, sed ipsam seruantes ut apostolicam et a beatis patribus traditam, quam a magno Theodoro, qui ea quæ illi tradidere, [magno] clarauit, accepimus. 7 et ignosce, quæso, nobis non ualentibus decipere conscientiam nostram. si autem 5 propter hæc tranquillissimus imperator præcepit nos ab ecclesiis eici, facito quod iustum est, nec maliuolentiæ gratia differas ad finem quæ sunt præcepta, perducere. ego enim mox ut ipsam uidero authenticam sacram (non enim rescripto ero contentus) et ut didicero quæ illi relata sunt, ne forte aduersum nos clementibus mentiti sint auribus aduersarii ueritatis, et inuenero quod omnino me exire ab ecclesia iubeat, glorificans et 10 Lp 355 nunc, sicut prius, in quo me repperiri contigerit schemate abscedo ab ecclesia, imperatorum legibus modis omnibus cedens. paratus sum per gratiam dei non ab ecclesia egredi solum, sed etiam decies milies mori quam possim ** aut apud Christum lædere conscientiam meam. nec enim licet minorem me inueniri ab illo infante annorum septem, qui cum beato Babylla propter Christum capite cæsus est, cui totius ecclesiæ 15 8 et ecclesiæ cuius Theodorus exstitit doctor, commissus est præsulatus. ut uero et illud propter prædicta commemorem, scito, ammirandissime domine meus, quia etsi non pro ipso bonæ causæ merito starem, et ipse terror tam ciuitatis quam territorii huius me in hac aduersus Iohannem discordia detinere sufficeret, qui si me ei tantummodo M 955 communicasse cognoscerent ante sacram, me et uita priuassent. nec enim cuius 20 sint discipuli, nescis, uel quomodo pro zelo dogmatum diuinorum uniuersi moueantur, ita unanimes existentes tamquam si una sit anima omnium. pro qua re omnibus modis est tutius ex necessitate repelli quam uel absque ipsa <recedere> uel nocere apud deum conscientiam meam et ab eis qui nunc mihi subiecti sunt, uitam instar canis amittere. si uero quisquam nos abrupte in quibuscumque accusare uoluerit, pro 25 nihilo deputamus. calumniari namque et contumeliam facere facile est et omnibus adiacet; non omnium uero est dicere ueritatem.

Epistula, inquit, Zenobii episcopi Zephyrii ad deo amicissimum episcopum Alexandrum, Lp 356 insinuans exiisse ab ecclesia deo amicissimum episcopum Meletium

Personali quidem præsentia tuæ sanctitatis benedictione repletus sum, quando 264 [175] solus bene ab Epheso remeasti, sicut ipsæ res omnibus ostenderunt; litteris uero 31 tuæ non sum fructus sanctitatis. unde nunc præsumere sum coactus ut litteras incipiam tuæ sanctitati dirigere, et rogo ut des mihi ueniam. multa enim et amabilis deo constantia tua hoc me præsumere præparauit. hic enim nullus pro pia fide persistit, sed uniuersi tempori seruiunt et pariter simulatores effecti 35 sunt qui uidebantur esse constantes. solus inter huius Ciliciæ episcopos perstat ad finem dominus meus deo amicissimus episcopus Meletius, qui eiectus est militari superinducta cohorte circa eorum qui sunt in Antiochiam, iussionem. ora igitur, domine, et nos fieri dignos tam eius celeriter comitari uestigia quam tuæ etiam sanctitatis, ut possimus in die domini Christi uos intercessores pro nostra 40 pusillitate proferre.

1 lacunam statui supplendo e. g. magis opus 3 ipsa M 4 magno *deleui* 8 isam M
13 lacunam statui, supplendo aut absque necessitate recedere 14 minerem M 18 bonæ *Lufus*
bene M 23 totius M recedere *addidi* 25 ammittere M 26 calaniari M
28 CCLXI M 29 exisse M melitium M 35 propria M temporis

Lp 357 Deprecatio Iohannis episcopi Antiochiæ contra deo amicissimum, inquit, Meletium episcopum

265 [176] Piissimis et amatoribus Christi imperatoribus nostris Flauis Theodosio et Valentiniano triumphatoribus uictoribus Augustis postulatio et deprecatio a Iohanne Antiochenæ dei ecclesiæ episcopo. Generis uestræ pietatis imperium in excelsum tulit et hanc prouexit ad gloriam fides in deum, qua et sanctissimam et catholicam semper augeri uultis ecclesiam et cuncta quæ in ea exurgunt zizania, desideratis abscidi. quia igitur hoc utimini zelo, o piissimi et boni uictores imperatores, et eos qui oblitterare uolunt patrum doctrinam, alienos a sacerdotali existere dignitate post nos, quibus M 956 canones de hac re concedunt iudicium, decreuistis, expelli uero a sanctissimis ecclesiis 10 ep. 228 et urbibus in quibus uidentur existere, et talis ad Orientem sanctio uestra peruenit, hanc peruulgauimus magnificentissimo et gloriosissimo præsi utriusque militiæ et ex consule Dionysio, et consonans eius accipientes præceptum, præualere potuimus malignitati Meletii, qui pridem Mompsuestiæ episcopus fuit, subicientes eum depositioni; introduximus autem et præfecimus ipsi populo e gregibus Christi Thomatem deo ami- 15 cissimum episcopum. præfatus uero Meletius maior esse legibus uestris et tranquillitate Romana uolens, in partibus eiusdem territorii delitescit, concussionem perturbationemque sanctis dei ecclesiis ingerens et præsumens post deiectionem sacerdotale ministerium. et iustum esse supplicamus ut qui peregrinus est a sancta disciplina Lp 358 et ecclesia, peregrinus fiat et ab uniuerſa prouincia Cilicum, procedente pia sanctione 20 ad magnificentissimum et gloriosissimum magistrum militiæ Orientis ueſtri, ita ut inde quidem pellatur, deducatur uero ubi uestræ pietati placuerit. et hoc impetrato, consueta uota soluemus pro permansione et uictoria imperii.

Lp 359 Epistula, inquit, deo amicissimi episcopi Meletii ad deo amicissimum episcopum Alexandrum, quam scripsit, postquam militum superuentu expulsus est 25

266 [177] Et cui prius quam tuæ sanctitati quæ circa nos geruntur, referri conueniens sit? siue enim congaudere oportet de his quæ nobis a Christo donata sunt, siue etiam pro his quæ residua sunt, orare, ad eam necesse est, ut ad patrem, præ cunctis filiorum bona referri. dignatus est enim nos dominus Christus orationibus tuæ sanctitatis incorruptum sibi ouile usque ad exitum custodire, quod nobis indignis nec pro uirtute 30 commisit et permisit rursus auferri, quando id bene se habere iudicauit. nec enim quod eius desiuerit umquam prouidentia, * etsi ad præsens esse difficile uideatur. et quidem diabolus ab olim grande habuit prælium contra eum, et nunc illud perturbare omnino per ministros suos studuit, non solum inimicos armando, sed et ex nobis ipsis ad hoc quosdam ministros accipiens. qui et obseruauit dominicum diem et sub uno 35 cunctos ad introeundum contra nos concurrere præparauit; dominus autem Christus, qui contra eum semper eius conuertit insidias et propriis dispensationibus subicit, et nunc ei inutilem fecit uniuerſum contra ecclesiam impetum, dum suam et omnem ecclesiam <per> nos perturbari non siuit, sed et omnem ecclesiam in sua deuotione con-

1 CCLXII M iohi M 4 triusphatoribus M ad M 5 excelso M 6 qua et scripsi et quia M 12 permugauimus M 14 melitii M momsuestie M 15 Thomatem scripsi Balusium secutus chomatium M 16 melitius M 16/17 tranquillitati romane M 18 deiectionem M sacerdotalem M 19 esse scripsi est M 22 impetrato Lupus imperato M 24 CCLXIII M melitii M 25 superuentum M 30 nec scripsi et M 32 prouidentia Lupus prouidentie eius M lacunam statui supplendo e. g. credere oportet 39 per addidi

strinxit, ita ut non solum clari curialium, sed et ciuitas tota cum prouincia uniuersa consonam pro fide acciperent uoluntatem, ipsis quoque a pietate alienis, id est Iudæis et hæreticis aliis non paruo quodam contra aduersarios odio motis nec circa nos paruum M 957 quendam ostendentibus affectum, dum certe nos latentes sæpius degeremus, ne quicumque putaret quod a nobis instigarentur ad hoc. quod et ualde suspicati inimici 5 dexteræ altissimi non ab ecclesia nos tantum, sed et a ciuitate reppulerunt, nec usquam Lp 360 iuxta eam manere sinentes. sed hæc quidem a domino Christo etiam nunc cuncta <per> nostram dispensata humilitatem sunt; nos uero magis pluribus debitis sumus obstricti, quos dignos maioribus fecit quam nostræ uirtutis est; unde modis omnibus deficimus ad soluendum. quam enim deo possumus gratiarum reddere actionem? 10 qui nimietate clementiæ sustinere temptamenta pro se et nostram dignatus est paruitem, non quo graue aliquid pateremur, quia perfectiora sufferre sumus indigni, sed ut propositum tantummodo haberemus, quod et maximum nimis est ad nos, qui simus uoluntatis omnino despecti. sed rogo ut orare digneris quatenus usque ad finem digni efficiamur gratia domini Christi, ut sicut ei placet, ita residuum præsentis sæculi transi- 15 gamus.

Dominum meum et sanctissimum episcopum Acylinum plurimum salutamus.

Epistula, inquit, deo amicissimi episcopi Alexandri ad Meletium deo amicissimum epi- Lp 361 scopum, quam rescripsit ad præfatas litteras exitus eius

1 Si esset mihi desiderium meum adimplere possibile, litteris non erat opus, sed 267 [178] aduentus præsentia, uel potius circa psalmistam columbæ pennas expeterem, ut ueniens 21 Ps. 54, 7 requiescerem iuxta habitaculum coronati et uiderem circa prophetam sanctitatem tuam Os. 9, 10 Ies. 65, 8 sicut in solitudine uuam aut, ut magis proprie dicatur, ut acinum botrui cunctorum totius Ciliciæ sacerdotum, quod exterminauerunt uulpes, quæ propemodum secundum ueritatem uineas deleuerunt, non exterminauerunt autem, eo quod benedictio 25 domini sit in eo. uere enim præsentem in tempore sufficeret tuæ sanctitatis aspectus adamante nos facere firmiores. nam si cogitatio tantum tuæ secundum dominum certaminis sanctitatis omnibus nos circumdat domini armis, ut nullo modo emissis uariis multimodisque sagittis uertamur in fugam, quomodo non nos omnimode roborasset talis aspectus, qui nos non per uerba, sed per res ipsas armaret et in semet ipso exponeret quid 30 sit: ne disperdas in finem? intendisti enim, domine et per omnia deo amicissime, Ps. 58, 1 indeclinabiliter in auctorem fidei et consummatorem Iesum et sunt repositæ tibi coronæ non expulsionis tantum; non enim te ad definitum præparasti tormentum, sed claret quod præparatus sis omnia sustinere. sic contra impietatem parasti temet ipsum; unde et ille qui donis suis nostros superuincit labores, tuæ sanctitati coronam iustitiæ 35 2 Tim. 4, 8 reddet circa uarietatem tui propositi passionum spiritalium munerum diuinitate effulgentem. certatus es enim bonum re uera certamen et cursum consummasti fidemque 2 Tim. 4, 7 seruasti, unde et quod ista consequitur, deus qui mendax non est, illa tuæ sanctitati M 958 retribuet in quæ hinc iam bona conscientia tua intendendo lætatur et gaudio sancti 2 spiritus adimpletur. potest autem sanctitas tua nostram consolari absentiam atten- 40 Lp 362 tioribus orationibus, donec donet et nobis dominus per clementiam suam uestris comitari

1 clari curialium *scripsi* claritur malum M prouinciam M 5 suspicati *scripsi* suspecti M
8 per *addidi* 11 nimitate M 14 despectus M
18 CCLXIII M melitium M 21 psalmista M pinas M 22 coronati *Lupus*
coronam M 27 tuæ *Lupus* tua ē M 27/28 dominum certaminis *scripsi* dñi certamini M
36 diuinitatem M 39 retribuet *Lupus* recumbet M

- uestigiis. certus enim sum ueraciter quod ego intentionem habens hanc [ut] tuam sanctitatem sequar et una eorum qui prius certati et coronati sunt, pauci quidem, sed apud deum pretiosi. melior namque est unus faciens domini uoluntatem decem milibus iniustorum. fruensque sanctis orationibus tuis non desciscam a uestro con-
- Rom. 8, 35 sortio nec me a uestra separare <poterit> caritate tribulatio aut angustia aut 5 persecutio aut fames aut nuditas aut periculum aut gladius, maxime quia religiositas tua, quæ portum dei uoluntatis optinuit, maiorem circa nos habet curam, tamquam qui adhuc marinis undis obsistimus et omnimodis malorum spirituum temptamentis nunc quidem temptantium nos minis, nunc uero subruere adulatoriis blandimentis. unde et talem mihi posui legem, ut fugiam cunctorum loqui mihi 10 uolentium et aspectum et uerba et ipsam quoque memoriam. quod non ex propria assumpsi sententia, sed ex diuinis scripturis edoctus. nec enim dominus respondit
- Ies. 53.7 peruersis, cum iudicaretur, sed sicut ouis ad occisionem ductus est et sicut agnus coram tondente se sine uoce. non enim quo dicant aliquid, sed quo capiant, colloctiones et alloquia nobiscum conferre captant. docemur uero et in 15
- 4 Reg. 18, 36 ueteri scriptura <quod> Ezechias pius post Rapsacis dei aduersarii uoces magistris militiæ tacere præceperit nihilque ut dei aduersario responderi. unde et nos, repellentes eorum colloquia qui in Ægyptum corde reuersi sunt et solum quod non <placet deo>,
- Num. 14, 4 dicunt: demus initium, et redeamus in Ægyptum, sileamus et tantam misericordiam sustineamus a deo, qualiacumque sæua superinducere aduersum nos concessi 20 fuerint æmuli. quæ et cum omni suscipiamus lætitia et cogitemus quod, sicut beatus
- Rom. 8, 18 inquit Paulus, non sint condignæ passionis huius temporis ad futuram
- Gal. 6, 17 gloriam <quæ> reuelabitur in omnes qui stigmata Christi, quorum tu dignus es factus, in suo circumferunt corpore. inde rogo ut digneris nos per uenerabiles litteras tuas iuuare ad instantia certamina. 25

Dominus meus deo amicissimus et sanctissimus episcopus Acylinus, quia tecum coronatur, et salutat et complectitur religiositatem tuam.

Lp 363 Interpretatio, inquit, præcepti magistri militum Dionysii, quod scripsit ad clarissimum iudicem secundæ Ciliciæ

Diuina auctoritas per annotationem terribilem Meletium quondam Mompsuestenæ 30
268 [179] ciuitatis episcopum in Melitina degere Armeniæ prouinciæ ciuitate præcepit. susceptis igitur præceptionibus nostris, lectis uero et diuinis responsis, quæ in missis præfulgent, obseruare debes quæ ab immortalis sancita sunt uertice, utens militari solacio ad iter
M 939 eiusdem, si tale solacium necessarium forte perspexeris, ammonendo utique nostro uicario ut competens solacium deputetur, ad quod de hac parte scripsimus, quamuis 35 competenter sufficere ciuiles ordines arbitremur.

Lp 364 Domino meo deo amicissimo et sanctissimo, inquit, patri Alexandro episcopo Titus
269 [180] Quemadmodum sanctitatem tuam semper peculiari amore dilexerimus et magno-

- | | | | | |
|-------------------------------------|--|------------------------|--|-------------------------|
| 1 ut <i>deleui</i> | 2 certanti <i>M</i> | 4 fluensque <i>M</i> | 4/5 <i>urā</i> consortia <i>M</i> | 5 poterit <i>addidi</i> |
| 10 blandimendis <i>M</i> | 11 ipsa <i>M</i> | 14 tondentem <i>M</i> | non — quo <i>Lupus</i> nos — quod <i>M</i> | |
| 15 capiunt <i>M</i> | 16 scriptura <i>scripsi</i> scriptus <i>M</i> | quod <i>add. Lupus</i> | et zechias <i>M</i> | rapsaces <i>M</i> |
| 17 ut <i>scripsi</i> et <i>M</i> | 18 placet deo <i>addidi</i> | 21 cogitamus <i>M</i> | 23 quæ <i>add. Lupus</i> | 24 circum- |
| ferunt <i>Lupus</i> circum <i>M</i> | corporei <i>M</i> | | | |
| 28 CCLXV <i>M</i> | 30 mompsuestenam <i>M</i> | 31 ciuitatis <i>M</i> | 32 responsis qui <i>M</i> | |
| 33 sancita] <i>sca</i> <i>M</i> | | | | |
| 37 CCLXVI <i>M</i> | 38 dilexerimus <i>Lupus</i> oblexerimus <i>M</i> | | | |

pere obsequi ei sategerimus, arbitramur et ipsam clare nosse rebus ex ipsis. quia igitur et nunc ex eadem uoluntate detinemur et secundum Christum religiositatem tuam egregie desideramus existere, dignare, sanctissime domine, uel nunc, cum susceperis litteras nostras, communicare sancto catholicoque concilio secundum diuinas et ad- ep. 228
rabiles litteras. nam et sanctissimus Theodoretus et sanctissimus Helladius et alii 5
qui ad modicum uoluerunt separare se ipsos ab hoc sancto concilio, agnoscentes et quod est inrecusabile, et quod est impossibile, et quod placitum deo, et quia uniuersali synodo oporteat obœdire et imperialibus sanctionibus, a discordia quidem recesserunt, com-
municarunt autem sanctæ et catholicæ synodo. hoc autem tuam facere sanctitatem præ omnibus oportebat, quæ manifeste nouit et res et tempore est prouecta. rogamus 10
igitur ne despicias precatorias præsentis litteras nostras nec des locum diabolo uolenti discordias contra sanctam consubstantialemque immittere trinitatem, sed ut conculces aculeos eius et concordiam synodi sanctæ recipias. nam si post has litteras nostras sanctitas tua in dilatione perstiterit eisque communicare noluerit, claret quod nos sit et de cetero necessarium diuinis litteris uti, quæ aperte præcipiunt ut hi qui sanctæ synodo 15
communicare noluerint, et inuiti a sanctis ecclesiis repellantur.

Domino, inquit, meo sanctissimo et deo amicissimo patri episcopo Alexandro Dionysius Lp 365

Diuinus et immortalis uertex pacem desiderat, adhibet uero plurimam curam et 270 [181]
suæ pietati decentem circa rectæ fidei cultum. scientes igitur intentionem pii principis nostri, prius per has litteras nostras tuam religiositatem duximus salutandam et ad- 20
hortandam ut quæ decent, facias; inter hæc uero et illud est ut communicet sanctitas tua deo amicissimo episcopo Iohanni. hæc namque causa pacis erit omnibus sanctis ecclesiis. nec enim uolumus ecclesias amplius perturbari et animas imperitorum perueriti, quid faciant, nescientes, dum perturbatio detinet uos, qui pacem prætentis M 960
uniuersis. dignare igitur, tui memor et amicitiarum nostrarum et adhortationis, 25
omnem tristitiam deponere et conuenire in idem religiosissimo uiro, ne cogamur diuina ep. 228
et imperialia constituta executioni mandare. saluam religiositatem tuam et orantem pro nobis saluet omnium deus, domine sanctissime pater. ignoscere mihi habet religiositas tua, si quid facere compellendus sum, diuinam formulam sequens, si huic epistolæ consentire nolueris. 30

Epistula, inquit, deo amicissimi episcopi Alexandri, quam rescripsit ad litteras supra- Lp 360
scriptas, in causa eadem suum manifestans propositum

Beniuolentiæ quidem circa meam uilitatem retributiones clemens deus præstet 271 [182]
uestre clementiæ; de causa uero quæ uertitur, quoniam nostræ uitæ caput est pietas, coram terribili tribunali Christi omnem reseruo satisfactionem. ut uero etiam magni- 35
tudini uestre in breui respondeam, indico quod ille qui nunc ut contra nos quattuor imperiales has litteras * et clementer optinuit, et ante Ephesum et in Epheso et post Ephesum hæreticum sciebat Ægyptium, quod manifeste cognoscere licet ex litteris eius, quæ usque nunc apud plurimos saluæ sunt. postquam uero suscepit ypom- ep. 69

1 arbitramus M 3 egregie scripsi egregiam M 8 ad M 10 noui M 11 despicias M
12 immitterem M conculcer M 15 cetera M
17 CCLXVII M 18 uertex scripsi ueras M 20/21 adorandum M
31 CCLXVIII M amicissimis M 34 ur̄a clementia M 37 lacunam statui supplendo
* g. beniuole.

nisticum per ammirandissimum Aristolaum ut et Cyrillo communicaret et Nestorium deponeret et anathematizaret eius doctrinam, dum sit orthodoxa, sicut ipse per plura scripta confessus est, cedens ypomnistici minis, fecit uniuersa et nunc aduersum nos usque ad sanguinem pugnat, eo quod parati simus per uirtutem dei et contra Cyrilli hæresim repugnare usque in finem et orthodoxam fidem absque permixtione seruare, 5 non ineundo communionem neque cum hæretico neque cum communicantibus ei. habemus namque pro oculis illam terribilem uocem domini Christi, quæ per apostolum Gal. 1, 8 gentium Paulum dicta est quoniam si nos aut angelus de cælo euangelizauerint uobis præter quod euangelizauimus, anathema sit. unde quæso ut quando tibi placuerit illam persecutionis <quæ> contra nos lata est formam promulgare, mihi 10 uestra iubeat magnitudo ut sub silentio et absque strepitu abeam et hoc modo quæ Act. 5, 29 sancita sunt, impleam. quando enim de pietate proponitur, obædire oportet deo potius quam hominibus.

Lp 367 M 961 Præceptum, inquit, gloriosissimi loci seruatoris Titi ad clarissimum Libianum Euphratesiæ iudicem

15

272 [183] Flauius Titus gloriosissimus comes deuotissimorum domesticorum, implens locum magistri militiæ potestatis, Flauio Libiano clarissimo præsidi Euphratesiæ prouinciæ. Diuinissimi principes nostri [Iohanni], qui non assentiunt deo amicissimi episcopi <deo amicissimo archiepiscopo> Iohanni, perturbant autem sanctas ecclesias, dum pacem ep. 228 rennuunt orbis, a locis propriis amoueri, propria lege præceperunt, sicut et ueneratio 20 adorabilium præfulgentiumque litterarum manifestius edocebit. quia igitur Alexander Hierapolitanus episcopus a sorte reuerentissimorum episcoporum semet ipsum fecit alienum (nec enim patitur præfato archiepiscopo in diuinis communicare mysteriis), curet caritas tua, hac auctoritate suscepta, eundem Alexandrum, si in proposito ipso perstiterit, loco proprio amouere eumque in eius loco suscipere quem sanctorum episcoporum synodus probauerit ordinandum. si uero ad tuam uirtutem, quod non arbitramur, excedit, dum <fortissimi> deuotissimique milites in eadem constituti sint ciuitate uteris eorum solacio. etenim quæ oportet, ad ipsos quoque direximus, ut cum deliberatione communi nostra præcepta festinetis implere. si uero et maiore opus est inanu aut si hæc res et nostram præsentiam postulauerit, sufficiet <hoc> continuo indicare. nam dum id clare constiterit, diuinis præceptionibus ministrantes cum sufficienti solacio Lp 368 continuo ueniamus. quo autem tu mox ad præfatam ciuitatem uadas et nostra præcepta implere festines, Ypatium specialiter deputari præcepimus, cui et mandata dedimus ut non solum te cogat nostris præceptionibus obædire, sed et de tua nos presumptione nosse, si ita contigerit, faciat. ultio etenim contra neglectum tuum competens consequetur.

Lp 369 Relatio, inquit, Libiani Euphratesiæ iudicis ad magnificentissimum uicarium Titum

273 [184]
d. 15. m. Apr. 435

Præceptum magnificentiæ uestræ XVII Kl. Mai. per Ypatium, qui est ex ordine

1 cirillum M	3 minas M	4 uirtute M	5 heresi M	10 persecutionis quæ Lupus
persecutionem M	11 strepidu M			
14 CCLXVIII M	17 euphratesio M	18 iohi <i>deleui</i>	18/19 deo amicissimo archiepiscopo <i>addidi</i>	
20 ueneratio Lupus generatio M	22 hieropolitanus M	24 propositio M	26 ad M id Lupus	
26/27 arbitramus M	27 fortissimi <i>addidi</i>	30 sufficiet hoc continuo <i>scripsi</i> sufficienti tinuo M		
sufficies continuo Lupus	32 pfactam M	34 cegat nri M		
37 CCLXX M	uicariu M			

magistri militiæ, nostræ est redditum paruitati. cui diuinæ et adorabiles litteræ præfulgebant, iubentes reuerentissimum et deo amicissimum Alexandrum Hierapolitanum episcopum aut communicatorem sanctæ synodi fieri aut ab episcopatu quiescere. insinuo igitur quod suam prædictus, quod in se est, opere declarauerit uoluntatem et Hierapolim dereliquerit, episcopatum tenere minime delectatus, domini magnificentissimi et per cuncta sanctissimi.

Relatio, inquit, secunda Euphratesiæ iudicis, quam perturbationem ciuitatis agnoscens Lp 370 M 962 propter exitum sanctissimi episcopi Alexandri factam, direxit magnificentissimo comiti Orientis, transmittens et populi acclamationes tam ad se quam ad magnificentissimum comitem Titum factas et ad ipsum quoque Antiochiæ præsulem 10

Hierapolis et deuotioni seruiens et pio desiderio stimulata, diuino quidem motui 274 [185] cessit et præcepto magnifico gemens; nunc uero expetit misericordiam, qua diligatur desiderium eius expansa, super Alexandro sene et luctus quidem suscitans per plateas, inundans autem lacrimis solum et fere in ipsa iam diuinitate quid ausa præsumere. nec enim consuctas actiones exhibet gratiarum et recessit claudens sanctas ecclesias 15 et tale quid agens quale cui ueniam competat impertiri, quoniam percutiente conscientia uel quid perpetrent, nesciunt, anhelantes defectum, ne illum quem ualde complectuntur, amittant. hoc quidem per pusillitatem meam peruenit ad finem. nam sacra quidem loca reserata sunt et consueta complentur; quod autem reliquum fuit, petitiones sub coniuratione depositas inspexi omnium qui boni uidentur et qui pro patre precantur 20 ac supplicant ut ab illo pascantur, qui eos a pueris magister mitissimus educauit. idem namque nec uitam se uiuere arbitrantur, nisi super eos episcopatum deo amicissimus Alexander teneat, cuius uitam quidem mirantur, obstupescences sacerdotii pietatem et pietatis pondus diligentes et doctrinas iustitiæ suis circumferentes in linguis colligentesque cuncta, quæ multa sunt, ad roborandum sui amoris ardorem adicientesque 25 Lp 371 præfatis quod ante tempus suum de hac uita recedant et nisi efficiatur quod petere instant, in semet ipsos mali aliquid perpetrabunt, pueri simul ac senes, mulieres ac uirgines et omnes maturæ ac senilis ætatis, si defuerit adhuc ad sanctæ ecclesiæ præsidendum qui eam est habere sortitus, dum necdum quieuerit lege naturæ. dum tuæ intersit magnitudinis, cuius operis est quicquid illud mali sit, discutere a subiectis et ea 30 quæ plena sunt tristitiæ ac difficultatis, abigere et pacem lætitiæque ciuitatibus introferre, ea quæ subsecuta sunt, indicaui, ut quicquid steterit, fiat. ceterum dum pridem talia facere institissent, reuerentissimus Alexander relationem fieri non permisit, domine ammirandissime et magnificentissime. oro deum ut tu, domine meus, incolumis et per omnia felix temporibus longis perdures, communis saluator et beneficiorum 35 præstitor.

His Irinæus illa subiecit (ideo posuimus, ne quis miretur cur hic uoces populi minime Lp 372 M 963 scripserit):

Manifestat quidem et relatio illius prouinciæ iudicis illam plurimam ciuitatis 275 [186] lamentationem, quin immo et confusionem, quam pro separatione illius deo amicissimi 40

2 præfulgebat M iubentes Baluze iubens M 3 communicarem M episcopatum M
 . delectatur M
 7 CCLXXI M 9 comitis M 12/13 qua — expansa corrupta, conicio quam diligatur, desiderio
 . testans 14 ausat M 32 indicaui M
 37 CCLXXII M 38 scripserit Lupus scripserint M 40 separatione scripsi reparatione M
 Acta conciliorum oecumenicorum 1 4 26

pastoris grex Christum diligens sustulit; multo amplius uero ea quæ ab uniuerſa multitudine acclamata sunt circa eum quanto affectu constringerentur, ostendunt desiderii æquitatem et orbitatis amaritudinem et angustię rationem, etsi superfluum duxerimus easdem uoces ascribere, quippe ut nimis plurimas existentes et contra aliquos blasphemias ualde multiplices continentes. unde et bonus Iohannes omnino formidans 5 atque eos qui his usi sunt, metuens, has protulit uoces et per hanc allocutionem scriptam consolationem seu potius deceptionem optulit eis:

Lp 373 Ypomnisticum deo amicissimo clero Hierapolitano et Christi amatoribus plebibus ab Iohanne

276 [187] Audiui supplicationem uestram, quam per acclamationes in ecclesia fecistis ad 10 nos et magnificentissimum et gloriosissimum comitem dominum Titum, et ego ipse hæc eadem opere præuenire oro uobiscum. cognouistis enim procul dubio propositum nostrum quia nihil omisimus ad illum suauem hominem deprecandum, pro quo ipsi rogastis, ut præferret uanæ phantasie suæ ecclesiasticam pacem, quam totus orbis cum pietate amplectitur. sed quid patitur quia sic auersus est ab omni medicamine, ut 15 nec colloqui cum dei sacerdotibus sustineret neque ullatenus ad eorum uirorum ueniret affatus, quorum precibus mundus ipse saluatur? eligens enim optimos deo amicissimorum episcoporum sæpius destinaui, qui eum commouere potuissent ne infestaret ecclesiasticam pacem quam mundo deus inopinate largitus est. ille uero ex arrogantia et ea qua detinetur obstinatione aures obsurdans, inexorabilis perstitit, quin 20 immo permansit mala sibimet coaceruans, dum nos ab hac uiri maliuolentia simul insontes. et nunc ad satisfactionem uestram et ut possit uidere amatrix Christi ecclesia uestra quod non occasione captata quasi contristantem aduersarium nos et tantas nobis contumelias ingerentem quantas <in> ipsum decebat inferre, dum nos per gratiam dei nihil læderemur ex eis, a sua illum remouerim ecclesia, sed quia nobis in- 25

M 964 obœdiens exstitit uolentibus ut nostrum fieret membrum et ecclesia uestra toti communicare demonstraretur ecclesie, unde circa eum cuncta seruauimus quæ ad remedium pertinebant, sed et nunc quod nobis sufficere dignum est, peragentes, spondemus quia

Lp 374 si possibile fuerit ut correctione resipiscens deponat superbiam pristinam, parati eum sumus excipere et ad uos cum nostra atque illius festiuitate remittere. si autem iam 30 semel statuit præcipitare se ipsum ad communionis quidem læsionem, perditionem uero animæ suæ, nos quidem et deo et hominibus satisfacimus; uos uero quod uobis ipsis expedit, quæso, perquirite.

276a Erubescant iam ueritatis inimici, qui credentes præfatis sub nomine Theodoreti epistulis, eum Nestorianæ impietatis uolunt criminari fautorem, cui tale testimonium 33 præbet Iohannes archiepiscopus nimium cunctis Nestoriani erroris fautoribus inimicus, sicut ipsa quoque apertissime clamant, dum contra obstinationem pertinaciamque Alexandri ueraciter dicit: »ut nec colloqui cum dei sacerdotibus sustineret, neque ullatenus ad illorum uirorum ueniret affatus, quorum precibus mundus ipse saluatur. eligens enim optimos deo amicissimorum episcoporum ad eum sæpius destinaui, qui eum commo- 40

10 fecistis *Lupus* cetistis *M* 12/13 propotum *hæc M* 13 nihil omisimus *scripsi* nichil hominus *M*
ipse *M* 18 sæpius] ad eum sæpius *p. 202, 40* commouere *p. 202, 40/203, 1* commonere *M*
21 coacerbans *M* 23 aduersarium *scripsi* aduersum *M* 24 angerentes *M* in *addidi*
26 *hæc M* 29 eum *scripsi* enim *M* 31 communionem *M*
34 CCLXXIII *M* 37 ipsi *M*

uere potuissent ne infestaret seu uiolaret ecclesiasticam pacem quam mundo deus inopinatus largitus est. quod per nullum episcoporum fecisse nisi per Theodoretum et Andream, sicut ex superioribus claret, poterit inueniri; ex his uero et illud iterum roboratur quod a nobis intentio Theodoreti episcopi integerrime comprehensa sit.

Interpretatio, inquit, sacræ quæ promulgata est magnificentissimis et gloriosissimis 5 Lp 375 præfectis de exilio in Petram magnificentissimi comitis Irinæi

Damnato principe portentuosæ culturæ Nestorio, iustum est ut impiæ eius culturæ 277 [188] participes sentiant ualidissimam pœnam. ob hoc Irinæum, qui maledictum Nestorii cultum non solum secutus est, sed et instituit et studuit multas cum eo prouincias, eo quod ipse tali culturæ præesset, cuertere, nudatum cunctis dignitatibus et insuper ipsa 10 propria facultate, et Photium uero eisdem impietatibus implicatum, adæque facultate nudatum, quæ et in publicam proficiet rationem, in Petris exiliari decernimus, ut paupertate perpetua et locorum solitudine crucientur, Isidore pater honorandissime. gloriosa igitur atque magnifica auctoritas tua nostro huic decreto pragmatico competenter obædict, deputato sufficiente solacio, ut ad præfatum exilii tramitem præfati religionis 15 nostræ uiolatores abigantur.

Interpretatio, inquit, præfecti præcepti subuectus

Lp 376 M965

Quæ sint quæ de Irinæo et Photio sunt sancita a diuino et immortalis uertice, præfulgens diuinarum litterarum tenor ostendit. 278 [189] magnificentia igitur tua his quæ sunt decreta diuinitus, absque mora obædiens, ad loca in quibus iussi sunt duci, cum competenti 20 solacio præparet ueredos duo cum duobus parippis Oresti et Stephano singulariis, qui directi sunt ad peragenda quæ diuinitus sunt decreta quæque nostris præceptionibus continentur, coadiuantibus eos ex Syria tam regionum iudicibus quam prouinciarum quarumque ordinibus, insuper et defensoribus et reliquo solacio uel auxilio et decurionibus uel curialibus.

25

Quanti, inquit, a sanctis ecclesiis exierunt, nolentes suam conscientiam uulnerare neque 377 acquiescere factis Cyrilli seu eius sustinere communionem

Alexander episcopus Hierapolis Euphratesiæ, qui et exiliatus est in Famothin 1 279 [190] Ægypti metallum.

29

Abibibus Dolichii, quo electo ab ecclesia, alter ordinatus est a Iohanne.

11

Dorotheus Marcianopolitanus metropolitanus Mœsiæ. iste electus, exiliatus 111 est in Cæsarea Cappadociæ.

Valerianus et Eudocius Mysiæ, qui sub eodem Dorotheo existentes, ultro ab ecclesiis 111 (v) recesserunt.

34

Meletius Mompsuestenus secundæ Ciliciæ. hic exiliatus in Melitene Armeniæ 11 ciuitate defunctus est, multa milia passus ab Acacio eius ecclesiæ præsule.

Zenobius episcopus Zephyrii primæ Ciliciæ, qui ultro quidem reliquit ecclesiam, 111

5 CCLXXIII M 6 in Petram *Lupus* impræram M 7 cultore M cultore M 15 obediret M
17 Interpretatio — subuectus *scripsi*, in M *extant duæ inscriptiones, altera CCLXXV Interpretatio inquit*
p̄fecti p̄cepti suo loco posita, altera CCLXXVI Interpretatio inquit subuectus post 21 præparet inserta
22 ad — sunt *dupliciter scripsit M*
30 electo M 31 marcianum politanus M 31 exilianus M 32 capadocie M 33 V *add.*
Lupus Valerianus *scripsi* ualeanus ex ualeanus *corr. M* 35 mompsuestenus M exilianus M

M 966 post hæc uero in Tiberiade relegatus est, sed et inde fugatus, dum se hunc ipsum denun-
tiasset existere.

- Lp 378 viii Eutherius episcopus Tyanensium, metropolitanus Cappadociæ secundæ, qui ab
ecclesia eiectus, relegatus est quidem in Scythopoli, similiter et inde fugatus in Tyro
defunctus est. 5
- ix Anastasius Tenedi, qui ultro cessit ecclesia et eos qui erant per exilia, circumiens,
ita defunctus est.
- x Pausianus Ypataë, qui et ipse ultro cessit ecclesia.
- xi Basilius metropolitanus [non acquieuit], qui multa milia passus non acquieuit ut
cum reliquis eum qui non deliquerat, condemnaret. 10
- xii Iulianus metropolitanus Sardicensis, qui et ipse insontem se a fraterna punitione
seruans, ad multa milia periculorum peruenire præelegit.
- xiii Theosebius episcopus Cii, qui erubescitibus eum eicere habentibus potestatem,
in sua est defunctus ecclesia. nec tamen Nestorii depositioni consensit nec com-
municare ullatenus pertulit his qui Cyrillo adiuncti sunt. 15
- xiiii Acylinus Barbalissi Euphratesiæ. hic a castro quidem fugatus est, dum com-
municare Antiocheno non acquiesceret; post hæc autem communicauit quidem, non
tamen et homicidio assensit.
- xv Maximinus Dimitriadis Thessaliæ, qui mox se ipsum post factam in Nestorio
iniquitatem ab ecclesia separauit. 20

Lp 379 Lex quæ contra Nestorium proposita est

280 [191] Imperatores Cæsares Theodosius et Valentinianus uictores triumphatores maximi semper
Augusti

- ep. 68 Debita a nobis piissimæ religioni cultura et cetera quæ posita sunt prius. quibus
iubetur ut Nestorii uindices Simoniani uocentur, ut libri eius urantur, ut nusquam 25
M 967 talibus liceat conuenire, ut proscribatur qui eis locum conueniendi ubicumque præ-
buerit. qui hic ponitur ab Irinæo.

Lp 380 Synodica, inquit, Helladii et aliorum Ciliciæ episcoporum, quam scribentes postea
principi direxerunt, ueniente ad hoc cum decreto imperiali ammirandissimo tribuno
et notario Aristolao 30

281 [192] Religiosissimis et piissimis imperatoribus nostris digne honoratis a deo Theodosio
et Valentiniano Augustis Helladius Cyrillus Valentinus Minodorus Tarianus episcopi
primæ uestre Ciliciæ. Scientes, o amici dei et amici Christi imperatores, uestrum
circa pietatem zelum et quod ab initio habuistis erga ecclesias dominatoris Christi studium
et prouidentiam, et dominatorem Christum glorificantes persistimus qui uos tam pio 35
dignos fecit imperio, et pro uestra diuturnitate atque uictoria non desinimus exorare.
hac nobis actionis gratiarum præditi uoluntate, hæc ipsa actio gratiarum præsentī in
tempore magis suscepit augmentum. adueniente siquidem ad uestræ Ciliciæ pro-
uinciam clarissimo uiro Aristolao tribuno et notario, uerum secundum piam sanctionem

1 futatus M	3 capadocie M	8 eccle M	9 non acquieuit <i>deleui</i>	11 sardicessis M
13 theosepius M	16 barbalisii M	18 homicidium M		
24 culture M	27 qui sc. νόμος			
28 CCLXXXVIII M	32 ualentiano M	35 prouidentiam M	36 diuturnitatem M	
37 actiones M	39 uero M			

uestram et ipso quoque nobis declarante ardorem feruoremque uestrum circa orthodoxorum piam religionem et quod ab unitione ecclesiastica nihil amplius studeatis, prone nostram quoque uoluntatem et obœdientiam, quam circa uestræ deoamabilitatis pias sanctiones habemus, ostendimus. circa enim diuinas præceptiones uestras et communionem cum sancta synodo quæ in Epheso facta est, amplectimur et Nestorium, 5 qui quondam fuit felicissimæ Constantinopolis episcopus, habemus depositum et anathematismo subiecimus super omnibus quæ impie coram ecclesia docuit seu in scriptis Lp 381 exponit seu semotim locutus est, sequentes sanctos episcopos Xystum Romæ et Proclum magni nominis Constantinopolis et Cyrillum Alexandriæ et Iohannem Antiochiæ et omnes reliquos religiosissimos episcopos, in omnibus quæ pie definiuntur ab eis, coanathematizantes ipsi Nestorio et eos qui eadem quæ ille, impie asserunt, id est Simonianos, quos iuste uestrum sic cognominauit imperium.

Has Irinæus litteras multiloque impetens sic adiecit:

Lp 382

Epistula, inquit, Helladii, quam prius scripserat quam sacra contra eos promulgata, ex necessitate communicatoribus Ægyptii communione coniuncti sunt 15

Domino deo amicissimo et sanctissimo episcopo Nestorio Helladius in domino salutem. 282 [193] M 968 etsi ab initio usque ad finem multitudo peccatorum præualuit ut omnia nobis in contrarium quam orabamus, uerterent, uerumtamen nos <in> æqua circa tuam, religiosissime, sanctitatem uoluntate persistimus et pro pietate certari tuam nouimus sanctitatem ac propter ipsam ea quæ apud tuam uere sanctitatem festinantur, uoluptate 20 ab ipsa credimus sustineri. unde beatificantes animam tuam, quæ in tantis ac talibus temptationibus probata perclaruit, deo amicissime, oramus circa amorem diuinum tui inueniri participes in iudicii die. de aliis uero audisti utique, sanctissime. his qui circa deo amicissimum Theodoretum sunt, nos quoque connumera, ideo magis quæ eligimus, eligentes, ne deteriora proficiant, maxime quia hæ quæ directæ sunt litteræ 25 ep. 72 omnem ferunt in semet ipsis traditionis apostolicæ acribiam. pro nobis uero ora, domine.

Qui tamquam de ypocrisi accusant Theodoretum propter illa quæ ex eius nomine 282a posuit Irinæus, satis terreri debent ne ipsi potius ut re uera ypocritæ etiam suo in diem Lp 383 supremum iudicio condemnentur. nam de illis quidem per scripta grauiter questi, 30 de istis Helladii nomine positis hactenus interim silent nec ea damnanda prætendunt. unde benedicendus est deus, qui in hoc quoque sæculo non celat ueritatem clarius in die iudicii propalandam. ecce enim suæ damnationi succumbunt, ecce dei aduersarii esse produntur. uidete attentius, quæsumus. nonne per imperatorem Iustinianum omni conspirata huius sæculi potestate, toto tricennali felici imperii tempore id egerunt ut Theodori et Ibæ et Theodoreti scripta acerrime condemnarent? quare de hac Helladii epistula omnino tacuerunt, nisi quia Helladius nominatim receptus in Chalcedonensi concilio omnino non legitur nec aliquid illic actum de eo, per quod, si

- | | | | | |
|------------------------------|------------------|------------------|--------------------------------------|----------------------------|
| 1 ūrā M | 3 uoluntate M | 5 amplectitur M | 6 constantinopolin: | 11 Simonianos |
| <i>scripsi nestorianos M</i> | | | | |
| 13 CCLXXIX M | 18 in add. Lupus | 19 proprietate M | 20 uero | <i>festinantur scripsi</i> |
| <i>festiuatum M</i> | 25 directa M | 26 acribiam M | | |
| 28 CCLXXX M | 30 condemnatur M | perscriptam M | 32 sæculo | <i>scripsi secundo M</i> |
| 33 damnationis accubunt M | 34 attensius M | 35 uius M | <i>felici imperii scripsi feli M</i> | |
| 37 nominatis M | | | | |

condemnetur, præfatæ synodi subruatur auctoritas, per quod Nestoriani complices astruantur erroris? nam si Irinæo, qui et illas ex Theodoreti nomine posuit, creditur, ecce epistula Helladii illa continens quæ magno strepitu in aliis accusantur et nunc usque a nullo sunt specialiter impetita. sed soli hoc merentur ab æmulis, per quos
 Lp 384 illorum destrui posse putatur auctoritas qui dominum nostrum Iesum Christum in 5
 duabus perpetuis substantiis agnoscendum, in una uero persona eademque subsistentia synodica definitione docuerunt. sed numquid eorum fraudes, quæ etiam peccatoribus et pusillis et tardis hominibus, immo et omni orbi patent, occultæ erunt eidem domino Iesu Christo, qui et omnia nouit et iudicaturus est omnes? in quo, quæso, iam puri sint, qui fraudulentissimi sunt in eo in quo se putant adiutores dei et uindices ueritatis? 10
 duo aduersa sunt ueritas et falsitas, sicut dolus et puritas; si dolus adiuuat ueritatem, potest adiuuare puritas falsitatem ac per hoc consonare uirtus et uitium et uirtus esse
 M 969 contraria <uirtuti>. quæ dum sint impossibilia, necessario arbitror sequi ut non sit ueritas, quæ dolo defenditur atque dilatatur.

Lp 385 Epistula, inquit, Cyrilli ad Aristolaum tribunum, quam scripsit rogante Beroniciano 15
 episcopo Tyri, formas dans anathematismi qui ab eis fieri debuisset

283 [194] Dominus meus religiosissimus episcopus Beronicianus scripsit ad me quod pium
 ep. 68 decretum deo amicorum principum tuæ admirabilitati sit traditum, per quod præcipitur ut uniuersi religiosissimi episcopi Orientis anathematizarent impium Nestorium et omnes eius contra Christum blasphemias; dicere enim Simonianam seu Nestorianam hæresim 20
 hoc est, ut arbitror, et aliud nihil. significauit autem quod parati sint uniuersi æstimationes uel opiniones suas a tali suspicione liberare, eo quod sint omnibus modis liberi ab illius blasphemiiis. ego pacem quæ per Christum præstita est ecclesiis, firmari uolens, oro quidem ut cuncti hanc habeant intentionem et a Nestorii uocum nouitatibus mundi sint; quia uero dicunt quod nihil amplius expetere debeamus super ea quæ im- 25
 periales et piæ litteræ continent, et hoc petunt a tua uirtute, dignare, omnium iuuando opinionem, præparare illos anathematizare Nestorium et polluta eius dogmata eumque habere deiectum, credentes unum esse dominum nostrum Iesum Christum filium dei utique unigenitum, eius uerbum inhumanatum et incarnatum, non in duos filios incidendum, sed eundem ex deo ineffabiliter genitum ante omne sæculum et tempus et 30
 in ultimis sæculi temporibus eundem secundum carnem ex muliere, ita ut et una eius persona sit. sic enim dei genetricem intellegimus sanctam uirginem, eo quod sit idem deus simul atque homo, quippe qui inconuertibiliter et inconfuse incarnatus et inhumanatus est unigenitus, esse uero eum passibilem quidem humanitatis natura,
 Lp 386 pati uero cum impossibilem quidem diuinitatis natura, pati uero eum propria carne 35
 1 Petr. 4, 1 secundum scripturas. his namque coniunctis anathemati aduersus Nestorium omnis de cetero, ut tamen arbitror, uacabit incusatio et munda erit conscientia hominum, ut nec hi qui per ciuitates sunt populi configant ulterius contra se uel omnino scandalizentur aliqui in magistris, confitentes quod cuncti teneamus in nobis rectam et inaccusabilem fidem. hæc enim scripsi domino meo episcopo Beroniciano; arbitror uero quod ad idem 40
 M 970 respiciat uirtus imperialium decretorum et nihil his quæ præcepta sunt, adiecerimus.

2 theodorati M	8 patent <i>Lupus</i> pater M	11 pulitas M	uernem M	13 uirtuti
add. <i>Lupus</i> post uirtus contra clausulæ leges	14 quæ <i>Lupus</i> quo M			
17 CCLXXXI M	18 principium M	admirabilitate M	20 Christum <i>Lupus</i> ep̄m M	
22 suspinione M	25 expetere <i>Lupus</i> expedi M	26 continenen M	27 anathematizaret M	
29 duos <i>Lupus</i> iudicio M	30 seedum M	37 uacauit M	38 confrigant M	scandalizantur,
uir ex es corr., M	39 aliqui ex aliquid corr. M	41 p̄ceptum M	41 adiecerimus M	

Idem Irinæus, ubi propter ista iniuriauit Orientis episcopos, ait

Lp 387

Epistula Cyrilli ad Iohannem Antiochenum, per quam causatur quod Orientales anathematizassent quidem Nestorium, sed eadem quæ et ille, prædicarent; format autem et quomodo de cetero anathematismus expeti debeat

Pacem quidem desiderare summum bonum est atque præcipuum et oportere dico **284** [195] ut qui sapere Christo placita uolunt, continent circa hoc studium suum non remisse, 6 sed fortiter; uerumtamen non ob hanc causam despici oportet pietatis in Christo uirtutem. pessimum uero et aliter est diligere quidem pacem et bona quæ ex ipsa sunt, obstupescere nimis, deducere uero ad medium non ea quibuscumque roboratur et inconcussibilis fit, sed potius illa quæcumque eam resoluunt et euertunt, et circa quæ composita est, 10 permanere non sinunt. hæc scribo contristatus ualde. dicunt enim quosdam illinc religiosissimorum episcoporum impium quidem Nestorium anathematizare et dementissima dogmata eius, temptare uero rursus quasi ex permutatione ea quæ eius sunt, sapere et loqui et dissoluere conscientiam fratrum pro quibus Christus est mortuus; miror autem quomodo, dum sint sapientes, lateat eos quia si quæ eiciunt dogmata sapiunt, 15 semet ipsos anathematizant. dicetur namque et hoc pro utilitate, etsi esse uidetur onerosum. et quidem hos qui nescio quomodo ea quæ Nestorii, loqui audent, clare dicere non præsumpsi (uolo namque in talibus ad credendum tardus existere pro magnitudine mali); tua autem sanctitas, si tamen omnino sunt aliqui tales, dignetur eos monere atque confundere et sistat et sapientes uocum nouitates Nestorii et loquentes. nam 20 Lp 388 quomodo anathematizant eas uel quomodo pacem permanere desiderant, repugnantes ei eamque euertentes, ut inquam? sufficebat quidem insuspectis omnino anathematizare tantum impium Nestorium et dogmata eius seu contra Christum blasphemias; quoniam uero ueri simile est quod deludant quidam hanc rem dicantque: »ob hoc eiectus est solum quod dei genetricem minime fateretur, et aliud nihil«, ideo arbitror esse dicen- 25 dum quoniam non hæc sola deiectionis fuit causa deiectionis, sed etiam plurimæ contra dogmata ueritatis eleuantes aculeum. oportet igitur profiteri quia et anathematizant Nestorium et polluta eius atque insana dogmata et eum depositum habent, credentes M 971 unum esse dominum nostrum Iesum Christum filium dei utique unigenitum.

Et cetera ita secuntur his uerbis subiuncta sicut in epistula ad Beronicianum usque **284a** ad locum ubi habet »et inaccusabilem fidem«, in quo et finitur. et post hæc Irinæus 31 multa contra Orientis episcopos ait et testimonia litigiorum reuocans ad medium, postremo adiecit

Ostensum quidem est integre per supra scriptas litteras quia qui doctrinam Nestorii **285** damnauerunt, semet ipsos alienos ab ecclesiasticis pronuntiauere doctrinis; per quæ 35 enim contra illum sunt uisi decernere, ipsam clare abiurauerunt ueritatem. Iohannes uero, et certe nihil nesciens horum, dum præfatas Cyrilli litteras suscepisset, per omnem uiam uenit et artem, donec sacerdotes suos ad illud impelleret perditionis abruptum. sed nec hoc Ægyptium ualuit satiare aut saltem sistere contra ueritatem latrantem. Lp 389 uolebat enim quippe homicidio suo uniuersos de cetero per Orientem ab apostolicis 40

2 CCLXXXII M 3 ille *dupliciter scripsit* M 7 hac causa M 8 possum uero M
9 roboatur M 11 quosdam *scripsi* quodda M 16 uidentur M 24 quod *Lupus* de M
26 deiectioni M
30 CCLXXXIII M 38 impelleret *Lupus* impleveret M abruptam M

quidem dogmatibus abscedere et ab ipsis quoque <quæ> ipse per Paulum pridem in
 ep. 72 scripto confessus est, unam uero naturam clare et quæquæ sunt talia, prædicare, nihil
 ulterius contra expositorum rursus ab eo capitulorum uesaniam recertantes. nihil
 igitur ob hoc curans uel de eis quæ ab eo pro acquirenda gratia eius impudenter et impie
 acta sunt, mittens ad regiam ciuitatem eosque ad solacium consueute aggregans quorum 5
 patrocinio et a principio fretus inierat contra Nestorium bellum, assumit etiam nunc
 sui propositi participes. hi igitur scientes quæ ab Orientalibus paulo ante fuerant
 acta et quia omnia prius sibi proposita ignominiose opere compleuerunt, alteram con-
 tinuo contra eos, Cyrilli consilio, ædificant factionem longe deteriore prioribus.
 etenim Maximum quendam, monachi habitu circumpositum et feruenter Apollinarii 10
 errore languentem, cum litteris imperialibus et præceptis præfectoriis et uirtute maxime
 plurima ad Orientem dirigunt, ut quasi per Iohannis concordiam eis iam studiosius
 Lp 390 ministrantis hæresis quidem languorem disseminent per Orientis ecclesias, præparent
 uero anathematizari qui orthodoxiæ egregiorum prædicatorum luminaria fuere clarissima
 et Apollinarii deliramenta et præcipue nouæ huius uenena hæreseos detexerunt. sed 15
 hi quidem qui propter ista directi sunt, ualde Orientem perturbauerunt, etsi propter sani-
 tatem populorum nihil amplius proficere ualuerint, <et> salutem saltem suam fuga lucrati
 sunt; Iohannes autem colligens Orientis episcopos, subiectis synodicis litteris usus est

Lp 391 Epistula scripta Proclo Constantinopolitano episcopo ab Orientali concilio pro Theodoro
 et Diodoro quondam episcopis

20

286 [196] Si quidem sobrie agere uelint qui turbis et iuuenalibus leuitatibus contra commune
 corpus ecclesiæ nunc nescio unde potestate sumpta utuntur et suas quidem patrias
 relinquentes, uenientes uero ad imperii urbem et calumnia aduersum proprios episcopos
 eorum qui illic sunt, sordidantes auditus, non utique nunc necessarium fuerat

M 972 His dictis, duas ponit epistulas Iohannis Antiocheni pontificis et totius sub eo 25
 concilii Orientis pro sanctæ memoriæ Diodoro et Theodoro episcopis, et mediam solius
 Iohannis, dicens

Lp 392 Epistula Iohannis ad Proclum, per quam gloriatur quod totum peruerterit Orientem,
 et personam uero sæpius in ipsis litteris accusauit

287 [197] 1 Et prius et nunc suscipientes piissimi et amatoris Christi principis de pace eccle- 30
 ep. 69. 68 siastica sanctionem per conspicuum fidelissimumque tribunum et notarium Aristolaum,
 agnouimus et nunc et prius quæ sit secta Nestorii, quam contra rectam patrum fidem
 nouiter adinuenit, et ipsum quidem habemus deiectum; quæ autem male sapuit uel
 dixit seu in conscriptis siue in expositionibus, hæc omnes abiecimus et anathematiza-
 uimus et qui ea excipiunt et qui [ea] eadem quæ ille, aliene a pia confessione sapiunt. 35

19 alia ex eadem epistula excerpta habentur apud Facundum 1, 1. 8, 7. 2, 2. 8, 1. 5.

26 harum epistularum altera ad Theodosium directa erat [cf. infra 290^a], altera ad Cyrillum, quam primus
 edidi in Concilst. 2, 62—66. cf. Liberat. 10 [Concilst. 2, 42].

1 ipsit M	quæ add. Lupus	3 uersania M	4 de eis Lupus deis M	5 mittens
Lupus mittentes M	10 apollinarii M	12 eis scripsi eius M	studiosius scripsi studiosus M	
15 apollinari M	uenera M	16 directa M	17 et addidi	lucrati M
19 CCLXXXIII M	23 calumniam M			
33 adinueniter M	35 qui ea scripsi quia eam M	ea deleui		

quod fecerunt omnes religiosissimi Orientis episcopi, sicut et hi qui ubique sunt, id est
tam nos quam cuncti qui undique in Ephesum conuenerunt deo amicissimi episcopi,
quibus assensimus Nestorium <anathematizantes> deponentesque deiecitum et com-
placemus atque consentimus ut nihil neque adiciatur <neque> dematur de expositione
in Nicæa a sanctis patribus facta, sed ut permaneatur in ea et sit uenerabilis hæc ipsa 5
de fide confessio sanctorum patrum qui in Nicæam congregati sunt, quam roborauimus
etiam nos et confirmantes per dei gratiam permanebimus, in qua et nati et nutriti et
baptizati sumus, eo quod ipsa trahat firmitatem credulitatemque in semet ipsa exi-
stentem <c> scripturis diuinitus inspiratis et ex his quæ prophetæ et euangelistæ et
apostoli prædicarunt nec non et omnes gloriosi patres qui post eos usque ad Nicænum 10
concilium omni spiritali charismate micuerunt et qui post ipsos quoque usque ad nos
2 ipsos fuerunt. adicere uero aliquid ei aut auferre ab ea uel diuertere impium peri- Lp 393
culosumque iudicamus. non est enim tutum auferre terminos quos posuerunt patres cf. Prou. 22, 28
nostri. anathematizamus igitur eos qui aliene ab ipsa exponunt coram ecclesia uel
qui male interpretantur hanc ipsam uel qui eam studiose corrumpunt et [quia eam] 15
non forte ex ignorantia tale aliquid patiuntur quale hæretici pertulerunt, id est Arrius
et Sabellius et Photinus et ante eos Valentinus et Marcion et Manichæus et Paulus
Samosatenus seu Simon et quicumque his similis sectæ sunt, uti uero et uolumus et
commendamus uniuersis illis uerbis et illo sensu qui in præfato symbolo continetur, M 973
nec ullatenus abscedere præter cum; qui uero id corrumpit, hunc esse ab omni Christiana 20
confessione et communione <alienum>. intellegimus uero eam traditamque recipimus
circa intellectum et uerbum et sermonem, sicut hi qui ante nos fuerunt deo amicissimi
episcopi, in Occidente quidem Damasus Innocentius Ambrosius et alii patres, in Hellade
uero et Illyrico Methodius et alii patres qui pietate claruerunt, at in Africa Cyprianus,
in Alexandria Alexander Athanasius Theophilus, in Constantinopoli Nectarius Iohannes 25
Atticus, in Ponto qui circa Basilium atque Gregorium, in Asia Amphilocheus Optimus,
in Oriente Eustathius Meletius Flauianus et omnes quicumque similiter talibus pietate
micuerunt. habet uero expositio fidei sic:

3 Credimus in unum deum, patrem omnipotentem, omnium uisibilium inuisibilium- cf. ep. 110
que factorem; et in unum dominum Iesum Christum filium dei, genitum ex patre uni- 30
genitum, id est ex substantia patris, deum ex deo, lumen ex lumine, deum uerum ex
deo uero, genitum, non factum, consubstantialem patri, per quem omnia facta sunt
quæ in cælo et quæ in terra, qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit,
incarnatus et inhumanatus est, passus est et resurrexit tertia die, ascendit in cælos,
sedet ad dexteram patris, uenturus est iudicare uiuos et mortuos; et in spiritum sanctum. 35

Eos autem qui dicunt »erat quondam quando non erat«, ** et quia ex non <exist>en-
tibus factus est aut ex altera subsistentia, dicentes esse uertibilem aut mutabilem filium
dei, hos anathematizat catholica et apostolica ecclesia.

4 Hæc ad eorum satisfactionem qui satisfactione indigent, per tuam direximus
sanctitatem. nos enim omnia quæcumque oportuit fieri, ante quattuor annos, mox 40 Lp 394
ut uenit ab Ægypto ter beatus Paulus, et fecimus et egimus et diximus; sed nescio unde
nobis et ecclesiis ab olim procuratus est malus iste circuitus, qui reuoluitur mordens

2 conuenerant *Lupus* conuenerunt et *M* 3 anathematizantes *addidi* 4 neque *add. Lupus*
7 permaneb *M* 8/9 existentem *e scripsi* existente *M* 15 quia eam *deleui* 17 antheos *M*
21 alienum *add. Lupus* 24 efrica *M* 26 in ponto -- gregorium *dupliciter scripsit M* amphi-
locheium *M* 27 eustrachius *M* 31 ex substantia] et substantia *M* 34 celo *M* 35 sede *M*
36 *excidit* et »antequam nasceretur, non erat« exist *om. spatium uacuo relicto M* 37 multa-
bilem *M* 42 malu *M*

non solum, quantum uidetur, nos, sed et eos qui ubique sunt, nisi nunc deus per deo-
amabilitatem uestram restinguat incendium.

Hi qui ex Paralia sunt deo amicissimi episcopi his consona componentes et sub-
scribentes direxerunt. illi qui ex secunda Phœnicia, uenientes propter ordinationem
religiosissimi episcopi Theodori, qui tua dignus est sanctitate quemque te arbitror nosse, 5
illum dico qui est a syncathedria, id est a consessu, ipsi quoque subscripserunt. Cilices
utrique ab anno præterito his conuenientia et consona per conspicuum tribunum Aristo-
laum compleuerunt. Arabes per metropolitanum suum, qui hic affuit, religiosissimum
episcopum Antiochum his acquieuerunt. Mesopotamia et Osdrœna et Eufratesia et
Syria secunda omnia quæ fecimus, unanimiter uindicant. ab Isauris quæ facta sunt 10
olim, uestra deoamabilitas longe ante suscepit. primæ Syriæ hæc ipsa nobiscum
M 974 præsentēs et sapiunt et subscripserunt uniuerſi. qualiter autem deo amicissimus
qui apud nos est clerus et audierit hæc et tuam religiositatem laudauerit propter has
tuas beatas curas, adiacet tuæ sanctitati a clarissimo et fidelissimo tribuno et notario
domno Aristolao discere, quem sicut filium proprium et aspeximus et per eum nota 15
5 fecimus uniuerſa. cessent igitur, quæſo, hæc de cetero usque in finem per te et sapien-
tiam tuam et sudores et labores singulorum dierum, qui semper ecclesiis prosunt, pro
quibus constituat te nobis deus ecclesiæ propugnatorem in longa et pacifica tempora,
ut paulum quidem ex his improuisis malis respirantes, quæ propter maledictum Nestorium
mundus expertus est, aduersum gentiles Phœnicia possimus obsistere et Palæstinæ et 20
Arabia et aduersum cuncta Iudaica et maxime quæ sunt in Laodicia (subito enim impii
Iudæi archidiaconum, mirabilem uirum, in theatrum deducētes puniuerunt), insuper
et contra eos qui in Cilicia effrenate resistunt. sunt namque adhuc rebellantium ex
Lp 395 conspiratione Nestorii contra ueneratorem uestrum domnum Thomam, quem iuuare
dignare. præstet uero deus misericordiam et adiutorium suum magnificentissimo 25
et gloriosissimo præposito domino Felici, qui clara corona indutus est, eo quod tali
cooperatione magnam hiemem tempestatemque sedauerit.

Lp 396 Postquam longo multiloquio præcipue Iohannem sanctæ memoriæ et eius coepi-
scopos maledixit, hic ipse Irinæus

288 [198] Epistula, inquit, Cyrilli ad imperatorem causantis contra eos qui circa Antiochenum 30
Iohannem, eo quod quasi anathematizare, inquit, uisi Nestorium, ipsa sentiunt
quæ et ille, eo quod Theodori et Diodori scripta mirentur

Æternam uitam prouidere a terra et inculpabili ad deum patremque qui in cælis
Ioh. 17, 3 est, ** inquit: hæc est autem sola et æterna uita, ut cognoscant te solum
et uerum deum et quem misisti Iesum Christum. sed nescio quomodo 35
quidam fingunt quidem rectis circa hoc pedibus ambulare, dum claudicent et ueritatis
uiam deserentes uertantur ad alteram, quæ ad exterminium perditionemque producit.
adhærent enim quorundam conscriptionibus interdictis. et, ut clare dicam rei
Ps. 118, 46 naturam, si quidem scriptum est: et loquebar in testimoniis tuis coram regibus

3 Paralia] = *Phœnicia Paralia* 6 assuncathedria *M* 7 conuenienda *M* 9 hosdrona *M*
10 circa *M* 12 amicissimi *M* 13 laudauerint *M* 15 que *M* 17 tua *M* 19 quidem
scripsi qui *M* 21 in Laodicia] illaodocia *M* 23 cicilia *M* et frenate *M* 24 Thomam
scripsi choneum *M* cf. ep. 265 25 mannificentissimo *M* 27 quo operatione *M*
28 CCLXXXV *M* 32 diodoro *M* 34 lacunam statui e. g. supplendo et filium eius Iesum
Christum fide uti dominus noster hortatus est

et non confundebar, Theodorus quidam fuit et ante hunc Diodorus episcopus, hic quidem Tarsi, ille uero Mompsuestiæ. hi patres fuerunt Nestorii blasphemiae. in libris enim quos composuerunt, agresti insania usi sunt contra omnium nostrum saluatorem Christum, ignorantes eius mysterium. uoluit igitur impius Nestorius ea quæ illorum sunt, ad medium deducere et a deo sacra priuatus est aula. dum uero nunc 5 anathematizassent quæ eius sunt, nonnulli Orientis episcopi altero modo hæc ipsa rursus inducunt, dum ea quæ sunt Theodori, ammirantur et eum recte sapere dicunt et consone M975 Lp397 patribus nostris, Athanasio dico et Gregorio atque Basilio. sed mentiuntur contra sanctos uiros; scripserunt enim quantacumque Theodori et Nestorii malis sunt aduersa sententiis. quia igitur didici quod de his et uestris piis auribus ingerant quædam, 10 rogo ut animas uestras intactas omnino impollutasque seruetis a Theodori et Diodori impietatibus. sicut enim supra iam dixi, Nestorius ea quæ ipsorum sunt, est locutus et ob hoc ut impius condemnatus est ab uniuersali synodo apud Ephesum congregata circa dei uoluntatem. quoniam uero simulant quidem se symbolum confiteri quod expositum est in magna et antiqua synodo Nicæna, declinant uero eius falsa interpreta- 15 tione uirtutem, rogauerunt archimandritæ Orientis orthodoxi interpretari a me eiusdem symboli uim. quæ et interpretata est et necessarium fuit ut in uestras pias et amicas Christi aures perueniret hoc opus; uestræ siquidem tranquillitati inest inter alia bona et hoc, ut in sermonibus de recta fide sine cessatione deliciarum uelitis.

Supra scriptam epistulam per ** suis patribus ad hoc præcipue protulit Irinæus, 20 288a ut Nestorium probaret non esse nouitatis auctorem, dum constet quod multæ hæreses patrum pro se ob hoc ipsum proferant lectiones nec tamen ob hoc eorum principes non sint nouitatis auctores. nam quo de aliis interim sileam, Eusebius in opere apologetico pro Origene et dogmatibus eius, id est præexistentia et restitutione composito, quod <Pamphili> martyris et ipsius Eusebii Cæsareensis nominibus prænotatur, multis ualde 25 præcedentium patrum testimoniis usus est pro prædictis erroribus, nec tamen idcirco Lp 398 ab ecclesia dei uel Origenes absoluitur, quasi non fuerit nouitatis inuentor, uel illi pariter addicuntur. similiter Arriani et Macedoniani testimoniis abutuntur Dionysii Alexandrini pontificis et cum eis etiam Donatistæ sancti martyris Cypriani et octoginta sex coepiscoporum eius concilio facto, et de omnibus his idem quod dixi, seruat ecclesia; 30 et Pelagius, diabolici auctor erroris, etiam beati Iohannis Constantinopoli præsulis et Mediolanensis Ambrosii et aliorum ipsiusque Augustini, laudabilis tantæ expugnatoris hæreseos, nec tamen ob hoc uel ipsi Nestoriani dicere poterunt quod nullus prædictorum fuerit nouitatis inuentor. an forte idcirco <nec> alios nouitati streptatores asserunt nominari, quia de præcedentium patrum nominibus scriptisque mentiti sint? sed contra hoc 35 nobis testis est illa uetustas et consonantia codicum, cui qui non credit, nec contra Manichæos de noui testamenti librorum inuenit quod astruat, ueritate. si ergo uere Manetis blasphemias execrantur, quomodo ei in maxima et summa suæ hæresis confirmatione poterunt consonare? cur ergo ipsi nouitatis inuentores nostros patres

7/8 cf. epistulam synodi Orientalis ad Cyrillum Conculstud. 2, 64, 16—18

10/11 loquitur de eiusdem synodi epistula ad Theodosium, cf. quæ adnotauit ad p. 247, 17

1 theodorum M	2 mompsuastie M	3 urm M	9 sco M	10 uestris Lupus uerbis M
11 seruentis M	16 iptari M	18 peruenireres M		
20 CCLXXXVI M	supra scriptam Baluse scam M		lacunam indicaui e. g. supplendo quam	
Nestorius prædictis usus esse incusatur quasi	23 quod M	eusepius M	25 Pamphili addidi	
28 apriani M	32 amprosii M	33 ob Lupus ab M	poterunt scripsi potuerunt M	præ-
dictorum Lupus p̄dicatorum M	34 nec addidi	37 uestamenti M	38 Manetis Lupus manentis M	

Lp 399 accusant, dum longe antiquiores et ab Epheseno, sed et alii ab ipso quoque Nicæno concilio magistri clarissimi et uere ac proprie, id est summi et sempiterni dei genetricem
 M 976 beatam uirginem, quæ consubstantialem patri filium peperit, dicant, et quæ ille ipse in nostra natura suscepit, eius dici per unionem in unam personam subsistentiamque definiant? quæ prorsus Nestorius abiurando damnatus est et ne tunc quidem correc- 5
 ep. 209 tus, sicut eius, quantum supra posuimus ipso Irinæo inquirente, ad Theodoretum scripta
 ep. 72 testantur, quæ contra fidem pacificæ Alexandrini pontificis scripsit epistolæ. hæc breuiter diximus ad id solum quia non ob hoc negandus fuit Nestorius nouitatis inuentor, quia Theodorus et Diodorus a Cyrillo eadem sapuisse dicti leguntur.

Lp 400 Pars, inquit, <epistolæ> Theodoti Ancyrae ad sanctum Vitalem monachum, qui erat in 10
 Cappadocia

289 [199] Etsi enim Cilicum quidam uobis impietate communicant, quos ante Nestorium decepit Theodorus, sed non oportet tuam religiositatem post tantam uirtutem et tot tempora uitæ monachicæ subduci nouitatibus dogmatum, quæ superinductæ sunt pietati ex quæstione iuuenali, non ex nostra pristina fide. dispensationis enim Christi mira- 15
 cula fides quidem fecit omnium lucrum, quæstio autem hoc lucro quærentem priuabit. præfuit uero huic ineffabilium et omnem superantium rationem mysteriorum unigeniti quæstioni prius quidem Theodorus, post illum uero Nestorius; quem nunc secuti sunt Tyanenses.

Lp 401 Pars, inquit, epistolæ Rabbulæ Edesseni scriptæ ad Ægyptium, significans quod is qui 20
 ab eis obpugnabatur, id est Nestorius, eos qui circa beatum Theodorum, secutus in suis est coram ecclesia doctrinis

290 [200] Episcopus enim quidam prouinciæ Cilicum, uir uerisimilis dictu et sufficiens ad persuadendum, altera quidem pro tribunali proferebat ad placendum populo, alteris uero perditionis capturas serebat in scriptis. qui in quorundam suorum librorum 25
 principiis anathematismum legenti circumponebat, ne aliis proderet scripta. iste primus exposuit non esse dei genetricem secundum ueritatem sanctam Mariam, tamquam deo uerbo non recipiente eam quæ secundum nos est genituram. hoc nunc usque latens, ne tempore diuturniore roboratum firmitus putaretur, secundum dispensationem dei oblitus Nestorius, nouæ incisionis auctor, in publicum protulit. 30

290a Idem Irinæus et ad hoc his testibus utitur, ut quasi talem faciat syllogismum:

M 977 Ecce his tribus testibus est credendum quod Nestorius Theodorum in sua prædicatione secutus sit; rursus quod Theodorus ea ipsa docuerit quæ omnes clarissimi patres, testis est synodus Orientis. igitur, inquit, Nestorius eadem prædicauit quæ cuncti clarissimi patres. 35

1 epheseneo M 3 consubstantialem scripsi quod sustantialem M 4 nr̄a naturā M 5 de-
 finiant M 6 inquirente scripsi uicente M dicente Lupus 8 nostorius M 9 lecutur M
 10 CCLXXXVIII M epistolæ addidi 12 cilicium M malini impie 14 superducte M
 16 querente priuauit M 17/18 unigenito questione M 19 tua menses M
 20 CCLXXXVIII M idem excerptum Syriace uersum habetur in Ephræmi opp. sel. ed. Overbeck
 p. 225, longius in Actis concilii quinti [L V 469 = M VIIII 247]
 20 par M Ægyptium Baluze egyptum M is scripsi bis M 22 in suis scripsi sio usus M
 eccle M 23 cilicum M Syr. Cilicum Theodorus Act. 24 altereis M 26 scripta Act. scriptis M
 31 CCLXXXIX M utitur Lupus uertitur M 33 ea Lupus ee M

In his ideo errauit, quia temperantiam non attendit ecclesiæ dei, qua usa synodus Lp 402
Orientis ad imperatorem Theodosium in epistula pro Theodoro et Diodoro episcopis, p. 208. 26
quam et ipse Irinæus posuit, inter alia:

Si quid uero, inquit, imperator sancte, et immanifestum de tali quis <dicat> inueniri
in eius aliorumue conscriptis, nec hoc iam nunc est necessarium retractare. quorum 5
enim in sacerdotio et sacris operibus optimum finem uita suscepit, his pristinam gloriam
dedicamus, et non eos iudicamus ab eis ex quibus eos audacter quidam reprehendere
uolunt.

Aperte synodus Orientis dicta Theodori sub sana exceptione ut laudauit, ita et
clarissimis ostendit consonare doctoribus, dicens ex quibus quidem defunctos magistros 10
ecclesiæ temperantia laudet et ex quibus iudicare [non] debeat, id est ex his quæ com-
munia omnium sunt, non ex his si qua non inueniuntur esse communia. quoniam
uero præfatus Irinæus dicit quod Iohannes et coepiscopi eius eadem quæ Nestorius
sentientes, sub ypocrisi eius deiectioni consenserint, quædam testimonia ex libro Eutherii
cohæretici eius contra unitiuam beati Cyrilli epistulam, ubi et eiusdem Nestorii testimoniis 15 ep. 72
utitur, hic transcribenda perspexi, per quæ etiam nunc catholicorum et hæreticorum
differentia dinoscatur et maxime circa fidem, de qua nunc specialiter sermo est.

Epistula Eutherii quondam Tyanensis episcopi ad Alexandrum Hierapolitanum contra Lp 403
pacem scripta ecclesiæ dei quæ facta est inter Cyrillum et Iohannem episcopum

1 Mouet me ad scribendum consuete a deopassianis aduersus pietatem pugna con- 291 [201]
sistens; nunc uero duo me ista compellunt intacitum mouere sermonem contra eos qui 21
impiis assenserunt. unum, quia Oriens bene degens in pace prius, nunc sicut et
ceteræ prouinciæ perturbatur, et quia is qui huius perturbationis est causa, ut ammirabile
aliquid, delictum suum per epistulam laudat. scribit namque ad Cilicum patres:

Si quis uero, quod absit, ab hoc bono auertitur, hic manifestus est quod ab olim 23
et a principio non ea quæ domini sunt, sed quæ sua, quæsierit. Phil. 2, 21

A quo inquirere bonum est: a te interim quæ domini sint, quæremus; quæ in
Ephesum prodidisti, non ueniens tempore definito? an quæ nunc in Ægypto <scripta>
dirigens contra fidem perpetrasti? taceo interim quæ contra personam quæ in inuidia
est, fueris machinatus, sciens quod iurisdictio quæ pro pietate mouebatur, illius defensionis 30 M 978
proficeret. sæpe enim potente persona pietas utitur circa fidem pro suo contra im-
pietatem statu, quotiens se uiderit impugnari, sicut quondam sanctæ memoriæ Meletio
Antiocheno episcopo, ante ipso immortalis memoriæ Alexandrino episcopo Athanasio.
die igitur nobis quando tu ea quæ domini sunt, quæsieris, præteritis temporibus an
præsentibus? sed ne scrutatores <nos> tuæ conuersationis putes, ** contra Ægyptii 35
impietates sine pudore debellatus es, ex tuo et eius nouello negotio, qualiter de præteritis
diudicatio nulla sit hoc, nobis ostende, et utrum correctio cuiuslibet putanda sit, iudi-
cemus, illiusne qui deliquit atque correptus est, an tua, qui diiudicasti et corripuisti? Lp 404

4—S eundem locum ex alia uersione adfert Facundus 8, 3. 5. 11. 4. 12. 1 præter eum ex illa epistula locos
adfert 2, 2. 10, 1. 3. 11, 4

2 theodesium M 4 dicat add. 5 retractat M 6 optimus fine M 7 eos
eos iudicamus M 11 non deleui
18 CCXC M 20 conicio Olim quidem mouit pietatem M 20/21 consistens scripsi
consciscens M 21 intacitum] conicio enstaticum 28 tempore M scripta addidi 33 ipso
scripsi ipsum M 35 scrutator es M nos addidi lacunam statui supplendo e. g. qui olim
38 correptus Lupus correctus M

Act. 2, 38 2 dic quis alterum sit lucratus, quis sit peccati absque sua confusione corrector, quis imi-
 ep. 72 tatus Petrum et <quis> ad pænitentiam parate susceptus? perscrutemur, si placet,
 et eorum quæ ad te ab Ægyptio sunt scripta, uirtutem; uideamus si pacem quam redditam
 prospere mundo annuntias, rixæ adiectionem factam non repperimus. intende et ueni,
 ut attingentes ipsarum principium litterarum, Ægyptiacæ illius interim deiectionis
 specimen uideamus, qualiter in ipsis epistolæ proœmiis saluatoris quidem Christi præ-
 teriens faciat mentionem, imperialem uero mox dilatet laudem. et hoc namque
 impiorum est proprium, despiciere quidem patientiam saluatoris, obsequi uero eorum
 qui in terra præualent, potestatibus. sed mihi dona ut de uanis illius circa hos sermo-
 nibus taceam, ipse uirtutem earundem inspiciens litterarum, quod uero est deterius,
 quia deludit inreprehensibile domini consilium, semet ipsum cælitus consiliarium diuinæ
 gubernationis efficiens. nam <as>sensum quem uolentes eius adhibent blasphemus,
 nomine pacis appellat et ipsam a saluatore attributam quadam quasi lege pronuntiat.
 adhuc autem conspectione digna est et ipsa insinceritas adulationis ad principes. mi-
 ratur enim eorum pietatem a parentibus traditam, et per hoc eos suadere uolens hanc
 eius impietatem suscipere quæ illis beatis aduersa est. unde coronas iterum plectit
 ei qui occurrit ad ipsum, et auxit eius superbiam contra fidem; ipse namque epistolæ
 3 uerborum crepitus interpretatur illius animæ crudum tumorem quæ commemorari
 est bonum

ep. 72 Nam quo quidem modo ecclesiæ sint diuisæ, superfluum dictu est 20

O proteruia! insontem semet ipsum censet et sola, qua contra alios dicat, inter-
 minatione seu comminatione contentus, probationem culpæ alterius putari uult quod
 ad accusandum prone paratus sit. ubi sunt nunc qui tuba canunt huius pænitentiam?
 ubi sunt illusionis huius impudentes præcones? quid loquimini contra illum qui
 ab eo et aperte theatrizamini? uidete quam de uobis exhibet pompam et eos latissimo
 M 979 risu traducit qui pridem quidem bellati sunt contra eum, nunc uero eius facti sunt fœderati.
 quid enim dixit?

ep. 72 4 Quoniam uero superflua omnino et inopportuna ecclesiarum discordia facta est,
 Lp. 405 nunc nobis est præcipue satisfactum.

O incongruitas! superfluam dicit suæ discordiæ increpationem, impiæ culturæ
 suæ discussionem sed et satisfactionem superfluitatis huius annuntiat dic, o
 optime, huius satisfactionis speciem, de forma ypocritarum subsannationem triumph
 <in> eos qui tibi prodidere ueritatem scribe tuorum supplicum confessionem,
 scribe occultas Iudæ nunc contra diuinitatem nundinas; dic proditiōis <rationem>
 et modum. 35

ep. 72 5 Domino meo, inquit, religiosissimo episcopo Paulo chartam nobis offerente in-
 reprehensibilem confessionem fidei continentem et hanc a sanctitate tua et ab his qui
 illic sunt, religiosissimis episcopis compositam confirmante.

Intende quæso confessionis conuictioni; ait enim »inreprehensibilem confessionem
 fidei continentem« iudex etiam nunc fit fidei qui damnatus est, iudicat iudices qui
 addictus est, et [iudicat] exigit testimonium quasi ueracior ait enim »et hanc a

1 qui sit M	2 quis addidi	p̄scrutemur M	4 intende scripsi	9 hos scripsi
15 M	10 ipsam Lupus	11 inreprehensibili M	consiliarum M	12 assensum scripsi sensum M
que M	13 ipsa M	14 insincerita M	18 crudum tumorem M	commoueri M
20 dictum M	31 discussionem scripsi	discordienem, ordie del. M	32/33 triumphi in eos Lupus	
triumphicos M	33 scribe Lupus	scribere M	34 rationem addidi	35 modum Lupus mundum M
36 charta M	37 sanctitatem tuam M	38 confirmantem M	39 conuictioni M	ait Lupus
aut M	41 iudicat del. Lupus			

sanctitate tua et ab his <qui illic> sunt, religiosissimis episcopis compositam confirmante. « quantam simulationem demonstrat absconditam? confirmante, inquit, erroris eorum correctionem, gestorum contra me ab eis pœnitentiam, præcedentis eorum confessionis incongruitatem, mei magisterii utilitatem, meorum capitulorum conseruationem. etenim expetam, inquit, eos fidei huius testimonium, ut eorum contra expositionem 5 meam calumniæ publicentur; dico et irreprehensibilem eorum confessionem, ut aduer- 6 santes mihi accusato nuper credidisse conuincam. sed quid me detinet impœnitens Ægyptii elatio, dum me abstrahat iam fratricidii perpetratio? uideo namque illos hereditate eius qui iniquitatem ipse passus est, adornari et illius nitescere floribus. dicite enim mihi: cuius doctrinas [et] exponitis? quo prius hæc estis prædicante confessi? 10 et si quidem talia plurimos latent, fingite sola uestra uos dicere; si uero clara sunt omnibus, cur occiditis hereditatem quam diripitis? uerumtamen legamus et horum demon- strationem uideamus:

Confitemur, inquit, dominum nostrum Iesum Christum filium dei, deum perfectum ep. 72 et hominem perfectum ex anima rationali et corpore, ante sæcula quidem de patre 15 genitum secundum deitatem, ultimis uero diebus eundem ipsum propter nos et propter nostram salutem ex Maria sancta uirgine secundum humanitatem, consubstantialem Lp 406 patri eundem secundum diuinitatem et consubstantialem nobis secundum humanitatem. 7 Hæc nunc scripsistis uos; audite et eius dicta qui expugnatur a uobis, quam clare eadem dixerit. sequens enim sanctos patres qui Nicææ conuenerunt, et coram ecclesia 20 circa illorum expositionem uerbum faciens, sic ait:

Vox significans et diuinitatem et humanitatem, id est id nomen quod est Christus, 25 patres uera dicere facit utraque. consubstantialis patri Christus, uerum est; etenim secundum diuinitatem consubsistit. consubstantialis nobis secundum humanam naturam, uerum est; et homo est enim. Loofs, Nestori- ana p. 378, 6—10 [= p. 285, 2—10]

Vides quomodo unius linguæ sint prædicationes; cur igitur abnegastis prædi- M 980 catorem ueritatis? cur qui ei assensistis, contra ipsum cui consensistis, furiose pugnat? cur refutatis eum cum quo ipsa sentitis, et alio, qui blasphematur, communione iungimini? non mihi sitis uerbis orthodoxi et operibus blasphemi. res pietatis ostende, et uera 8 eris de pietate conscribens. sed dic, inquit, et residuæ confessionis identitatem 30 et de uirgine sancta præcipue.

Confitemur enim nos, inquit, sanctam uirginem dei genetricem, eo quod deus ep. 72 uerbum incarnatus sit et inhumanatus, et ex ipsa conceptione uniuert sibi templum ex ipsa susceptum.

Ego tibi ostendam et huius confessionis similitudinem, etsi ab acribia recidisti. 35 participatus namque es cum hæreticis cumque orthodoxis quod de uirgine sapis. et audi qualiter nec hoc prædicator ueritatis omiserit. sermonem namque de inhumana- tione coram ecclesia faciens et infirmioribus auribus condescendens, sic ait:

Oportet id et clarius dicere, ut omnibus sit perspicuus eius quod dicitur, intellectus. 40 Liber generationis Iesu Christi. non ait neque «liber generationis dei uerbi» Mt. 1, 1 neque «liber generationis hominis». nam si diceret liber generationis hominis, Christum 41 purum nobis hominem demonstrasset; si uero dixisset liber generationis dei uerbi, puram nobis induceret diuinitatem. comprehendit igitur utrasque naturas in

1 qui illic add. *Lupus* 5 posita *M* 6 calumnia *M* 7 accusato *scripsi* accusatos *M*
 8 detinet *Lupus* dinet *M* 9 ipse *scripsi* ipsam *M* 10 et deleui 11 figite *M* 12 que *M*
 15 et corpore] ex corpore *M* 22 id nomen quod est *dupliciter scripsit M* 25 etenim *M*
 28 sentis *M* 29 ueras *M* 33 conceptionem *M* 35 estendam *M*
 41 dicet *M* 43 uobis *M*

appellationem Christi, ut nullum sine altero intellegatur. hinc sanctæ uirgini conuenit quidem ut ex eo quod Christi facta sit mater, et duplici nomine appelletur. quoniam uero oportet propter eos qui clariorem appellationis huius exigunt intellectum, et maxime filios existentes ecclesiæ, [et] dicto ad eos uti manifestiore, ideo et nunc quæ
 Lp 407 pridem breuiore appellatione de beata illa et sancta uirgine prædicabantur, hæc et 5
 [nunc] manifestioribus appellationibus confitemur, quoniam sancta uirgo dei genetrix est et hominis genetrix, dei genetrix quidem eo quod templum illud quod in ea ab spiritu sancto creatum est, unitum sit deitati; hominis uero genetrix eo quod assumpserit nostræ naturæ primitias diuina natura.

Quis igitur præfatæ confessionis expositionem secutus est? tu qui dei genetricem 10
 dixisti tantummodo, an et iste qui dei genetrici coniunxit hominis genetricem? perimis confessionem fidei quam prius exposueras; dixisti namque ex ipsa genitum Christum
 9 secundum humanitatem. noli igitur perimere, priora fugiendo, quod sequitur. quod uero non secutus sis patres orthodoxos et maxime beatæ ac sanctæ memoriæ episcopum Tarsi Diodorum, audies a beato condensorie quidem dici dei genetricis uocem con- 15
 cedente, non uero abscidi ab ea et hominis genetricem dogmatizante. inquit enim:

Verumtamen dicatur propter unionem Mariæ dei genetrix; deus enim fortis est semen Abrahæ propter unionem ad deum uerbum. fatenda uero et hominis genetrix. si enim propter naturam hominis genetrix est Maria ** non tamquam naturæ sit partus, sed quia id quod est e Daud, homo natura deo uerbo coniunctus est. 20

M 981 Vidisti subtilitatis expositionem; cur igitur non secutus es sanctos patres? maior enim est accusatio illa quia et dum promississetis pariter omnino nihil adicere fidei sanctorum patrum qui Nicææ congregati sunt, uocem quæ ab illis non dicta est, adiecistis, etsi discipulis consonaretis illorum; nunc uero et patribus illusistis et discipulorum non estis secuti uestigia, omnia autem fecistis soli placere festinantes Ægyptio. unde 25
 et fictas illius assentationes uos suscepistis soli, dum sanctas ad decipiendum uos appellauerit uoces.

ep. 72 10 Has, inquit, adeuntes sanctas uoces uestras

O multiformis error! impiissime et ueritatis inimice, nunc sanctæ sunt pietatis uoces, nunc dixisti fidei uerba, nunc tibi est rectæ glorificationis confessio prædicata? 30
 tandem tege impudentiæ faciem. nonne impugnatus a te doctor hæc te imbuit prius? relege, infelix, inscriptos ad te apices; uide, impudentia plene, clarius tibi explanatas
 Lp 408 has sanctas uoces, et aut temet ipsum ut aduersarium fidei increpa aut ironiam sanctæ huius appellationis denuda. quid enim tibi scripsit, etiam quando ei contumelias ingessisti? 35

ep. 7 11 Et <si> mihi, inquit, aures ad fraternam medicinam præstiteris, ipsas tibi illorum sanctorum uoces proponens, liberabo te a calumnia contra eos et contra diuinas scripturas per illos. credo, inquit, et in dominum nostrum Iesum Christum filium eius uni-
 genitum. attende quomodo prius ponentes dominus et Christus et unigenitus et filius, quæ nomina diuinitati et humanitati communia sunt, quasi quædam fundamenta 40
 tunc inhumanationis et resurrectionis et passionis superædificant traditionem, ut propositis nominibus quibusdam communibus utrarumque naturarum significatiuis, neque

2 ut scripsi et M et scripsi in M 3 oportet et, et del M 4 et deleui 5 pda-
 batus M 6 nunc del. Lupus 8 uni M 11 perimes M 15 audies Lupus audiet
 18 propter scripsi pro M per Lupus unionem M 19 lacunam agnouit Lupus supplendo dei u
 genetrix malim dei genetrix est 22 conicio esset 24 etsi discipulis scripsi secucipulis M
 26 suscepisti M 28 uestras scripsi noras M 32 clarus M 34 appellationes M 35
 gessistis M 36 si add. Lupus 40 quem M

ea quæ filiationis et dominationis sunt, incidantur nec ea quæ naturarum, in singularitate filiationis confusionis exterminio periclitentur.

Nonne hæc tibi scripta sunt prius? sed istis et ea quæ a te nuper laudata sunt, confer: Confitemur, inquit, dominum nostrum Iesum Christum filium dei, deum perfectum et hominem perfectum. hic intende quia edoctus es olim quod ut fundamenta sint diuinitatis et humanitatis nomina ** dic uero et reliqua:

12 Ante sæcula quidem ex patre genitum secundum diuinitatem, in ultimo uero ep. 72 dierum propter nos et propter nostram salutem ex Maria uirgine secundum humanitatem, consubstantialem eundem patri secundum <diuinitatem et consubstantialem nobis secundum> humanitatem; duarum enim naturarum unio facta est. propter quod 10 unum Christum, unum dominum, unum filium confitemur.

Secundum hanc inconfusæ unitationis intelligentiam discutit et hic rursus consonanter unitationis uirtutem:

Vt propositis, inquit, nominibus quibusdam communibus utrarumque naturarum ep. 7 significatiuis, neque ea quæ filiationis et dominationis sunt, incidantur, nec ea quæ 15 naturarum, in singularitate filiationis confusionis exterminio periclitentur.

Vides quomodo tibi eundem quidem et indiuisum et singularis filiationis intelligentiam clarius scripsit? ad hæc ubi tuam sacram laudem suscipiemus? hæc ipsa enim et odisti et miraris, et anathematizas et sacra dicis. sed, inquit, nunc M 982 ammiror, ex quo uocem dei genetricis accepi; tunc enim non solum tacebatur, sed e contrario etiam proiciebatur. Christi enim genetrix et non dei genetrix dicebatur hæc eadem. ostensum quidem tibi est et ex prædictis uocis huius, quin potius uocum inexpugnabilis ratio; quia uero solis his litteris utens, absconditis consequentiæ rationes, ego Lp 409 tibi expediam epistolæ uerba ostendamque illum uirum hanc uocem nullatenus reppulisse. ait enim hæc ipsa: 25

18 Vbique, inquit, diuina scriptura, quotienscumque dominicæ dispensationis memoriam ep. 7 facit, generationem passionemque non diuinitatis Christi tradit, sed humanitatis, ita ut uocetur circa scrupulosiorem [inquit] appellationem sancta uirgo genetrix Christi et non genetrix dei.

Secundum scrupulosiorem, inquit, appellationem; ubi autem quæritur quod scrupulosius est, ibi non omnino perimitur quod simplicius est. utrumque enim suscipientium commensuratur auditibus. sic enim ad eos et postea dictum est quia »propter p. 7, 3 eos qui clariorem appellationis huius expetunt intellectum«, et id quod est »uerumtamen dicatur, inquit, propter unitationem et dei genetrix, si non circa hæreticum sensum«. p. 7, 7—11 sufficiat igitur et ista conuictio fraudis quæ contra illas litteras facta est. incongruum 33 namque est relinquentes nos importabilem tuam contra saluatorem blasphemiam de simpliciore uirginis appellatione contendere; ipsa enim quæ uisus es ammirando laudare, mox pace nisus euertisti. nam si quidem solum uocasses sacras illas uoces et continuo tacuisses, multorum subrepsisses auditibus; quia uero compellit te ultio ueritatis, simulationis tenebras amisisti. age igitur, et nos tuis utamur gladiis contra 40 14 te. et prius quidem sibimet ipsi repugnare monstremus tuæ temeritatis insaniam. nam qui in superioribus epistolæ partibus decentia tempori pacis et sapere te et dicere ep. 72

1 ea] eam M 3 a te ex ante corr. M 6 nominat M lacunam statui supplendo proposita communia 8 nra M 9/10 diuinitatem — secundum add. Lupus 11 quod unum dñm quod M
12 discutit scripsi discutet M 12/13 consonanter scripsi consonatione M 17 et indiuisum scripsi ex indiuiso M singulari M 23 quia uia uero M solos M 26 meriam M 28 inquit del. Lupus 33 appellationem M intellectus M 35 conuinctio M 39 subrepisses M
quia scripsi qua M 41 teneritatis M

promisisti, mox <ex> insidiis erigis praelium et uespas agrestes appellas eos qui ad tuarum conscripserunt blasphemiarum conuictionem. ubi autem sunt etiam nunc qui tuba canunt hanc pacem, qui eum <qui> contumelias ingerit, praedicant paenitentem? quid erratis, immo uero quid temptatis decipere? non sunt haec uerba paenitentis, sed
 ep. 72 nec iterum dicere »sic et nos sapere inuenientes« pro ut dicat: non nunc haec ex paenitentia
 15 sapimus, sed semper ita sapimus et sumus uane depositi. dic et aliud huic demonstrationi conueniens:

ep. 72 Oportebat namque, oportebat clare intellegere quod omne fere nobis fuerit de fide certamen.

Certamina praetendit, o homo, et tu pacem nominas praelium. ille expoliatur
 Lp 410 ad luctamen et tu profers de pace legens. si autem mihi haec dicenti non credis, uide et ipsos sudores eius certaminis, uide impietatis fomenta, defige mentem blasphemis eius captionibus. ecce enim sequens impia capitula sua, rursus ipsa defendit et confirmat apud nos. interim namque Emmanuhelis appellatione in generatione secundum carnem denuo utens, carnalem ac non deo decibilem generationem uirginis
 M 983 16 commemorat. deinde ad reliqua uelut quadam consequentia ad ipsam editionem capitulorum pergens, introducit scribens temperationis confusionisque unitiorem. audi enim quae post haec uerba posuerit:

ep. 72 Quia uero, inquit, de super ac de caelo descendens deus uerbum exinaniuit semet
 Phil. 2, 7 ipsum, formam serui accipiens, et uocatus est filius hominis, perstans esse quod fuit, 20 id est deus (inconuertibilis namque est et immutabilis secundum naturam), ut unus
 1 Cor. 15, 47 iam intellegendus cum propria carne, de caelo dicitur descendisse, nominatus uero est et homo de caelo, perfectus existens in deitate et perfectus idem ipse in humanitate.

Attende subtilitati uerborum, uide sermonum longitudinis intellectum. quia, inquit, de super ac de caelo descendens deus uerbum. et quid post pauca? ut unus, 25 inquit, iam intellegendus. o optime, et quomodo cum carne est? iam non solum uerbum intellegitur, sed caro et uerbum, inseparabiliter quidem ut una persona contemplandus, non uero unum uerbum uel unus sermo intellegendus. quid adoperis conuersionis credulitatem? quid corrumpis scripturam, quae furto non subiacet? quid nomen fugiens Christi, ad hoc diuinæ naturæ circumuolueris, ut eam ui dispensationis
 17 passionibus subdas? sequere apostolum Paulum et ne illudas Christum, qui in eo locutus est. non ait: ipse de caelo descendens deus uerbum exinaniuit semet ipsum
 Phil. 2, 5—7 formam serui accipiens; sed quid dicit? hoc sentiatur in uobis quod et in Christo Iesu, qui in forma dei existens, non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo, sed semet ipsum exinaniuit, formam serui accipiens. 35 quae uerba et sanctorum patrum qui apud Nicæam conuenerunt, secuta est fides; solus uero intellectus uestri Apollinarius institutor nominum remutationem contra eorundem sanctorum patrum Nicænam confessionem et contra ipsam diuinam scripturam fraudulenter induxit, pro domino et Iesu Christo et filio, quae sunt duarum naturarum signifi-
 Lp 411 catiua nomina, deum uerbum tantummodo exponens, ut dum solam diuinam naturam 40 personæ significat, tamquam quæ superet alteram, ipsam praedicet pro persona et contemperet ambas in unam bene sonantem naturam. hanc namque intentionem et tui secuntur multiloquii uerba. deus, inquit, uerbum ut unus iam intellegendus cum
 18 propria carne. dic et reliqua.

1 ex add. <i>Lupus</i>	uespa aggreſtas <i>M</i>	3 qui add. <i>Lupus</i>	8 omnem <i>M</i>	14 appel-
lationem <i>M</i>	19 qui <i>M</i>	20 perstans <i>Lupus</i>	24 subtilitate <i>M</i>	26 ante
cum del. iam <i>M</i>	30 ea <i>M</i>	33 qui <i>M</i>	35 accipies <i>M</i>	41 alle-

De cælo, inquit, dicitur descendisse, nominatus uero est et homo de cælo, perfectu-
existens in deitate et perfectus idem ipse in humanitate.

Et quid est quod <in> diuinitate et in humanitate cognoscitur esse perfectus?
quid est alterum quod præter illas quæ unitæ sunt, naturas inducitur? quid est
præter ipsas quod in ipsis speculandum sit? nam quod in aliquo est perfectum, 5
alterum præter ipsum est in quo ostenditur esse perfectum. quomodo nobis in tres
duas incidisti naturas? dic quid sit præter deitatem et humanitatem alterum quod
in eas perfectum debeat speculari? ne transeas quod est tuum, noli fugere con-
uictionem. habes demonstrationem præ manibus, profer expositionem capitulorum.
ostende inde manifeste quod quæritur, clamans naturalem et secundum subsistentiam 10
unitiorem. hæc enim tibi obiectum soluunt; hæc tibi ædificant circa materialium M 984
modum præter naturas ex naturis figuram, figuram quæ ex eis et fit et in eis est contem-
planda. perfectus, inquit, existens in deitate et perfectus idem ipse in humanitate.
putasne perfectus deus sermo secundum te in diuinitate an potius confiteberis secundum
nos diuinitatem perfectam? et rursus putasne perfectus idem ipse, ut inquis, in 15
humanitate an potius iterum credes nobiscum perfectum deum in homine perfecto?
deum namque tantum et hominem glorificamus, nihil alterum præter unitas agnoscentes
19 naturas. dic uero et quod sequitur:

Et tamquam in una, inquit, persona intellegendus.

ep. 72

Quæ est latrantium tanta uesania? non enim sufficit quod in naturis inducitur 20
aliquid alterum, id est ex naturali et secundum subsistentiam unitiōne figura quædam,
sed et in ipsa figura alterum quiddam peregrinum et inconstans dogmatizat. et ut
in una, inquit, persona intellegendus. non iam dixit unam contemplari debere per-
sonam, sed alterum in persona intellegendum. o intolerabilis ista confusio! o hæc
20 contemplantia naturarum! sed nos hanc similiter insipientem despiciamus eius 25 Lp 412
blasphemiam, intendamus uero quomodo naturas dominicas completiuas filiationis
inducat. nam dum perfectum subponit in eis alterum, introducit ex eis composi-
tionem factam, qua filius perficeretur. et ubi est inhumanationis filii perfectio, ubi
permansio indefecta filiationis ante sæcula? ubi est quod consubstantialē patrum
fides absque mendacio dixit? non sine causa, ut arbitror, qui uocati a te sunt uespæ, 30 ep. 72
de cælo te ominari carnem dixerunt. nam si et caro implet filiationem, perfecta
uero et ante aduentum filiatio fuit, necesse est consempiternam dicere huic perfectioni
et carnem; consempiternam uero dicens, consubstantialē quoque dicturus es; con-
substantialē uero dicens, cælestem sapere conuinceris. ne despicias; non est tibi
aculei parui plaga uesperum. strangulat enim tuæ impietatis fauces, ut aut neges 35
ante inhumanationem filietatem fuisse perfectam aut hoc uolens dicere, illud fatearis
nolens quod carnem sentias esse cælestem. expedit porro tibi accipienti plagam
magis benigne suscipere uesperum doctrinas quam uanitatem tantæ impietatis amplecti.
21 reliqua enim uerba se pius forsan dixeris pietatis; sed uere impudenter agis et <ex> hoc
disce te ipsum rursus in blasphemiiis permanentem latrantemque deterius. 40

Vnus enim, inquit, dominus Iesus Christus, etsi non ignoratur differentia naturarum, ep. 72
ex quibus unitiōnem dicimus ineffabilem factam.

2 humanitatem M	3 in add. <i>Lupus</i>	4 quod <i>Lupus</i> que M	6 ipsum <i>Lupus</i> ipsas M
15 diuinitate perfectum M	17 glorificamus deum M	24 intellegendus M	26 dominicas <i>Lupus</i>
dui eas M	31 si et <i>Lupus</i> etsi M	perfectam M	33 est M
38 uesperarum M	pietatis M	39 relique M	se pius] <i>conicio</i> specie
ex addidi			uero M

- O insania, o insipientia, o amarum uenenosi latratum! quomodo dulce et amarum contemperauit in idem? quomodo mel ueneno coniunxit? scimus, seductor, quod unus sit dominus Iesus Christus et quod non ignoretur differentia naturarum. dic autem nobis quid tibi uult illud quod ais: ex quibus unitiorem dicimus ineffabilem factam? an utique iterum illud quod ex naturis expleta est filiatio? etsi enim 5 simulas non dicere nunc unitiorem naturalem, uolens eam ineffabilem nominare, sed
- M 985 tamen altero uerbo idem composuisti. hoc ipso namque quod dixisti ex quibus, alterum rursus præter naturas significas quod ex ipsis est. uides quomodo in isdem uolueris nec lates irridens? nos namque, o mirabilis, non ex ipsis unitiorem dicimus factam, sed ipsarum tantum naturarum confitemur unitiorem. sic enim et per- 10
- Lp 413 fectionem filiationis, quæ est ante sæcula, absque repugnatione prædicamus et gratiam quæ nobis ex inhumanatione donata est, in glorificatione seruamus. non enim ipse indiguit ad plenitudinem filiationis primitiis nostris, sed nos indigentes adoptionem
- 22 digni facti sumus ab eius carne suscipere. ad prædicta et illud pariter uideamus quod non solum capitulorum impietati hæc epistula conuenit, sed etiam, sicut diximus 15 pridem, et illas uoces quas sacras uocauit, euertit. audiens enim deum perfectum hominemque perfectum, perfectum e contrario prædicauit, uerisimilem seductionem commutans ac dicens in diuinitate perfectum et in humanitate perfectum; et rursus hæc discens: duarum enim <naturarum unitio facta est>, e contrario docuit obtegens confusionem [dicimus ineffabilem]. ex quibus, inquit, unitiorem dicimus ineffabilem 20 factam, sursum atque deorsum adiectione syllabarum temperans blasphemiam. huc enim ex Arrii et Eunomii magisterio adductus est contentiosus hic dæmon, impudentissima bestia, inuerecundus draco, et quasi parua fuerit præcedens impietas eius, additamentis aliis quod dirum est, supernutrit et uerbis rursus transformatis impietatem
- 23 colorans, ad intentionem suam passibilis apud eum diuinitatis recurrit. quid enim 25 dixit ad hæc?
- ep. 72 Impassibilem dei sermonem subsistere confitemur uniuersi, etsi omni sapientia dispensans ipse mysterium, sibimet ipsi impertire uideatur eas quæ contigerunt carni propriæ passionem.
- Impassibilem dei sermonem subsistere confiteris. et cur præcedens eum passi- 30 bilem dogmatizas? dic quid tibi uelit quod inquis sibimet ipsi impertire passionem, nisi utique illud quia uoluntarie passus sit? nouimus enim tuorum uerborum consuetudinem. sed possibile est ut quidam simul cum blasphemo hoc irridendum contendat aduersum nos quod impertire iste impius dixerit quasi proprias facere. ad quos dicimus nos quia primum uocem qua dicitur impertit, non id solum significare 35 putetis quod pertinet ad propria facere, sed etiam comparticipationis est res. impertire namque quasi inter se et alterum partiri aliquas res, corrupto per compositionem sermonis uerbo, nominatur. si igitur sibimet ipsi impertit, constat quia id ita dicitur
- Lp 414 24 sicut uoluntarie uel spontanee passionem participat. confirmat uero quod et nunc passum deum uerbum dogmatizet iste aduersarius legum, positi ab eo super hoc scripturæ 40
- M 986 testimonii lectio. quid enim dixit?
- Ies. 50, 6 Quale est, inquit, illud quod per prophetæ uocem præconatur ut ex ipso: dorsum meum dedi ad uerbera et maxillas meas ad colaphos, faciem uero meam non auerti a confusione sputorum.

1 amaru M	2 seductor <i>Lupus</i> seducte M	5 expleta <i>scripsi</i> explena M	6 eam <i>scripsi</i>
enim M	7 ipsum M	8 natura M	12 quæ <i>Lupus</i> tue M
<i>scripsi</i> quarum M	naturarum — est <i>addidi</i>	20 dicimus ineffabilem <i>deleui</i>	31 factum M
huc <i>Lupus</i> hoc M	23 quasi <i>Lupus</i> quas M	29 propria M	39 passione M

Obstupefacit me illius sensus incongruitas. si enim uerbum carnis passiones proprias facit (concedatur enim quia id quod est impertit, ita ponit ac si dicat proprias facit passiones), quomodo ad id testimonio utitur isto, ut carnales has passiones sustinere dicatur? aliud quippe est propria facere uerba carnis et aliud ipsum uerba pertulisse et ipsum fuisse colaphizatum ipsumque consputum. scripturæ siquidem 5 testimonio deum uerbum per semet ipsum prædicat pertulisse. quomodo enim eum qui semel impassibilis extat et incompressus et liber a formis creatorque formarum, [aut] ut ex partibus compositum et membris constantem quodcumque eorum <passum esse> qui bene sapiunt, suspicentur nisi <per> eius inseparabile templum, quod constat in dorso et maxillis et facie, quæ consputa est, ut prædixi? iste uero figurans infi- 10 gurabilem, ipsi passiones impertit uniuersas. si enim, sicut dixit, ex ipso qui sibimet ipsi passiones carnis impertit, ante præconatum est dorsum meum dedi ad uerba et cetera, alteras præter carnem conuincetur habere deus uerbum figurales figuras, quæ passiones carnis in participationem recipiant. o insuperabilis insania, o innu- merabilis contaminatio, o ineffabilis temeritas! diuinitatem figurat impius et flagel- 15 latam. obstupesco de contaminati huius temeritate formidans, et tremo dum loquar.

- 25 Sed parco iam mihi, reliquorum iactans alienationem et desolationis abomina- *Dan. 9, 27* tionem, quod et iterum circa Apollinarii frenesim nihil se de sanctorum patrum fide corrumpere irrisoric iactitat, et similiter contra spiritum sanctum illius blasphemias 20 solite sequitur. lugeo autem solos qui ei communicauerunt, quod cum eo contra diuinitatem manus extenderunt, quod inuocant Christum et eius præferunt hostem. quam uos habetis [in] iurisdictionem, quam excusationem quia dictis impiis patris impietatis huius estis refugæ facti? proicientes fructus, fouistis radicem; quin immo et fructus recepistis et radicem complectimini. quas fraudes uestras ad memoriam 25 *Lp 415* reducemus? illasne quibus tardius peruenistis ad Ephesum, an deceptiones quas in ipsa Epheso perpetrastis? an de prodicione Constantinopolim facta, an de irrisione Tarsi composita? an de subdola assentatione Antiochiæ gesta? nonne illum quem punire meditabamini, festiuis muneribus alliciebatis? nonne patres orthodoxos per scripta subegistis, iurationibus inducente te? nonne Constantinopolitanos et Antio- 30 chenos populos fouebatis? digna sunt impietatis Ægyptiacæ quæ a uobis sunt perpetrata; consonant sibi ad inuicem nundinæ uestræ. quæcumque enim desiit iste *M 987* blasphemare per linguam, hæc studetis simulatione firmare. sed uos, <qui> horum non estis participati pestilentia, inuiolatum seruate bonum depositum <per spiri- 2 *Tim. 1. 14* tum sanctum>, quem et accepistis, in quo et baptizati estis, per quem et saluamini, 36 declinantes omne impietatis collegium, maxime ne communicetis infeste illis qui polluti iam fuerint. hi enim dum rectæ fidei se simulent assertores, impietati ministrant. ad eos bene testificatur clamans scriptura diuina: non potestis duobus dominis seruire. *Mt. 6, 24* unus enim dominus, una fides, unum baptisma. unus quippe per omnia *Eph. 4, 5, 6* et super omnia et in omnibus deus, qui reddet unicuique secundum opera eius; 40 *Rom. 2. 6* ipsi gloria in sæcula amen.

3 ad id id <i>M</i>	8 aut <i>deleui</i>	8/9 passum esse <i>addidi</i>	9 suspicetur <i>M</i>	per <i>addidi</i>
12 carnes <i>M</i>	15/6 flagellatam <i>scripsi</i> flagellatur <i>M</i>	18 <i>conicio</i> reli<nquendo> quorum iactat		
22 inuocat <i>M</i>	23 in <i>del. Lupus</i>	addictis <i>M</i>	25 frades <i>M</i>	30 inducentes, <i>superscr.</i>
te <i>M</i>	31 impietati <i>M</i>	32 desiit iste <i>scripsi</i> distuistis <i>M</i>	33 simulationem <i>M</i>	qui <i>add.</i>
<i>Lupus</i>	34/35 per spiritum sanctum <i>addidi</i>	36 infeste <i>corruptum, conicio</i> in peste		37 fidei
<i>Lupus</i> fieri <i>M</i>				

Lp 416

Presbyter Claudianus

292 [202] Præsumentes enim de sanctitate tua quippe tamquam de nostro fratre, quia omnia etiam quæ difficilia sunt, ut nosti, potes implere, religiosissimum presbyterum cum uirtute culogiarum illic sumus parati dirigere, præsumentes, ut diximus, de eo et de tua, domine, religiositate.

5

Lp 417 Epistula, inquit, Epiphanii archidiaconi et syncelli Cyrilli ad Maximianum episcopum Constantinopolim, in qua magis conuincitur intentio Cyrilli et eorum qui circa eum

293 [203] 1 Domino meo sanctissimo et deo amicissimo episcopo patri patrum et archiepiscopo Maximiano Epiphanius tuus. Quæ nobis sæpius a tua scripta sunt sanctitate, non erant ita perturbatione plena sicut quæ nunc transmissa sunt domino meo per omnia 10 sanctissimo sanctitatis uestre fratri Cyrillo, quæ plus eum fecerunt incidere ægritudinis reciduiam, et ammirandissimo tribuno Aristolao et quæ meæ humilitati directa sunt. et ad utraque [quod] petita uenia refero tam quæ olim facta sunt, quam quæ nunc denuo definita, et in quibus est contristatus sanctissimus et deo amicissimus frater uester 2 Cyrillus et similiter clarissimus tribunus Aristolaus. nam dum prius id Orientales 15 expeterent ut capitula quæ sanctissimus frater uester Cyrillus exposuit, hæc ipse anathematizans * id est <se> extra ecclesiam catholicam faceret, in hoc idem dominus meus M 988 sanctissimus pater Cyrillus recertabatur atque dicebat quod sancta et magna synodus, agnoscens quorum uirtute sancit, ea rectæ et sanæ fidei esse, et Iohannem cum reliquis segregationi subiecit. et quomodo, inquit, ego cum eis faciam pacem et euertam 20 synodale iudicium? ammirandissimus autem tribunus Aristolaus insistebat ei ut diuinitus sancita perageret. et hoc ex necessitate disposuit per omnia sanctissimus Lp 418 dominus meus Cyrillus ut eius quidem sanctitas anathemate interposito dicat quod non circa hæreticum intellectum hæc ipsa exposuerit, sed quicquid et uidetur reprehensibile esse, zelo et calore circa dominum nostrum Iesum Christum, qui abnegatus est a 25 Nestorio, dictum est, Orientales autem cuncti anathematizent Nestorium eiusque sententiam et ita suscipiantur ad pacem. hoc autem mandante magnificentissimo Aristolao eis qui circa Iohannem sunt et domnum Acacium, quod deberet dominus Acacius Iohannem compellere, direxerunt Paulum, uitantes hoc ut de illo nihil in memoria haberetur, sed ille quiesceret. igitur domino meo sanctissimo patre Cyrillo magna ægritudine 30 detento, placuit ista differri. post aliquot autem dies ostendit magnificentissimo tribuno Paulus episcopus litteras impiissimi Iohannis quod episcopi Orientis et qui ulterius sunt, hoc fieri non sinant, quæ et habebant quasdam illius impii, id est Nestorii paginas. et dum rursus magnificentissimus Aristolaus hæc per litteras intimaret increpitans ei, scripsit iterum magnificentiæ eius quod quædam decreta fuerint nuper 35 ab episcopis <qui> Antiochiæ conuenerunt, et Alexander episcopus cum certa formula, quæ esset prolata, ad eius esset magnificentiam destinandus. hæc igitur addiscendominus meus sanctissimus Cyrillus circa tuam quidem sanctitatem ualde contristatur

292 hæc uidentur ex epistula Cyrilli ad Maximianum excerpta esse; excidit Irenæi narratio, quod nescio si etiam ex numerorum saltu [cf. p. 213, 18] possit concludi

3 quæ difficilia scripsi quædlibet M	cum ex pertum corr. M, presbyter est Claudianus	4
scripsi deo M		
6 CCXCV M	8 amicissimo [o in i corr.] epī M	12 ammirandissimi tribuni aristolai M
cf. p. 223, 37	me humiliati M	13 quod del. Lupus
17 lacunam statui supplendo abiceret	se addidi	15 et scripsi i M
lectus M	26 anathematizant M	16 ipsa M
	35 ei scripsi eis M	19 uirtutem M
		22 sancite M
		24 inte'
		36 qui add. Lupus

quod pro eo non posueris animam tuam qui semper laborat <pro tua> sanctitate, et quia insuper et cum domino Philippo et domno Claudiano non curam dederis quomodo hinc exire faciatis Aristolaum clarissimum uirum, sed præter ipsorum consilium agens nihil
4 feceris. et iterum recidiuam incucurrit. nunc igitur, domine meus sanctissime, impone tibi omne in hac causa studium. scriptum enim est a domino meo fratre 5 uestro et dominæ ancillæ dei reuerentissimæ Pulcheriæ et præposito Paulo et Romano cubiculario et dominæ Marcellæ cubiculariæ et domnæ Droseriæ, et directæ sunt benedictiones dignæ eis. et ei qui contra ecclesiam est, Chryseroti præposito magnificentissimus Aristolaus paratus est scribere de nonnullis quæ angelus tuus debeat impetrare; et ipsi uero dignæ transmissæ sunt eulogiæ. scripsit autem dominus 10 M 989 meus sanctissimus frater uester et domno Scholasticio et magnificentissimo Artabæ, Lp 419 ut ipsi conueniant et persuadant Chrysoreti tandem desistere ab oppugnatione ecclesiæ; 5 et ipsis uero benedictiones dignæ directæ sunt. festina igitur et tu ipse, sanctissime, supplicare dominæ ancillæ dei Pulcheriæ Augustæ ut iterum ponat animam suam pro domino Christo (puto enim quod nunc non satis curet pro sanctissimo uestro fratre 15 Cyrillo), et ut omnes qui sunt in palatio, roges et quicquid auaritiæ eorum deest, <præstes>, quamquam non desint et ipsis diuersæ benedictiones, ut scribant increpatiuæ Iohanni quo nec memoria illius impii fiat, scribatur uero et magnificentissimo Aristolao, ut instet ei celeriter. et roga domnam Olympiadem ut et ipsa coadiuuat nos et ut insuper roget Marcellam et Droseriam, quia satis eam patienter auscultent. [et] studium 20 namque est Orientalium nonnullorum ut impium Nestorium recipiant. et si non uolutauerit <te> nocte ac die pro temet ipso cura, multos habes perturbare sanctorum. et dominum meum sanctissimum Dalmatium abbam roga ut et imperatorem emendet, terribili eum coniuratione constringens, et ut cubicularios omnes ita constringat ne illius memoria ulterius fiat, et sanctum Eutychem ut concertetur pro nobis <et> pro 25 domino meo fratre uestro sanctissimo. reuerenti<ssimos qui illic> sunt, clericos nostros inseparabiles habeat sanctitas tua et ** super hoc enim hic aliqui contristantur quod contra promissiones quas fecit angelus tuus Eulogio Alexandrino presbytero, 6 geras. subiectus autem breuis ostendit quibus hinc directæ sint eulogiæ, ut et ipse noueris quantum pro tua sanctitate Alexandrina laboret ecclesia, quæ tanta præstat 30 his qui illic sunt. clerici enim qui hic sunt, contristantur quod ecclesia Alexandrina nudata sit huius causa turbelæ; et debet præter illa quæ hinc transmissa sunt, Ammonio comiti auri libras mille quingentas et nunc ei denuo scriptum est ut præstet. sed de tua ecclesia præsta auaritiæ quorum nosti, ne Alexandrina ecclesia contristetur quod præter promissa gerat sanctitas tua. ut nosti, loquere Ammonio comiti et suadat 35 ei ea quæ scit religiositas tua, et fac illum scribere hic, ne sit etiam de hoc tristitia. magnificentissimus Aristolaus, qui pro tua sanctitate laborat, contristatur omnino quod Lp 420 ei talia scripseris. roget itaque sanctitas tua domnam iugalem eius ut scribat ei rogans illum ut perfecte laboret et ut reuerentissimus Eutyches scribat ei. festinet autem sanctitas tua rogare dominam Pulcheriam ut faciat domnum Lausum intrare 40

1 posueris <i>scripsi</i> posuerint <i>M</i>	pro tua <i>addidi</i>	2 curam dederis <i>scripsi</i> eude debere <i>M</i>
3 agens <i>scripsi</i> aiens <i>M</i>	5 enim est a <i>scripsi</i> ē ē et <i>M</i>	7 cubiculario <i>Lupus</i> cubiculario et
dño cubiculari <i>M</i>	8 chrysoreti <i>M</i>	11 arthabe <i>M</i>
17 desit <i>M</i>	ipsis <i>scripsi</i> ipse <i>M</i>	diuersæ <i>Lupus</i> diers <i>M</i>
22 uolutauerit te <i>scripsi</i> uiolauerit <i>M</i>	curam <i>M</i>	23 imperatorem emendet <i>scripsi</i> impr̄ mandet <i>M</i>
imperatori mandet <i>Lupus</i>	25 et <i>add. Lupus</i>	pro <i>superscr. M</i>
<i>scripsi</i> reuerenti <i>M</i>	27 lacunam statui e. g. supplendo consiliis eorum intendat	33 ei <i>Lupus</i> eius <i>M</i>
34 alexandrinam ecclesiam contristentur <i>M</i>	36 scit <i>Lupus</i> sicut <i>M</i>	40 domina <i>M</i>

et præpositum fieri, ut Chryserotis potentia dissoluatur et sic dogma nostrum roboretur. alioquin semper tribulaturi sumus.

Breue directorum hinc his qui illic sunt, a domino meo sanctissimo fratre uestro Cyrillo

294 Paulo præposito nacotapites maiores quattuor, nacotapites mediocres duo, accubitalia quattuor, mensalia quattuor, bila tapeta maiora sex, bila mediocria sex, scamnalia 5 sex, in ostiis duodecim, cortinæ maiores duæ, cathedræ eburneæ quattuor, scamna eburnea duo, persoina quattuor, tabulæ maiores duæ, struthiones duo; et ut in causa nos adiuuet circa illa quæ ei scripta sunt, auri libras quinquaginta. et domestico eius nacotapitum unum, tapetes duo, bila quattuor, scamnalia duo, auri solidos centum.

Marcellæ cubiculariæ <secundum quod> directum est ei, et ut Augustam rogando 10 persuadat, auri libras quinquaginta.

Droseriæ cubiculariæ secundum ea quæ Marcellæ directa sunt, et ut eam adiuuet sicut ei scriptum est, auri libras quinquaginta.

Præposito Chryseroti, ut nos impugnare desinat, coacti sumus duplicia destinare: nacotapita maiora sex, nacotapita mediocria quattuor, tapeta maiora quattuor, accu- 15 bitalia octo, mensalia sex, bila grandia tapetes sex, bila mediocria sex, scamnalia sex, in cathedris XII, cortinas maiores quattuor, cathedras eburneas quattuor, scamna eburnea quattuor, persoina sex, tabulas maiores quattuor, struthiones sex; et si secundum ea quæ illi scripta sunt a magnificentissimo Aristolao, fecerit et adiuuerit nos, domno Claudiano mediatore interueniente auri libras cc. et Solomoni domestico eius naco- 20 tapita maiora duo, accubitalia quattuor, mensalia quattuor, bila tapeta quattuor, scamnalia quattuor, in cathedris sex, cortinas sex, cathedræ eburneæ II, struthiones II, et ut sicut scriptum est domno Claudiano, sic persuadat præpositum agere, auri libras L.

Dominæ Helenianæ quæ est præfecti prætoriorum, secundum similitudinem omnium quæ Chryseroti directa sunt, sic et ipsi, et ut persuasus ab ea præfectus adiuuet 25 nos, auri libras c. et eius assessori Florentio, sicut Solomoni transmissa, eadem aequè in omnibus et isti et auri libras quinquaginta.

Et aliis uero cubiculariis eulogiæ consuetudinariæ supplices destinatæ sunt.

Romano cubiculario tapetes maiores IIII, accubitalia IIII, bila IIII, scamnalia IIII, in cathedris VI, cortinæ II, cathedræ eburneæ duo, et ut nos adiuuet in causa, auri 30 libras xxx.

Domnino cubiculario nacotapites maiores IIII, tapetes maiores IIII, bila tapites mediocres IIII, mensalia IIII, bila mediocria IIII, scamnalia sex, in cathedris VI, cortinæ maiores II, cathedræ eburneæ II, scamna eburnea II, struthiones IIII, et ut nos adiuuet secundum ea quæ scripta sunt domno Claudiano, auri libras quinquaginta. 35

Scholastico cubiculario secundum similitudinem cunctorum quæ Chryseroti directa sunt, et auri libras c. et Theodoro domestico eius secundum promissa domni Claudiani, si persuaserit Scholastico ut ab amicitiiis aduersariorum desistat, auri libras L. direximus uero ei et eulogias quæ illum persuadere debeant ut cogitet pro nobis, naco-

294 om. Lupus, primi publicauerunt monachi Benedictini in Bibl Cas 1 fol. r 40 47

5 bilupeta M	6 osteis M	8 eius M	9 tapenes M	10 cubicularii M	secundum
quod addidi	12 ea M	24 helleniane M	26 bras M	florentio, o ex a corr. M	soluti-
moni M	26/27 eadatque M	27 isti scripsi	esti M	30 ari M	32 tepedes M
tapides M	34 struchores M	36 secundo M			bilo

tapita II, accubitalia II, mensalia IIII, tapetes III, scamna IIII, in cathedris sex, cortinas II, struthiones II.

Magnificentissimo Artabæ secundum similitudinem omnium quæ directa sunt Scholasticio, et in speciebus et ut nos adiuuet sicut ei scriptum est, auri libras c.

Magistro secundum similitudinem directorum Artabæ in eisdem speciebus et auri 5 libras c. et domestico eius adæque in omnibus quæ Ruphino transmissa sunt.

Et quæstori secundum ea quæ magistro sunt destinata, et auri libras c. et domestico eius Ablabio adæque circa Eustathium in uniuersis.

Scriptum uero est a fratre uestro reuerentissimis clericis ut si quid fuerit actum studio sanctitatis domini mei et uoluntate uel consilio domni Philippi et domni Claudiani 10 et id quod opus est, impetrari contigerit, destinentur hæc omnia.

<a>̄ Incipiunt epistolæ quas inueni in codicibus Dioscorianorum, quarum signum a capite Lp 421 M 990

- 1 Domino meo dilectissimo fratri et comministro Dynato Cyrillus in domino salutem. 295 [204]
Conuenire opinor peculiariter tuæ me religiositati ea quæ ecclesiarum subsecuta sunt pacem, facere nota. uenit igitur dominus meus ammirandissimus tribunus et notarius 15 Aristolaus ad Antiochiam, et imperiales syllabas ferens, quæ iubebant reuerentissimum ep. 69 Antiochenæ ecclesiæ episcopum Iohannem anathematizare quidem polluta Nestorii dogmata, acquiescere uero et deiectioni eius ad similitudinem sanctæ synodi ac tunc quærere ut esset sibi nobiscum una communio. et uirtus quidem eorum quæ scripta sunt, hæc fuit; quidam uero Orientalium episcoporum, nondum puto eum diiudicantium 20 uel etiam patrociniū illi præbentium, quod rectam fidem nostram contristat [non mediocriter] et gloriam saluatoris omnium nostrum Christi non mediocriter offendit, præparauerunt ad me scribere religiosissimum Bæræensium episcopum Acacium fatua ep. 142 quædam, quasi ipsi deposcerent oportere quidem cuncta quæ a nobis aduersum Nestorium scripta sunt, solui et ut infirma proici, consentire uero soli fidei symbolo quæ a sanctis 25 patribus nostris in Nicæna definita est ciuitate. scit uero sanctitas tua quod tales 2 rursus eorum propositiones et in Ephesena fuerint ciuitate. ego uero scripsi ad hæc quod rem quærerent quæ fieri non posset; scripsimus enim recte quæ scripsimus, rectam ep. 145 immaculatamque asserentes fidem, et nihil omnino negamus ex nostris. nec enim, sicut ipsi dicunt, aliquid excedenter est dictum, sed ubique iuxta rectitudinem et uirtuti 30 concurrentia ueritatis sunt; illos autem potius oportere ** a necessariis, sed circa id Lp 422 quod bene habens placuit et ipsi piissimo et deo amicissimo imperatori et sanctæ synodo, [ut] Nestorii uerbositates et contra Christum factas blasphemias anathematizent, fateantur uero et eum se habere deiectum et ordinationi consentiant sanctissimi et 3 religiosissimi episcopi Maximiani. his igitur litteris a me directis ad eos, conspicientes 35 quod eis communio minime redderetur, nisi perducerentur ad finem quæ ab eis fieri oportebat, mittunt ad Alexandriam Emesenorum episcopum reuerentissimum Paulum

295 *Græce extat in V 129 S 126 A 129 [L III 1151. 1154 = M V 348—352]*

1 cathedras M 5 eis de M 9 quid *Benedictini* quis M 11 destinentur *scripsi* deteneatur M
12 ac [= *ac(ephali)*] *scripsi* cf. ep. 297—306 c M 14 Conuenire opinor *scripsi* secundum Γ
conuenit et omnino M peculiariter M 15 uenit *scripsi* secundum Γ id M 21/22 non
mediocriter *deleui* secundum Γ 23 bæræensium M 24 ipsi *scripsi* secundum Γ ipsa M
26 inicena M 27 rursus] πῶλιν *legit* pro πάλαι 28 posset *Lupus* post M 31 lacunam *stalui*,
cf. Γ χρῆναι δὲ μᾶλλον αὐτοὺς μὴ περιδρομαῖς τισι καὶ ἀναβολαῖς κεχρησθαι τοιαύταις μήτε μὴν ἔξω
φέρεσθαι τῶν ἀναγκαίων 33 ut *deleui* 34 fateatur M 36 eis *Lupus* eius M eis *Lupus*
eius M

ferentem litteras ad me communicatorias quidem, non tamen ualde competenter dictatas. simulabant enim et reprehensiones inferre, tamquam non recte quædam dicta et gesta in sancta synodo fuerint. et epistulas quidem tales minime adtendi, sed dixi quia «illi qui et ueniam postulare in his quæ acta sunt, debuerunt, quomodo et secundas iniurias inferunt?» excusante autem prædicto religiosissimo episcopo et cum sacramento affirmante quod talem non habuerint intentionem, sed potius ex simplicitate ad has
M 991 uenerint litteras, pro caritate et istud omisimus, non autem prius ei missas nobiscum celebrare concessi, nisi libellum dans in scripto anathematizasset Nestorii dogmata et confessus fuisset eum se habere depositum et consentire ordinationi reuerentissimi et
4 religiosissimi episcopi Maximiani. et rogabat quidem tamquam pro omnibus qui in Oriente sunt, religiosissimis episcopis tales libellos dans, ut nihil ultra hæc aliud posceremus; consensi uero nullatenus, sed enim simul direxi cum domino meo ammirandissimo tribuno et notario Aristolao duo e clericis nostris in Antiochiam, tradens eis chartam et dicens quia »si subscripserit religiosissimus episcopus Antiochenorum Iohannes et receperit eam, tunc ei date communicatorias litteras«. anxietate enim pro tarditate præfatus ammirandissimus tribunus Aristolaus. subscribente igitur religiosissimo episcopo Iohanne et his qui cum eo sunt, clarioribus et anathematizantibus Nestorii dogmata et confitentibus eum se habere depositum, consentientibus quoque ordinationi
Lp 423 religiosissimi episcopi Maximiani, communionem reddidimus. hæc namque illis et
5 in Ephesena metropoli proposita sunt a sancto concilio. nouerit uero et illud sanctitas tua quod institerit quidem a principio plurimum rogans reuerentissimus episcopus Paulus pro his qui depositi sunt, Helladio dico et Eutherio et Himerio et Dorotheo, et rogabat uacare ea quæ decreta sunt super eis, prætendens non aliter ecclesiarum pacem posse finiri, nisi adiceretur et hoc. ego uero dixi quod impossibilem rem temptaret et impossibile hoc esset optineri umquam a nobis. permanserunt igitur in eo quo nunc
25 sunt habitu et nulla eorum mentio facta est in compositionibus de pace ecclesiarum. scripserunt uero eandem epistulam quam direxerunt ad me, et ad religiosissimos et sanctissimos episcopos tam Xystum magnæ Romæ quam etiam Maximianum sanctæ ecclesiæ Constantinopolitanorum. et necessarium fuit ut de his subtiliter edoceretur perfectio tua, ne forte aliqui multiloquiis assueti, alia pro aliis seminantes, perturbent
30 aliquos fratrum, quasi nos ea quæ aduersum Nestorii blasphemias scripsimus, negaremus. direxi autem paria epistularum tam scriptæ a me ad reuerentissimum episcopum Antiochiæ Iohannem quam et eius quæ ab eo ad me scripta est anathematizando Nestorii blasphemias et assentiendo eius deiectioni, ad instructionem integram tuæ perfectionis. et alias nemo proferat præter istas epistulas.

35

Saluta fraternitatem quæ apud te est. te quæ nobiscum est, in Christo salutat.

Lp 424 Epistula eiusdem ad Acacium Melitinensem episcopum
M 992

296 [205] Reuerentissimus et religiosissimus diaconus et archimandrita Maximus uenit ad me et dum talis sit uir, uidi eum sicut oportuit eum qui per multum tempus uideri

296 Græce extat in *Collectione Dioscorianorum* [Vol. 14,31] 36 [Cyrill. opp. ed. Aubert t. V p. 197. 198] alia uersio Latina usque ad p. 270, 21 habetur in *Actis Concilii Quinli* [I. V 484 = M VIII 266]

3 et *Lupus* etiani M 7 omisimus] παρήκαμεν legit pro παρήκα μέν 9 reuerentissimis M
13 ei M 19 maximiano M hæc *Lupus* nec M 22 hellaydo M 23 uacare *Lupus*
uocare M 24 finiri Γ definiri M 25 quod M 30 aliquid M 32 ad me M
37 CCXCVII M ad Acacium] adacium M melitanensem M

desideratur. ammiratus uero sum et zelum eius et rectitudinem et aculeum pietatis quæ in Christo est; ita enim cogitat et plenam curis habet mentem, ut et omnem laborem uelit suauiter sustinere, quatenus mala doctrina Nestorii radicitus ab Orientis partibus extirpetur. legit autem mihi et tuæ sanctitatis epistolam scriptam ad reuerentissimum et religiosissimum episcopum Antiochenorum Iohannem multa fiducia et dei amore 5 plenam; scripsi uero ei et ego tales epistulas. sed, ut uidetur, deteriora uicerunt. fingentes enim se ea quæ Nestorii sunt, odisse, altero rursus ea continent modo, quæ sunt Theodori, ammirantes, qui certe æqua, immo multo deteriore potius impietate languebat. non enim Theodorus Nestorii discipulus fuit, sed iste illius, et quodam modo quasi ex uno ore locuntur atque unum conspuunt mali sensus ex corde suo uenenum. 10 scripserunt igitur ad me Orientales quod non oporteat ea quæ sunt Theodori, accusare, Concilstud. 2, 64 ut non, inquit, et ea quæ sunt beati Athanasii et Theophili et Basilii et Gregorii, accusentur. quæ enim locutus est Theodorus, hæc ipsa et illi. ego uero ista scribentes non pertuli, sed fiducialiter dixi quia Theodorus quidem blasphemam habuit et [in] linguam et ei calamum ministrantem, illi uero totius orthodoxiæ fuerunt magistri et 15 enituerunt in istis. sic uero eos qui ab Oriente sunt, affecerunt, ut et exclamationes in ecclesiis a populis fierent: Crescat Theodori fides; sic credimus sicut et Theodorus, et ista qui eum quondam lapidibus insectati sunt in ecclesia quæ apud eos est, breui aliquid subloqui præsumentem. sed sicut uult magister, ita sapit et grex. ego quidem nec quicui increpare ea quæ ab ipsis scripta sunt, nec quiescam. quoniam 20 uero oportuit ut et contradictiones in scriptum apud eos essent, intendens in Theodori et Diodori codicibus, qui scripserunt non magis de incarnatione <unigeniti sed contra Lp 425 incarnationem>, elegi quædam capitula, et quo fuit possibile modo, egi contra ea, ubique pronuntians abominatione plenam eorum esse sententiam. hortante autem me præfato reuerentissimo diacono et archimandrita Maximo interpretari symbolum fidei quod expositum est a sanctis patribus qui Nicææ conuenerunt, et ad hoc deposui memet 25 ipsum. asseuerat enim quod quidam uersute fingunt se et dicere illud et sequi, sed M 993 non etiam sensibus rectis utantur, sed diuertant potius ea quæ recte et indeclinabiliter dicta sunt, ad id quod ipsis uidetur. ut uero nec ea tuam lateant sanctitatem, direxi codicem simul et tomum; quos legens, consuetas pro me preces offerre dignetur. 30

Qui talia pro se scripta proferre consueti sunt, ex ipsis quoque alieni Christi ecclesia 296a demonstrantur. posito enim prius quod re uera Cyrilli sint et quod talia eius scripta et gesta probanda sint, uident quod post damnationem Nestorii et hæresis eius ipse princeps totius exclusionis eorum, deteriora dicens a Nestorio scripsisse Theodorum, a communione tamen eius uindicum se minime separauit, dum certe hos ipsos, id est 35 Orientales episcopos ipsumque concilium totum causam dixisse legatur non solum <non> iudicandi Theodorum, sed et ita eius quæ accusabantur, scripta laudandi, ut in ecclesiis a populis clamaretur Orientis: Crescat Theodori fides; sic credimus sicut ipse. isti autem qui se quasi Cyrilli sequaces extollunt, usque adeo se ab eius uindicum communione diuiserunt, ut non solum scriptis et nomini Theodori anathema in scriptum 40 dicerent, sed et uindicantibus et <non> anathematizantibus ea. et hoc tunc fieri Lp 426 cœpit quando non, ut pridem, solæ Orientis, sed totius cum uindicabant orbis ecclesiæ.

14 in del. *Lupus* 21 ut ei scripsi secundum Γ uetet M 22/23 unigeniti — incarnationem
suppleui ex Γ 23 quod M 29 dicta scripsi secundum Γ directa M nec ea scripsi circa M
30 quos scripsi quod M
31 CCXCVIII M 36 tota M dixisse scripsi dississe M non addidi 37 accusa-
batur M 41 post sed del. non M non addidi 42 soluc M

nonne si hoc sane factum dicatur, pro antiqua communionis talium tolerantia, quæ nunc intolerandissima iudicatur, consequentissime iuste damnandus Cyrillus ipse proponetur? longe igitur rectius facimus, qui utrumque defendimus ab eis qui unum acerbe dam-
nando nec alteri rationabiliter parcunt. hoc auctores eorum, id est clariores sequaces
Dioscori obruit. si enim tunc Cyrillus beatissimus etiam per talia reclamans, tolerauit 5
tamen solius Orientis concilium, quomodo uestri auctores Chalcedonense totius orbis
concilium et anathematizare præsumpserunt et ab ecclesiæ ubique diffusæ semet ipsos
communione seiungere? iam si hæc idonea non sunt ad utrisque partibus osten-
dendum quod timore diuini iudicii schisma relinquere atque ad Christi debeant eccle-
siam remeare, quid umquam dici poterit quod gehennæ metus et æternæ uitæ desiderium 10
humanis possit animis commendare? per Christum quæsumus, uniuersi qui legitis,
studete meminisse quæ diximus, et quia ob hoc ipsum et cetera scripta similia in hoc
synodico uertimus in Latinum.

Lp 427 acephali Eiusdem Lamponi presbytero et clericis

297 [206] Degente me in Ælia, uir quidam præcipuus eorum qui in palatio militant, epistulam 15
mihi optulit multorum uersuum et grandem atque signatam, quasi qui acceperit eam
M 994 ab orthodoxis Antiochiæ; subscriptiones uero erant in ea multorum ualde et clericorum
et monachorum et laicorum. impetebant uero Orientis episcopos, quasi tacuerint
quidem [pridem] Nestorii nomen et fingant se auersari eum, transilierint uero ad Theodori
de inhumanatione codices, in quibus multæ deteriores iacent a Nestorii blasphemis. 20
pater enim fuit malæ sectæ Nestorii, qui impius loquendo ea quæ illius erant, ad ista
in quibus nunc est, peruenisse uerisimiliter mihi uidetur. et scripsimus religiosissimo
episcopo Antiochenorum, ut Theodori impia dogmata in ecclesia nemo loquatur; ueniens
uero Alexandriam reuerentissimus diaconus et archimandrita Maximus multum clamauit
contra eos qui sunt in Orientem, dicens quod orthodoxi nullum illic habeant locum neque 25
fiduciam ad loquendum quæ rectæ sunt fidei. dixit autem quod simulent quidem
se symbolum confiteri quod in Nicæa est a patribus editum, interpretentur uero id male,
et hortatus me est ut omnem expositionem eorum qui Nicææ conuenerunt, clare inter-
pretarer, quo non subriperent quidam altera pro alteris exponentes. quod etiam
feci. deportat igitur tomos, ut offerantur et piissimis dominabus et amatori Christi 30
ac piissimo domino; feci enim in membranis fieri tomos. cum tractatu igitur cum,
quando bene se habere conspiciatis, oportune proferte. oportet enim nos ubique pro
recta fide certari et eam quæ contra Christum excitata est impietatem, quantum possi-
bile est, temptare ut e medio auferatur.

Lp 428 acephali Eiusdem Iohanni episcopo Antiochiæ

35

298 [207] Litteras a tua perfectione transmissas, plenas festiuitate multa, etiam suauissime

297 *Græce extat in Collectione Dioscorianorum [Vat. 1431] 37 [Cyrill. opp. ed. Aubert l. I' 2 p. 198. 199].
alia uersio Latina habetur in Actis Concilii quinti [L V 422 = M VIII 213. 246].*

4 pascunt M auctores eorum id est *Lupus* id est auctores eorum M 7 ecclesia M
diffusæ *Lupus* defuisse M 10 metum M
14 CCXCVIII M acephali eiusdem *scripsi cf. epistularum quæ secuntur, inscriptiones* ēplas quidem M
19 pridem *deleui* fingunt M auersari *scripsi secundum* Γ aduersi M 20 plaphemiis M
22 scripsimus] ἔγραψαμεν pro ἔγραψα μέν religiosissimo Γ gloriosissimo M 28/29 interpretarer *Lupus*
interpretant M 29 quod M exponens M 30 deportat *Baluæ* deportate M tomos tomos M
31 piissimus M tractatu *scripsi cf. σκέψως* Γ tracta M
35 CCC M acephali *scripsi* hac ephlⁱ M antiochio M 36 multa multa M

nunc suscepi. quid enim bonum aut quid iucundum nisi habitare fratres Ps. 132, 1 in unum, per unanimitatem et eandem circa Christum uoluntatem in caritate coniunctos ad inuicem, diruptis e medio scandalis, quæ nescio qualiter subinducta sunt; quæ gratia saluatoris per tuam sanctitatem perempta quidem sunt olim, perimentur uero et in reliquis. et hoc est, arbitror, quod a deo dictum uoce prophetica est: 5 ambulate per portas meas et lapides ex hac uia proicite. contingat Ies. 62, 10 igitur ut cuncti quæ meliora sunt, honorantes, uel nunc tandem contra ueritatem contendere desinant et, addicta uerbositate Nestorii, rectum et immaculatum resumant fidei uerbum. et hi quidem qui ad hoc olim uocati sunt, plurima ualde nos, ut dixi, festiuitate repluerunt; det uero omnium deus tuæ perfectioni orationibus et educatione 10 adductos ad mansuetudinem capere nosse quod utile est. si uero quidam sæue M 995 contendunt, ecclesiæ mansuetudinem non culpabunt, sed sibimet ipsis quod passuri sunt, haurientes, a uobis audient: abite in lumine ignis uestri et flamma quam Ies. 50. 11 accensistis. oportet enim distortis iam non mansuete concurrere.

acephali Eiusdem Maximo Iohanni Thalassio presbyteris et archimandritis 15 Lp 429

Egregius quidem zelus religiositatis est uestræ et omni laude studium plenum. 299 [208] zelantes enim deo zelatis, ut scriptum est, ut non et nunc ab his qui ea quæ sunt Nestorii, 3 Reg. 19, 10, 14 sapiunt, exhonoratus inquam: et sustinui qui simul contristaretur, et non Ps. 68, 21 fuit; et consolantem, et non inueni. et hi quidem qui dogmatibus religionis siue dei culturæ obsistunt, contra stimulos calcitrant et suis ipsorum nocent animabus, 20 offendentes in Christum et contra eum se calumniis oblectantes; alienum uero est ab anima sacerdotis et quæ populis præsidere sortita est. lingua quidem anathematizare contaminantia Nestorii et polluta dogmata, refertam uero eis habere mentem et euertere animas fratrum, pro quibus Christus est mortuus. scripsi ergo et domino meo ammi- randissimo tribuno et notario Aristolao quæ utique scriptura est religiositas uestra; 25 ep. 300 scripsi uero et aliis quibusdam. cognoscetis uero et hoc a reuerentissimo presbytero et archimandrita Adamantio, cuius et mores et conuersationem et disciplinam cum intellectu et rectitudine circa fidem miratus sum et quasi omnes in uno præsentem aspexi. quoniam uero mihi multi orthodoxorum et religiosissimorum episcoporum scripserunt opposita sibi seu populis qui sub eorum manum sunt, ab insensatis Nestorianis, colligens 30 ea, librum breuem scripsi de incarnatione unigeniti. ut in tribus capitulis redigens omnem de fide sermonem. et est quidem primum, quod sancta uirgo genetrix dei sit, et secundum quia unus est Christus et non duo, tertium uero quia manens impassibilis dei sermo pertulit propria carne pro nobis. igitur religiositas uestra præparet eum ab orthodoxis legi. placebit enim, sicut arbitror, omnem fere illorum solutam habens 35 Lp 430 excusationem. pro me uero facere orationes ne pigeat uos. multa enim undique se effundens negotiorum coartatio instar fluctuum conflictum habet intolerabilem. credo autem et per orationes religiositatis uestræ erit iterum tranquillitas et pax <in> Christo.

31 cf. *Liberat.* 10 p. 47 quibus . . . permotus Cyrillus quattuor libros scripsit, tres aduersus Diodorum et Theodorum . . . et alium de incarnatione librum; cf. *Concilstud.* 2, 27¹

2 unanimitate M 8 resumat M 10 educationem M 12 contentunt M non culpa-
bunt *Lupus* conculpabant M 13 flammam M 14 accessistis M
15 CCCI M acephali scripsi hanc ep̄s M 18 exhonoratus *Lupus* et honoratus M
inquam scripsi inquit M et¹ ex etiam corr. M conscribaretur M 23 Nestorii et scripsi et
nestorii M 25 scriptura] *conicio* cognitura 26/27 p̄br et archimandrito M 35 lei M
37 fructum confictum M 38 in addidi

Lp 431 M 996 acephali Eiusdem Cyrilli Aristolao tribuno et notario

300 [209]
ep. 68 ≈ 280

Piarum sanctionum quæ nuper ad ammirabilitatem tuam sunt transmissæ, uirtutem addidicerunt omnes tam qui sunt in magna Alexandria zelotæ quam per uniuersam quoque Ægyptum episcoporum religiosissimi, et rursus orationes pro donis optulimus et intentissimas deo de uictoria et permansione amicorum Christi et religiosissimorum principum nostrorum, quos et contingat magnificari contra hostes et corroborari aduersus omnem resistentium manum, ut simus omnes in pace atque lætitia. est uero id et tuæ ammirabilitatis studio dignum. oportuit enim ut tibi, qui talis es, et qui multum intendis quod pium est, et habes feruidum zelum, dico autem pro pietate et immaculata fide, committeretur et hoc. et orabam quidem ut omnes per Orientem religiosissimi episcopi nec suspecti a principio ullatenus fierent de malo sensu Nestorii, sed sinceram et omni inquinamento liberam et opinionem et ipsum cor habuissent. sic enim uerbum ueritatis recte tractantes, decorem decentem probatissimis induissent. sed, ut addisco, lingua quidem nonnulli et quod attinet usque ad sermonem, anathematizant uesaniem Nestorii, audent uero rursus ea et sapere et loqui quæ eius sunt. et incredibile quidem est, si sint quidam tales ullatenus eorum qui sortiti sunt sacerdotium; quia uero multa est exusurratio et non despiciendæ, immo et omni reuerentia hæ dignæ sunt personæ testantium, dignetur tua uirtus semet ipsam deo commendandam cura attentiore intendere, ut hi præcipue qui in suspicione sunt huiusmodi mali, anathematizent contaminatum Nestorium propter multas blasphemias eius. non enim id tantum dixit quia

Lp 432 non esset sancta uirgo genetrix dei, sed et alia super hoc adiciebat mendacii patrocina contra rectam et apostolicam traditionem. duo enim nominabat Christos et filios, unum quidem semotim ex deo patre uerbum, alterum uero præter eum semotim illum ex semine Daud et quem diuinitatis organum nominabat, et diuidens ubique et quasi

Eph. 4, 5 oblitus beati Pauli dicentis: unus dominus, una fides, unum baptisma. non enim in deum et hominem baptizati sumus ut in duo per dissidentiam filios, sed in unum Christum, id est unigenitum dei uerbum inhumanatum et incarnatum, ita ut sit idem ipse deus simul et homo, ut ex deo quidem patre genito deo unigenito, ex sancta uero uirgine eodem secundum carnem. non igitur patitur ammirabilitas tua eos qui alia sapiunt et nequiquam garriunt illic. unus est enim, sicut dixi, Iesus Christus dominus et eius una persona inhumanati eius qui natura et uere est filius. eundem uero dicimus

1 Petr. 4, 1 impassibilem quidem esse secundum diuinitatem, pati uero propria carne secundum scripturas. cuius enim proprium est corpus, illius esse dicuntur et quæ carni eius

M 997 contigerunt passiones. impassibilis ergo secundum diuinitatem subsistens, propria carne pertulit propter nos et pro nobis. sic et reuixisse dicitur, ut uiuificante deo uere unitam sibi carnem et propriam eius, ut et nos in ipso et morte et corruptione potiores efficiamur. si uero anathematizant quidam uoce ac lingua et sapiunt altera, uideant impendens sibi a deo periculum et prolatum terminum ab uniuersali concilio

nr. 46 quod in Epheso congregatum est. definiuit enim ut qui ea quæ sunt Nestorii, locuntur aut sapiunt, siue episcopi fuerint siue clerici, a sacerdotio repellantur, ne dicant quod eam quæ in Epheso congregata est, synodum nesciant, ut non eos abnegemus et nos, tamquam nescientes episcopos esse.

1 CCCII M acephali scripsi hanc epla M 2 ammirabilem tua fut transmissa M
7 est *Lupus* et M 9 pietatem M 13 decorem scripsi coram M curam *Lupus* 14 uasaneam M
17 despicienda M hac M 19 hi] i M 21 adiciebant M 28 unico M 34 ego M
35 reuixisse dicitur scripsi reuixisse dicuntur M 36 uero M

Hanc sequitur illa quam et Irinæus posuit, ab eodem Cyrillo ad Aristolaum scripta. **300a**

Lp 433 ep. 283

acephali Eiusdem Iohanni Antiocheno contra Theodoretum

Ego quidem abstersisse a se maculam Nestorii uocum nouitatis una cum aliis **301** [210] religiosissimis episcopis suspicabar reuerentissimum episcopum Theodoretum; credebam namque quod qui semel scripsit et amplexus est pacem ac recepit a me salutationes [pacem], quod pacationi uidebatur officere, abstulerit et ipse de medio. sed <ut> mihi tradidit reuerentissimus presbyter Danihel, nunc usque persistit a prioribus non recedens, permanet uero forsitan in eius blasphemiiis, et clarus est, si nec anathematizauit eas neque pertulit eius deiectioni subscribere. et mihi det fiduciam sanctitas tua ex caritate dicenti: quam ob causam sic pertinaces sunt aliqui, ut non sequantur probabilem ¹⁰ tuæ religiositatis intentionem neque in his quæ cum orbe fecisti, sed quasi quidam de-honorantes congregationem sint, id quod sibimet ipsis uidetur, confirmant? et si ea quæ didici, uera sunt, debet intrare in experimentum tuæ religiositatis aculeorum prædictus religiosissimus uir.

acephali Eiusdem Mosæo episcopo <Aradi et> Antaradi

15 Lp 434

Ego quidem semper tuæ religiositati scribere non omisi et litteras ab ea directas **302** [211] accipere; quæ uero mota sunt inter hæc, taciturnitatis causa sunt facta mihi et tibi, quæ et det deus radicitus cadere atque e medio fieri uelut quasdam spinas, quæ inter nos erigunt sæpem et diruptionem, qua nostri affectus ad inuicem conuenire non ualeant. ^{M 998} perturbauerunt enim me omnino qui circa reuerentissimum archimandritam Maximum, ²⁰ scribentes quædam quæ ad summam blasphemiarum pertinent, et dicentes quod illa ad eos a tua religiositate sint dicta. oportet uero nos ut sicut ad corda scientem super omnia deum, sic pure accedamus et non ut lingua quidem confiteamur contradictionem Nestorii dogmatum pollutorum, in anima uero aliud habeamus. et hæc scribo his quidem quæ dicta sunt, non ualde credens, sed opinionem tuæ religiositatis ²⁵ præmunire uolens; ualde uero sum delectatus, inspiciens ea quæ a tua religiositate sunt scripta et per dominum meum desiderantissimum filium uestrum Thomam.

acephali Eiusdem Acacio Melitinensi Theodoto <Ancyrae Firmo Cæsariæ>

- Lp 435

Latere tuam non oportuit sanctitatem, quæ forsitan et didicit, quod conuenerint **303** [212] omnes religiosissimi Orientis episcopi in Antiochiam, dirigente eis tomum domino meo ³⁰ sanctissimo episcopo Proclo bonis sensibus et rectis dogmatibus plenum. erat namque sermo multus et longus de dispensatione domini nostri Iesu Christi; subdidit uero et nonnulla capitula ex codicibus excerpta Theodori et Nestorii malis sensibus conuenientem

301 *Græce extat in Collectione Dioscorianorum [Wat. 1431] 30 [Theodoret. opp. ed. Schulz t. II 1361]*

1 scriptam M

2 CCCIII M acephali scripsi hac eph̄s M 5/6 salutationes scripsi secundum Γ salutationis
pacem M 6 ut addidi secundum Γ 8 blasphemiiis M 10 ob Lupus hoc M 12 congregatione M
id scripsi ita M 13 quod M 14 prædicatus M

15 CCCIII M acephali scripsi hac eph̄s M Aradi et add. Baluze 18 uelut scripsi
uolunt M 19 ualeat M 24 animam M

28 CCCV M altera uersio Latina habetur in actis Concilii quinti [L V 467 = M VIII 245]

28 acephali scripsi hæcēpst M Ancyrae — Cæsariæ addidi cf. acta Conc. qu. Cyrilli epistola ad
Acacium episcopum Melitinæ, scripsit uero eandem ad Theodotum Ancyrae et ad Firmum Cæsareæ Cappa-
dociae 33 codicibus Lupus cordibus M

habentia intellectum, et hortatus est ut anathematizarentur ab eis. ipsi uero non
 Concilstud. 2, 64 passi sunt. deinde scripserunt ad me quia si anathematizari contigerit scripta Theo-
 dori, omnino percurrit hæc macula et ad sanctos patres nostros, Athanasium dico et
 Basilium et Gregorium et Theophilum et ceteros. scripserunt enim, inquiunt, et
 ipsi quædam Theodoro consona. erat necessarium scribere, et non qualiacumque, 5
 ad eos, quæ et nota tuæ faciet sanctitati reuerentissimus presbyter Danihel, quem
 Alexandriam contigit aduenire et per singula integre nouit ea quæ mota sunt.

Lp 436 Epistula Acacii Melitinensis ad Cyrillum post synodum Ephesi habitam

- 304 [213] Quoniam didici quia per dei gratiam præualuisti per orationes et absque corporis
 præsentia quæ studebantur pro ecclesiis optineri, et litteræ piissimi et amatoris Christi 10
 imperatoris directæ sunt ad clarissimum per omnia uirtutem <mentis habentem> uirum
 M 999 tribunum Aristolaum præcipientes ei ut cogat unumquemque episcoporum in sua ecclesia
 anathematizare polluta Nestorii et Theodori impietatis dogmata, gratias agens adorando
 domino deo et multum pro tuo studio orans, scribo prius quidem salutans reuerentiam
 tuam et rogo zelum tuum qui circa deum est ut æque quidem pro cunctis ecclesiis cures 15
 et neque quamlibet ecclesiam despicias, sed aut per uestram ipsorum præsentiam aut
 quosdam dirigendos cum ammirandissimo et clarissimo tribuno fideles et zelantes uiros
 ex tuis sodalibus, cogi unumquemque publice anathematizare Nestorii et Theodori
 dogmata et præcipue dicentes duas naturas post unionem, semotim quamque operantem.
 expertus namque eos qui sunt in Germanicia, inueni quidem illos duos filios dicere deui- 20
 tantes, olim duas naturas dicere minime deuitantes. unde si concedatur dici ab eis
 et doceri quod unaquæque natura secundum semet ipsam operetur et hæc quidem sus-
 ceperit passionem, illa uero impassibilis manserit, nihil est aliud nisi rursus duos filios
 confiteri duasque introduci personas. rogo igitur incomparabilem et deo deditam
 animam tuam ut pro causa inuigiles, a domino Christo tempus accipiens, et optineas 25
 sanctis ecclesiis absque scandalo et macula unionem.

- 304a Post hanc iacet rescripta, ut aiunt, ad hanc longa epistula, cuius initium: Res
 ep. 76 quidem est inter fratres collocutio dulcis et cetera, quam posuimus olim ab alio trans-
 latam, ut erat.

Lp 437 Epistula eiusdem ad Succensum episcopum Diocæsareæ Isauriæ provinciae

30

- 305 [214] 1 Perlegi quidem commonitorium quod a tua est sanctitate transmissum, nimium
 uero sum gratulatus quod et dum ualeas nobis aliisque prodesse, ex multo amore doctrinæ
 hortari dignaris ut ea quæ retinemus in animo et bene se habere perspicimus, hæc ipsa
 et scribamus. sapimus igitur de saluatoris nostri dispensatione ea quæ et sancti patres

305 *Græce extat in V 171 A 135 R 32 [Cyrilli opp. ed. Aubert t. I' 2 p. 135—141]. altera uersio Latina
 Dionysii exigui habetur in Collectione Sichardiana 5 [Antidotum contra diuersas hæreses Basileæ 1538 l. 171. 172]*

1 anathematizaretur M 5 theodori M 6 presbyteri M episcopus acta Conc. qu. quem
 scripsi q̄ M 7 alexandria M
 8 CCCVI M altera Rustici uersio extat supra ep. 172 [R₁]
 10 studebatur M optinere M 11 uirtutem mentis habentem scripsi secundum R₁ uirtutum M
 13 pollutam M 15 qui Lupus quia M æque Lupus ex quo M 16 uestram R₁ uerbam M
 19 operantes M 21 olim] at uero R₁ πδλιν pro πδλιν? 22/23 suscepit M 24 incompara-
 bilem R₁ impassibilem M
 30 CCCVII M 33 quæ] q M

qui ante nos fuerunt; legentes enim labores illorum, sic nostram coaptamus mentem,
 2 ut illos sequamur et nihil noui eorum dogmatum rectitudini inferamus. quia igitur
 tua perfectio percontatur utrum dici oporteat super Christo duas naturas an non, oportere
 arbitratus sum respondere ad ista. Diodorus quidam pneumatomachos, id est spiritui
 sancto repugnans erat, qui, ut dicunt, circa tempus orthodoxorum communicauit 5
 ecclesiæ; <hic> deponens, ut putauit, Macedonianæ hæresis maculam, languorem incurrit
 in alterum. sapuit enim et scripsit quod alter quidem semotim sit filius qui est ex
 semine Dauid, ex sancta uirgine genitus, alter uero rursus proprie filius sermo qui ex
 deo est pater. uelut ouis autem pelle obumbrans lupum, simulat quidem unum Mt. 7, 15
 se dicere Christum, referens nomen ad solum dei patris uerbum genitum ex deo uni- 10
 genitum, ut uero in ordine gratiæ, deputat hoc, ut ipse dicit, et ei qui ex semine est M 1000
 Dauid, et filium uocat, ** unitum uero non sicut nos glorificamus, sed circa dignitatem
 8 solam et circa auctoritatem et secundum honoris æqualitatem. huius discipulus
 fuit Nestorius et ex illius obtenebratus codicibus, simulat quidem se unum et Christum
 et filium et dominum confiteri, partitur uero et ipse in duo unum et impartibilem, 15
 hominem dicens deo <uerbo> esse coniunctum æquiuoca nuncupatione, æquo honore, Lp 438
 dignitate. quin etiam uoces quæ in euangelicis <et apostolicis> prædicationibus
 de Christo sunt positæ, definit ac dicit has quidem coaptari debere homini, manifestum
 est utique quod humanas, illas uero deo uerbo singulariter conuenire, manifestum est
 utique quod deo decentes. et quoniam sequestrat multipliciter et quasi a parte ponit 20
 ut hominem semotim eum qui est ex sancta uirgine genitus, et semotim similiter et a
 parte filium eum qui est ex deo patre sermonem, ob hoc sanctam uirginem non dei dicit
 4 esse genetricem, sed hominis potius genetricem. nos uero non sumus ita hæc se
 habere dispositi, sed a diuina scriptura et a sanctis patribus sumus edocti unum filium,
 unum Christum et dominum confiteri, id est ex deo patre sermonem, genitum quidem 25
 ex ipso ante sæcula deo decenter et ineffabiliter, in nouissimis uero temporibus sæculi
 eundem propter nos genitum secundum carnem ex sancta uirgine, et quia deum in-
 humanatum et incarnatum genuit, iccirco eam et dei genetricem nominamus. unus
 est igitur filius, unus dominus Iesus Christus et ante incarnationem et post incarnationem.
 non enim alter est filius ille ex deo patre sermo, alter uero rursus hic ex sancta uirgine; 30
 sed ipse ille qui ante sæcula, etiam secundum carnem ex muliere genitus creditur, non
 tamquam diuinitas eius initium quo esset, acceperit uel certe ad subsistendi principium
 per sanctam uirginem sit uocata, sed quia potius, sicut dixi, ante sæcula existens uerbum
 ex ipsa secundum carnem natus esse dicatur. propria namque eius erat caro, sicut
 5 certe et uniuscuiusque nostrum eius proprium corpus. quoniam uero quidam obiciunt 35
 nobis Apollinarii sectas et dicunt: si unum dicitis per unionem integram et constrictam
 filium ex deo patre uerbum inhumanatum et incarnatum, forsitan et illud utique somniatis
 et cognoscitis sapiendum quod confusio aut contemperatio aut confermentatio facta
 sit uerbi ad corpus seu certe corporis translatio in diuinitatis naturam, ob hoc igitur et
 ualde sapienter repellentes calumniam, dicimus quia sermo qui ex deo patre est, inæstima- 40
 biliter atque ineffabiliter uniuert sibi corpus animatum anima intellectus capaci et pro- Lp 439
 cessit homo ex uirgine, non permutatione naturæ secundum nos factus, sed magis

3 oporteri M 5 communicauit *Lupus* communicare M 6 hic *addidi secundum* Γ 12 *lacunam*
statui cf. Γ 14 nestorium M 16 uerbo *addidi secundum* Γ *equiuocat* M 17 et aposto-
 licis *addidi secundum* Γ 19 manifestam M 20 quo M a parte *Lupus* aperte M 21 ser-
 motim M 21/22 a parte *Lupus* aperte M 23 potius genetrice M 32 esse M 34 ipso M
 35 certa M 39 natura M 41 intellectu M

dispensatiua beniuolentia. uoluit enim fieri homo, et secundum naturam deus esse non perdidit, sed etsi in his quæ secundum nos sunt, depositus est mensuris et portauit
M 1001 formam serui, etiam sic permansit in excellentiis deitatis et in dominatione naturali.
6 adunantes igitur nos sanctæ carni habenti animam intellectualem ineffabiliter ac super intellectum ex deo patre uerbum inconfuse inconuertibiliter incommutabiliter, unum 5 filium et Christum et dominum confitemur, eundem deum et hominem, non alterum et alterum, sed unum et eundem hoc et illud existentem et intellegendum. igitur aliquando quidem ut homo dispensatiue humane loquitur, aliquando uero ut deus facit cum potestate deo decente sermones. dicimus uero et illud: disquirentes bona arte in carne dispensationis modum et subtiliter mysterium calculantes, uidemus quod is 10 qui ex deo patre est sermo, inhumanatus est et incarnatus et non sibi ex diuina natura sanctum illud corpus plasmauit, sed magis ex uirgine id accepit. alioquin quomodo factus est homo, nisi quia corpus portauit humanum? aduertentes igitur, ut dixi, inhumanationis modum, uidemus quia duæ naturæ ad inuicem conuenerunt unitione indirrupibili inconfuse atque inconuertibiliter; caro enim caro est et non deitas, etsi 15 dei facta est caro, similiter uero et uerbum deus est et non caro, etsi carnem dispensatiue propriam fecit. quando igitur intellegimus hoc, nihil nocemus eum qui est in unitate concursum ex duabus naturis factum fuisse dicentes; uerumtamen post unitionem non diuidimus naturas ab inuicem, nec in duos incidimus ** Christum et ut patres dixe-
7 runt, unam naturam uerbi incarnatam. igitur quod quidem pertinet ad intellectum 20 et ad solum animæ oculorum uisum quomodo inhumanatus **, duas naturas dicimus esse unitas, unum uero Christum et filium et dominum, dei uerbum inhumanatum et incarnatum. et si uidetur, suscipiamus ad exemplum compositionem secundum
Lp 440 nos ipsos, qui homines sumus. compositi enim sumus ex anima et corpore et uidemus duas naturas, alteram quidem corporis, alteram uero animæ; sed unus homo ex ambabus 25 circa unitionem et non ex eo quod ex duabus naturis sit homo compositus, duo homines unus efficitur, sed unus homo, ut dixi, secundum compositionem ex anima constat et corpore. nam si auferimus quod ex duabus diuersisque naturis unus et solus sit Christus indisruptus existens <post> unitionem, dicent orthodoxæ fidei repugnantes: si una natura est totum, quomodo inhumanatus est aut qualem carnem propriam fecit? 30
8 Quoniam uero in ipso ypomnistico talem sermonis inueni sententiam quod post resurrectionem sanctum corpus saluatoris omnium nostrum Christi in * totum sola diuinitas, oportere arbitratus sum et ad hoc respondere. scribit beatus Paulus, causas
Rom. 8, 3. 4 inhumanationis unigeniti filii dei nobis enarrans, aliquando quidem: quod enim im- possibile erat legis, in quo infirmatur, mittens deus filium suum in 35
M 1002 similitudinem carnis <peccati et de peccato, damnauit> peccatum in carne, ut iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem
Hebr. 2, 14-17 ambulamus, sed secundum spiritum, aliquando uero: quia igitur pueri communicauerunt carni et sanguini, et ipse similiter communicauit isdem, ut per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium. 40 id est diabolus et liberaret eos quicumque timore mortis per totam

8 quidem *Lupus* fidem *M* 16 dei *Lupus* detur *M* carne *M* 19 ad *M* *lacunam*
agnouit Baluze cf. Γ οὐδὲ εἰς δύο τέμνομεν υἱὸς τὸν ἕνα καὶ ἀμέριστον. ἀλλ' ἓνα φαμέν υἱὸν καὶ ὡς οἱ
πατέρες κτλ. 21 *lacunam* *agnouit Baluze* cf. Γ ἐνὶ θρησκείᾳ οὐ μονογενὴς 22 dominum *Lupus*
dñi *M* 24 homine *M* 29 post *addidi secundum* Γ dicent *secundum* Γ dicunt *M* 32 *lacu*
nam statui, cf. Γ εἰς θεότητος φύσιν μετακεχώρηκεν. ὡς εἶναι τὸ ὅλον θεότητα μόνην 33 oporteret *A*.
34 aliquando *M* 34/35 impassibile *M* 36 peccati - damnauit *addidi* 37 qui non] quin *M*
40 eum] ei *M*

uitam obnoxii erant seruitutis. non enim angelos apprehendit, <sed se-
 9 men Abrahamæ apprehendit>, unde debuit per omnia fratribus similari. di-
 cimus igitur quoniam ex transgressione in Adam corruptionem pertulit humana natura
 et quasi tyrannidem sustinet animus noster ex uoluptatibus seu motibus carnis insitis
 in naturam ** ut humanam carnem corruptioni subiectam et uoluptatis amore languentem 5
 propriam faceret et quoniam uita est et uiuificans, destrueret quidem corruptionem quæ
 in ea est, increparet uero in natura insitis motibus, his uidelicet qui ad amorem prouocant
 incongruæ uoluptatis. sic enim congruebat in ea mortificari peccatum; recordemur Rom. 7, 23. 25
 uero et beati Pauli legem peccati uocantis motum qui insitus nobis est. igitur quoniam
 caro humana propria uerbi est facta, quieuit quidem corruptionem sufferre et quia 10
 peccatum nescit ut deus, ipse eam faciens propriam et suam, sicuti dixi, monstrans,
 desiit et uoluptatis amore languere. et non sibimet ipsi id impetrauit sermo uni- Lp 44¹
 genitus dei (est enim quod est, semper), sed utique nobis. si enim subiecti sumus
 his malis quæ sunt ex transgressione Adæ, uenient modis omnibus in nobis et ea quæ
 sunt in Christo, id est incorruptibilitas mortificatioque peccati. ergo factus est homo, 15
 non hominem recepit, ut uidetur Nestorio, et ut factus homo crederetur, dum certe
 permaneret quod erat, utique deus secundum naturam, ob hoc et esurire dicitur et Mt. 4, 2
 laborare ex itinere, sustinere uero et somnum et perturbationem atque tristitiam et Ioh. 4, 6. Mt. 8, 24
 Mt. 26, 38
 alias irreprehensibiles passiones. ut autem rursus satisfaceret uidentibus se quia
 homo simul erat et uerus deus, diuina operabatur signa, increpans mari, suscitans mortuos 20 Mt. 8, 26
 et alia inopinata perficiens. sustinuit uero et crucem, ut carne patiens mortem et
 non diuinitatis natura, fieret primogenitus ex mortuis et iter perueniendi ad incorrup- Col. 1, 18
 tionem panderet humanæ naturæ et infernum spolians misereretur animabus quæ illic
 10 tenebantur obstrusæ. post resurrectionem uero idem quidem <erat> corpus id quod
 paulo ante pertulerat, uerumtamen non habebat in sese infirmitates humanas. non 25
 enim de cetero esurie aut famis uel laboris aut cuiuslibet talium esse susceptibile dicimus,
 sed de cetero incorruptibile et non hoc tantum, sed et uiuificum; uitæ siquidem corpus
 est, id est unigeniti, effulsit uero et deo decentissima gloria et intellegitur dei corpus.
 igitur et si quis dixerit id diuinum, sicut et hominis humanum, a rationis decore non M 1003
 deuiat; unde arbitror et sapientissimum Paulum dixisse: si uero et cognouimus 30 2 Cor. 5, 16
 secundum carnem Christum, sed nunc iam non cognoscimus. dei enim,
 sicut dixi, corpus existens proprium, omnia humana transcendit, translationem uero
 uel transitum in diuinam naturam corpus ex terra pati possibile non est, sed est im-
 possibile; alioquin diuinitati derogabimus quasi factæ et quasi recipienti id in se ipsam
 quod eius secundum naturam proprium non sit. æquum namque est dicere quia 35
 mutata <sit> caro in diuinitatis naturam, et dicere quod mutatum sit uerbum in humanam
 naturam. nam sicut impossibile est hoc (inconuertibilis namque et immutabilis est),
 ita et alterum; nec enim dici potest in diuinitatis substantiam uel naturam quodlibet Lp 44²
 ex creaturis posse transire; creatura uero et illa caro. ergo esse quidem corpus Christi
 <dicimus> diuinum quia dei est corpus, et ineffabili gloria inlustratum, incorruptibile 40
 sanctum uiuificum; quod uero diuinitatis mutatum sit in naturam, neque sanctorum
 patrum sapuit ullus neque <dixit neque> nos ita sentimus.

1/2 sed — apprehendit *add. Baluze* 2 simulare *M* 5 lacunam agnouit *Baluze c/.* Γ ἀναγκαῖον
 γέροντες εἰς σωτηρίαν ἡμῶν τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς τὸ ἐνανθρωπήσαι τὸν τοῦ θεοῦ λόγον 11 faciens *M*
 monstrans *scripsi secundum* Γ monstrauit *M* 12/13 unigenitus *scripsi unicus M* 18 existinere *M*
 20 increbans *M* 24 erat *add. Baluze* id *scripsi in M* 26 esurieret *M* 33 diuina natura *M*
 36 sit *addidi* natura *M* 36/37 humana natura *M* 37 inconuersitibilis *M* 40 dicimus *addidi*
 asserimus *Baluze c/.* Γ 42 dixit neque *addidi secundum* Γ

- 11 Non ignoret uero et illud sanctitas tua quod beatæ memoriæ pater noster Athanasius, qui fuit tunc Alexandrinus episcopus, motis tunc temporis aliquibus, scripsit epistulam ad Epictetum Corinthi episcopum per omnia recta fide refertam; quoniam uero et ex ipsa conuincebatur Nestorius et rectæ fidei assertores legentes hanc ipsam mulcebant eos qui similia sapere uoluissent, ad conuictiones suas ex ea quod dicerent, 5 non habentes, amarum quiddam machinati sunt et impietate hæretica dignum. corruptentes enim eandem epistulam et alia quidem subtrahentes, alia uero adicientes, ediderunt, ita ut uideretur ille prædicandæ memoriæ uir consona sensisse Nestorio et similibus eius. erat igitur necessarium, ne forte et illic proferatur <a> quibuscumque corrupta, de exemplaribus quæ apud nos sunt, paribus sumptis tuæ religiositati dirigere. 10 etenim reuerentissimus et religiosissimus Emesenorum episcopus Paulus ad Alexandriam ueniens mouit de his sermones et inuentus est habens quidem exemplar illius epistolæ, sed corruptum ab hæreticis et infectum, ita ut supplicaret quatenus ex nostris exemplaribus rescriptum dirigeretur his qui sunt Antiochiæ; quod etiam destinauimus.
- 12 Sequentes igitur per omnia sanctorum patrum sententias, contra Nestorii dogmata 15 scripsimus codicem et contra aliorum quorundam capitulorum quæ sunt uituperanda, uirtutem et ista tuæ religiositati transmisi, ut si qui sunt alii confideles et unanimes fratres nostri, quibus quorundam multiloquio sit subreptum et putent quod pæniterimus de his quæ contra Nestorium scripsimus, ex lectione addiscant quia bene et recte corripuimus et increpauimus ut errantem et nunc nihilo minus insistimus ubique eius blas- 20 phemiis repugnantes. tua uero perfectio, quæ et ultra **

305 a M 1004 Lp 443 »Aliorum quorundam capitulorum, quæ sunt uituperanda, uirtutem« dupliciter interpretari quis potest, ut etiam dicatur et contra alios quosdam qui accusati erant illorum capitulorum uirtute, <et> ut de suis id intellegatur dixisse capitulis. ubique tamen de omnibus huiusmodi scriptis, ubi una sonat ex duabus dicta natura, hoc 25 generaliter dico quia multa satis potui non perfectissimæ acribiæ dicta monstrare contra eos qui uelut ex huius uiri auctoritate opiniones impetunt et memorias patrum, nisi quia nunc hoc propositum non est. synodicum quippe, non apologeticum, solum scripsimus et hic, prout inueniuntur apud diuersos diuersa, absque integrioris inquisitionis præiudicio collocamus. 30

Lp 444 acephali Eiusdem sanctissimi Cyrilli episcopi Alexandriæ epistula secunda ad eundem sanctissimum episcopum Diocæsareæ Isauriæ

- 306 [215] 1 Claram quidem semet ipsam constituit ueritas diligentibus eam, absconditur uero, ut æstimo, et temptat latere intellegentias uersutorum; non enim dignos semet ipsos pronuntiant ut eam claris oculis cernant. et immaculatæ quidem fidei dilectores 35

305 a lacuna quæ ad 21 notata est, factum est ut hæc sine interuallo eis quæ præcedunt, adnecterentur; nihil tamen ex ipsius Rustici uerbis intercidisse uidetur

306 Græce extat in V 172 A 136 [Cyrilli opp. ed. Aubert t. V 2 p. 141—146]. altera uersio latina Dionysii exigui habetur in Collectione Sichardiana 8 [Antidotum contra diuersas hæreses Basileæ 1528 f. 172. 173]

2 alesanandrinus M 4 hac ipsa M 5 separe M ad] a M dicerent scripsi dicere M
6 heredica M 8 uiderentur M 9 a addidi 10 patribus M 16 aliorum] ἐτέρων legit pro
ἐτερον 18 multiquio M 21 lacunam agnouit Lupus cf. Γ τὰ ἐτι μείζω νοεῖν δυναμένη καὶ ἡυᾶς
ῶφελῆσαι καὶ γράφουσα καὶ προσευχομένη
23 etiam] conicio sententia 24 uirtutem M et addidi 28 synodicum scripsi exnodicum M
31 CCCVIII M acephali scripsi hæc ἐπς M 33 abscontur M

quærunt dominum in simplicitate cordis, ut scriptum est; qui autem per distorta et *Sap. Sal. 1, 1*
aspera itinera meant et cor habent sinistrum seu uanum, sicut in psalmis est dictum, *Ps. 100, 3*
peruersis intellectibus multiplices coaceruant sibimet ipsis occasiones, ut peruertant uias
domini rectas et auertant animas simpliciorum ad ea quæ non licent, quasi liceant,
sentienda. et hæc inquam tuæ sanctitatis ypomnisticis agnitis et inueniens in eis *5*
